[m] Emolumenta ſ. neceſſaria.

[n] Non promptũ. i. non prompte.

[o] Compaſſiões. puta clerico pauperi, cui eſt cõpatiendũ.

[p] Hęc pia. hic ſume prouerbium: nõ eſt eleemoſyna, vnũ altare tegere, & alterum detegere.

[q] Scimus enim quãtæ. ideſt quot.

[r] Inopes. ſic ſ. vt deter. ſit num. cle.

[s] Quę igit. pro. vt.

[t] Ordine repete, ſit alienus.

[u] Vniuerſis. forte & ſeruis hoc caſu. ſic alias. C. de preci. impe. off. l. 1. & forte ſine inſcriptione & ſolẽnitate actionis, cum ſuam iniuriã quilibet proſequat̃. nam quod in diuinã religionem &c. vt C. de hær. & Mani. l. 4.

[x] Semper eſt. ſic j. vt præpo. no. impe. du. coll. 5.

[y] Sancita ſunt, ſ. in Græca conſtitu. nec. n. dicit de illa quæ eſt j. de eccle. tit. §. ſi autem. coll. 9. q̃a illa poſt iſtã eſt: ſed fortè idem dicebat Græca quod dicit illa Latina.

Illarum.

hæreditatibus Deo amabilium epiſcoporum, cuſtodiendis. Sanctiſſimi ſiquidē Patriarchæ vniuſcuiuſque diœceſis † hęc proponāt in eccleſijs ſub ſe conſtitutis, & manifeſta faciant Deo amabilibus metropolitis quæ à nobis conſtituta ſunt. Illi quoque rurſus etiam ipſi proponant ea in metropolitana ſanctiſſima eccleſia: & conſtitutis ſub ſe epiſcopis hæc manifeſta faciant illorum a vero ſinguli in propria eccleſia hæc proponant, vt nullus nr̄æ reip. ignoret quæ à nobis ad honorē & ad augmentum magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti diſpoſita ſunt. Inſuper ſequens hæc tua b ſanctitas oīb⁹ qui ſub ea ſunt metropolitis ſanctiſſimis hæc faciat manifeſta vniuerſo tempore cōtrahenda. c Scripta d exemplaria Sanctiſſimo Archiepiſcopo Alexandriæ [Epiphanio:] * Sanctiſſimo Archiepiſcopo Theopolitano [ſcripta exemplaria] ſanctiſſimo epiſcopo Hieroſolimorū [ſcripta exemplaria] Ioāni viro glorioſiſſimo præfecto ſacrorum prætoriorum ſecūdo † exconſuli, & patricio: Dominico glorioſiſſimo prǽfecto ꝓtoriorū Illyrici: cui * ēt hoc adiectum eſt: * Et tua quoq; celſitudo hæc ſciens, vna cum ſemper ſuſcepturis ſedem tuam hæc ſeruare feſtinet: & ſi denunciatum fuerit aliquod tale delictum, ꝓhibeat, & maximè quęcunque in ordinationibus curialiū vel officialiū interdicta ſunt. Nunciet aūt ēt nobis: vt decens ſuper eis imponaſ correctio. Vtaſ quoq; ꝑceptis ad clariſſimos prouinciarū iudices: vt & ipſi q̄ fiunt inſpiciētes, nō ꝑmittāt aliqd extra hoc qd' à nobis cōſtitutū eſt, fieri, imminebit .n. eis pœna quinq; librarū auri, ſiq de & ipſi ꝓuaricari vidētes nō denūciauerit aut ſedi tuæ, aut imperio: vt vndiq; decens ornatus ordinatiōis gradui cōſeruetur. Scripta cū adiectione dn̄ica. † D. † K. Ap. Conſtantinopoli. Biliſario V. C. Conſ.

TITVLVS I.

DE NON ALIENANDIS AVT permutādis rebus eccleſiaſticis immobilibus, aut in ſpecialē hypothecā dādis creditorib. ſed ſufficere gn̄ales hypothecas.

Res immobiles eccleſiæ maioris vrbis Conſtantinopolitanæ, & eccleſiarum ſuæ diœceſis alienari generaliter prohibentur: omni fraude & circunuentione remota. Bart.

Imp. Iuſtinia. A. Epiphanio ſanctiſſimo, & beatiſſimo archiepiſcopo felicis huius ciuitatis, & œcumenico Patriarchę, [& Patriarchæ Conſtantinopolitano.]

PRAEFATIO.

VNā intētionē hanc ſemꝑ proponim⁹, g oē qcqd prius iperfectū, aut cōfuſum videbaſ, hoc & expurgare, & ꝑfectū ex imꝑfecto declarare, qd' ēt in oī legiſlatiōe faciētes, credim⁹ oportere & in alienationib. q̄ fiūt ſuꝑ ſacris h reb⁹ vna cōplecti lege, i q̄ priores oēs & renouet k & emēdet, l & qd deeſt adijciat, m qd' ſupfluū ē, abſcindat n A Leone ſi qdē bonę memoriæ (q poſt Cōſtātinū pię memorię, Chriſtianę fidei īter Imperatores principatū auxit, o & ꝯſtituit ſacrarū eccleſiarum honorē & diſciplinā) ſcripta lex p ē de alienationib. eccleſiaſticis, cōcluſa q i ſola huius feliciſſimę ciuitatis ſanctiſſima maiore eccleſia. Et laudamus plurima hui⁹ legis, cū oī vehemētia & Dei cultura poſita: ſed eo ꝙ non gn̄aliter poſita ſit in oīb⁹, q egere ēt eā quadā correctiōe r credim⁹. Ab Anaſtaſio quoque pię memorię ſcripta q̄dā de talib. s lex eſt, t neq; ſimilis priori, u & oīno min⁹ x, habens. Effuſa namq;, & ꝑ loca foris y po-

a Illorum. ſ. epiſcoporum.
b Tua. Epiphani.
c Contrahenda. i. tenenda.
d Scripta. hęc conſtitutio iſtis pſonis fuit miſſa.
e Adiectū eſt. plus quā alijs, qbus fuit miſſa: & hęc eſt adiectio vſque in fi.
† Adiectione dominica. i. cū annis domini: tñ non habemus cos. Accur.

DE NON ALIE nandis aut permutandis. re. ecc. &c.

Vt in ſpecie repete, & de non &c. & expeditur hac pars infra eo. § ſi vero creditor. & §. ſi enim.

g Nā intētionē. proponim⁹ ſic ꝭ. ē. qd ſi elig. l pri. hc ꝭ. ti. 2. l pri.
h Sup ſacris. i. quaſi ſacris.
i Lege. ſ. iſta. Accu.
k Renouet. vt in lege Leonis, quę confirmatur: vt ꝭ. eo. §. vult enim.
l Emendet. vt ꝭ. eo. §. Anaſtaſius & §. ſi nimus. in fi.
m Adijciat. vt ꝭ. e. §. ab Anaſtaſio. & §. quia verò Leonis.
n Abſcindat. ſunt autem aliæ. ſ. Leonis & Anaſtaſij ſuperfluę, ex quo iſta. ſ. Iuſtiniani generaliter omnia cōprehēdit.
o Auxit. Hic nota arg. ad queſtionem quam diximus ꝭ. ti. l. in prin.
p Lex. vt C. de ſac. ſan. eccle. l. iubemus licet quidam dicant quòd eam non habemus.
q In omnibus. ſ. terris: quia localis eſt. vñ fit generalis: vt ꝭ. eo. § nos igitur. itē in contractibus: qa non in pignore nec in contractu emphyteutis licuit: ſed per hanc ſupplet. vt ꝭ. eodē. §. quia verò Leonis.
r Correctione. not. corrigi ex eo, quod ſuppletur. ſic ff. ad l. Rho. de iact. l. ſi. §. j. & fin.
s De talibus. ſ. rebus eccleſiaſticis immobilibus non alienandis.
t Lex eſt. apud Græcos.
u Priori. ſ. legi Leonis: nam generalior eſt quàm illa: vt ꝭ. ſequitur.
x Minus in perfectione, plus tamen quam lex Leonis.
y Foris. ſcilicet extra Conſtantinopolitanam ci-

* Decem ſim vocat, vt & notitiam vtriuſque imperij, ob vnius epi locū aut poſitionē, ſed multarum ꝓuinciarū collectionē: aliter atq; hodie hoc verbo vtimur. hic ēt colligere licet alios eſſe patriarchas, alios metropolitanos, alios epos quā diuiſione pietiq; tu iſi doro repꝑhendunt. Contius.
* Diuinat Accurſi⁹. ſignificāt aūt ea verba Imperatorē hunc legi ſubſcripſiſſe. Contius.
* Pro incluſo in noua editiōe Græca eſt. Ephremio.
* Petro. additur in noua.
* Sequentia verba deſunt in noua Græca editiōe: vñ liquet nō dū eā eſſe ꝑfectam, nec tā integrā ſane, quàm ea erat vnde vulgaris trāſlatio ſumpta ē. Contius.

† Sic in meo manuſcripto atque: reſecti⁹ (vt puto) quā qđ in noua Græca editiōe additur, 17. K Apr. Cōs.

ſita, nihilominus manſit imperfecta, eo quòd ad ſolum ſacerdotium & diœceſim reſpiciat conſtitutam ſub beatiſsimo patriarcha huius regiæ & felicißimę ciuitatis: [a] alias autem non perſcrutata [b] ſedes: [c] cũ vtique dignam correctione eſſe eam arbitrabatur: [d] propter quã occaſionem alia quidem corrigebat, alia verò incompoſita relinquebat. Quamobrem eam quoque vocare [e] decætero ſancimus, vtpote imperfectam, & loco circunclusam, & non generalẽ inter leges exiſtentem, neq; aliquid ſtudioſum introducentem. Hæc ergo nos omnia emendantes, vnam exiſtimamus oportere legiſlationem imponere oibus [f] ſanctiſſimarum eccleſiarũ, xenodochiorum, [g] & noſocomiorum, [h] † & monaſteriorum, [i] & brephotrophiorum, [k] & gerontocomiorum, [l] & totius ſacrati [m] collegij rebus, & hanc legem Leonis piæ memoriæ conſtitutioni adijcere: prius breuiter eius legiſlationem exponentes: ſicque omne quod reliquum eſt, intexentes. Vult enim illa [n] neque Deo amabilem archiepiſcopũ & patriarcham huius felicißimæ ciuitatis, ſeu ſanctißimæ maioris eccleſiæ, neque œconomũ vendere, aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forſan, aut agrum, aut colonum, [o] aut mãcipia ruſtica, aut ciuiles annonas [p] (nam [q] & hæc [r] inter immobilia ſunt numeranda) [s] quę cõpetunt Conſtantinopolitanæ ſanctißimæ maiori eccleſiæ: ſed neque pro vlla compenſatione aut alia qualibet circunuentione tale aliqd agi: & interminatur [t] emptori quidem rei reſtitutionem, vt reddat per tempora œconomo [u] rerum ſanctißimæ eccleſiæ rem quam ipſe perceperit, cum omni medij temporis [x] fructu, & alijs lucris: caſu imminẽte preciorũ [y] ei q tale aliqd accipere aut cõparare pſumpſerit: cũ etiam hoc quidem quod contra leges actum eſt, ita ponat, [z] acſi neque principio geſtum ſit.

ſinitatem, quod nõ erat in lege Leonis, vt C. de ſac. ſan. eccle. l. iubemus. ȷ. reſpon.

[a] Ciuitatis. Conſtantinopolis.

[b] Perſcrutata. ſ. lege Anaſtaſiana.

[c] Sedes. i. alia loca præterquã in vrbe Conſtantin. & eius diœceſi.

[d] Arbitrabatur. In hoc credidit Anaſtaſius Leonẽ corrigere dicendo generalius, & non fecit, vt ſequit. ſed Iuſtinian' hoc fecit p hanc conſtitutionem, vt ȷ. eod. §. nos igit. & ȷ. eo. §. penul.

[e] Vacare. i. neceſſaria nõ eſſe hęc oĩa. ſ. à Leone & ab Anaſtaſio dicta, qđ facimus addẽdo, vt ȷ. eo. §. i ſi. ſic & alias corrigit lex diſtinguẽdo, vt ff. ad. l. Rhod. de iact. l. ſi. ȷ. reſp. & §. j. & §. ſi.

[f] Omnibus. accipe rebus, quod eſt infra. Accurſius.

[g] Xenodochiorũ. loc' eſt vbi peregrina ſuſcipiuntur: vt hoſpitale S. Ioãnis.

[h] Noſocomiorũ. locus vbi ægroti curantur.

[i] Monaſteriorũ. locus vbi monachi ſimul conuerſantur, vt ȷ. de mo. §. hinc nos.

[k] Brephotrophiorũ. locus vbi infantes aluntur.

[l] Gerontocomiorũ. locus vbi pauperes & pp̃ter ſenectutẽ infirmi curantur.

[m] Et toti' ſacrati. ſ. reb' cuiuslibet alterius loci ſacri, vt prochotrophiũ: de quo habetur mẽtio ȷ. eo §. nos igitur. & eſt loc' in quo pauperes & infirmi homines paſcũtur. Itẽ orphanotrophiũ. i. locus in quo orphani vtroque parente carentes paſcuntur. Item aſceterium, locus in quo fęminæ debilitant ſuſtentatrices habitant. & probant hæ expoſitiões in nouellis eo. ti. Idem dicas in quaiibet eccleſia ſeculari, vt ȷ. e. §. nos igitur. & § pen.

[n] Vult enim illa. ſ. lex Leonis.

[o] Colonum. ſed quæ eſt differentia inter hunc. ſ. colonũ, & mancipium? Rñ. hic loquit' de adſcriptitijs vel originarijs vel ſimilibus, & q à ſolo nõ poſſũt ſeparari. nec ſine eo alienari: vt C. de agri. & cẽſi. l. ij. & l. quẽadmodum. & ff. de i. j. l. ſi quis inquilinos. ȷ. rñ. at mancipiũ dr̃ ſeruus ab hoſtibus captus, vt inſtitu. de iur. perſo. §. serui. qui & ſuper poſſeſſionibus ponitur & inſcribit', & ab eis nõ poterit ſeparari, cum immobilis cẽſeatur, vt ff. de diuer. & temporal. præſcript. l. iij. Vel dic de adſcriptitio ibi dici. & hæc eſt verior.

[p] Ciuiles annonas. ſ. reddit' à fiſco percipiẽdus ſingulis annis, vt C. de ſac. ec. l. priuilegia. vel ab alia eccleſia: vt ſupra vt deter. ſit nu. cle. vel a priuato: vt ȷ. tit. j. §. ſed neque eſſuſas.

[q] Nam. interpoſitio. ſic ȷ. eod. §. nos igitur.

[r] Hęc. ſ. hæc tria, colonus & mancipiũ, & ciuilis annona.

[s] Numeranda. licet nõ ſint immobilia. Sed qñ i actione cõpetenti eccleſię pro qualibet re, nunquid poterit cedi vel alienari? Rñ. ſi, de in. deli. l. ait p̃tor. §. quid ſit. licet poſſit diſtingui, vtrũ p mobili vel immobili re cõpeteret, vt primo caſu valeat, ſecundo non.

[t] Interminat'. i. ſic dicendo minatur.

[u] Oeconomo. ſed nũqd idẽ admittit' ad vindicandũ q alienauerit? Vi q non, cũ nõ debeat ȝ ſuũ factũ venire. vt ff. de adop. l. poſt mortẽ. & ff. de ſe. ruſt. p̃di. l. p fundũ. Econtra q ſic, cũ hoc factũ nullũ ſit, vt hic, & C. de agri. & cẽ. l. quẽadmodũ. & C. de ii. can. l. j. qđ vltimũ credo verius. nã & marit' reuocat qđ donauit vxori, vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. ſi. Sed nũqd œconomus ipſo iure erat priuat' ab adminiſtratiõe, quomodo ergo vẽdicat: vt C. eođ. lege iubem'. §. œconom'? Rñ dic qđ ſi ipſo iure, ſed p ſniam priuãdũ. & ante ſniam reuocat: cũ ſtatũ nõ mutauerit. ſic ff. de lega. iij. l. j. §. hi. Alij dicũt quod ipſo iure & tunc dicas eum admitti ad vendicandũ poſt reſtitutionem in prælatura, non prius: vt argu. inſtitu. de ſuſpe. tu. §. ſi quis.

[x] Temporis. à tempore venditionis, donec redeat ad eccleſiam.

[y] Preciorum. ſcilicet quantum eſt contra eccleſiam: ſed contra œconomum habet: vt infra eodẽ. § ſi quis igitur. quid mert? hoc iure communi eſt. vt C. de fur. l. inciuilem rem, & C. de rei vendi. l. I. & l. mancipium.

[z] Ponat. ſ. lex Leonis: vt C. de ſac. ſanc. eccle. l. iubemus. ſic. C. de legi. & conſti. l. non dubium.

Xenodochium.

Noſocomium.

Monaſterium.

Brephotrophiũ.

Gerõtocomium.

† Et prochiorũ, addit' in Græco.

Prochotrophiũ.

Orphanotrophiũ.

Aſceterium.

Differencia inter mancipiũ & colonum.

Hæc

a Hæc.ſ.ſtatuta à Leone &c.
b Præuaricantē i.alienant,& ſic facit ꝯ hanc legem.
c Lucratus.vt precium rei.
d Excludit.ſ.per ſentētiam,non ipſo iure: vt ſupra proxi.diximus.
e Dat.ſ.lex Leonis. Accur.

…tione voluntatis, etiam ſi merū imperium non habeant: vt ꝟ.de defen.ci.§.nulle. Sed non ne tantum magiſtri cenſus hæc auctoritas datur: vt C.de teſta. l.conſulta? Reſpon. illud in teſtamentis tñ dicit, idē in regia vrbe tantum: & in alijs locis obtinet, quod dictum eſt.

Oeconomū vero hæc a præuaricantem, b dare quidem de ſuo ſanctiſſimæ eccleſiæ iubet oē, qc quid ex ea cauſa lucratus c eſt, aut ſanctiſsimam eccleſiam damnificauit. Super hoc aūt etiā excludit d eum officio œconomi, & dat e actionē ſanctiſsimæ eccleſię non ꝯ ſolos Deo amabiles œconomos, ſed ēt ꝯ ſucceſſores eorum: ſiue ipſi f hoc alienauerint, ſiue pro tpe Deo amabilis eps, g aut aliquis aliorū clericorū h videntes i alienantem, k taciturnitate degeneri l & ſine libertate m paſsi ſunt: & multò potius ſi cōſentientes n & videntes tale aliquid per miſerunt, & non cām ꝑhibuerūt. Ad hoc aūt & tabellionē: q talia conficit inſtrumenta, perpetuo tradet o exilio: nullam ei clementiā, neque reuerſionem p participans: q ipſos quoque r maximos iudices qui ad hæc accedunt, & miniſtrant s talibus cauſis, t aut confici apud ſemetipſos monumēta u pro cōfirmatione taliū donationū, aut aliorū actuum patiunē: & cingulo & dignitate & ſubſtātia interminat x excludere. Hoc igitur y increpans vehemēter, ꝑmittit z rei eccleſiaſticæ vſum, aut qui vocatur vſusfructus, ſub

certo quodam tpe, aut etiam vſque ad vitam ꝑcipientis dare ſanctiſsimam maiorē eccleſiam, ſub hac tñ definitione, vt is, qui hanc accepit munificētiam, eiuſdem quantitatis recompenſet rē ſanctiſsimæ maiori eccleſiæ ſub proprietatis ratione, ex qua poſſit eūdem redditū ſāctiſsima eccleſia habere, quantū ille ex vſu accepit: poſt percipientis vtique mortem, aut definitum tps, vſu a videlicet & vſuſfructu dato b eccleſiaſticæ rei, ad ſanctiſsimā maiorem eccleſiam redeunte, & vſu donatæ rei c cum proprietate d ſanctiſsimæ eccleſiæ e faciendo. talē nāque ꝯtū ſine periculo f eſſe ponit lex. g Si vero minus fuerit, quā quod datur à ſanctiſsima eccleſia, illud, quod compenſatur ei, cuius mox quidē percipiet h proprietatem, ſperat aūt & vſum accipere, infirmum contractum & pro non facto i ponit: datque licentiā vendicationis, k vtpote circumuentione contra ius ſanctiſsimæ eccleſiæ facta. Lex l itaque talia ſub breuitate m decernit, & mulctam imponit: & vſque ad res ſanctiſsimæ eccleſiæ n ſta: ſolummodo: & omnem quidem perimit circumuentionem, quam prædiximus: non

f Siue ipſi.ſ.œconomi.
g Epiſcop⁹.ſ.alienauerit.
h Clericorū.ſ.alienauerit, tepere, aut videntem &c.
i Videntes.ſ.œconomi, & ſubaudi. aut &c.
k Alienantē.ſ. epiſcopū vel aliū clericum &c.
l Degeneri.ſ. dedecora & meticuloſa. nam genus clericorū audax debet eſſe cum defendatur lege Dei, q dicit, nolite tāgere Chriſtos meos.i. ſacerdotes. ymò ſecuti ſunt ex hoc. ſic iuſtitu. de ret.diui.§.ſacræ.Ac.
m Libertate.i. timidi erāt, vt ſeruitnō audaces, vt liberi.
n Conſentientes.ſ. expreſſe: vt differat à ſuperiori reſpōſo.
o Tradat.ſ.lex Leonis
p Reuerſionem. ſic & alias tabellio qui in ſuo officio delinquit perpetuo illud ꝓhibetur exercerai: vt C.d ſuſcept.& ar ca.l.ſi aliq d.lib.x. interdum ad tps: vt C.de nu.& ae.l.j.in fi.lib.xij. ſic & in ꝓlato: vt ꝟ.§.ꝑxi.ſic & in tutore: vt inſti. de ſuſpe.tu. p to:d.
q Participās. ſed nū qd imperator poſſet, ſi metuerit l integrum hodie reſtituere? Vī q nō: vt ꝟ.eo.§. qa vero veriſimile. ibi, oporte bit enim &c. ſed tñ dico ꝯ cum Leo nō potuerit ſequētibus imperatoribus præiudicare: vt C. de leg.& conſt. l.digna. & ff.de na.te.l.quætus.dommodo dixeris non obſtāre lege Leonis: vt ff. de lega.iij.l.ſi quis.in prin.
r Ipſos quoque.q.d. non ſolū minores & ordinarij, ſed etiam maiores: cū ſint quatuor ordines. vt diximus ꝟ.vt ab illuſt. & qui ſu.eā ſunt.§.j. apud quos poſſunt fieri oēs donationes & oia q ſunt de iuriſdi…

f Miniſtrāt.ſ. auctoritatem ſuā quantū eſt ad donationē q inſinuationē deſiderat, ſi maior eſt qngētorū ſolidorū: vt inſti. de dona.§.aliq quādo vero ad alios ꝯt⁹ miniſtrāt.i.miniſteriū ꝓbent. ſ.docendo fieri ꝯtū: vt ꝟ.eod.§. hæc igitur omnia.
t Cauſis. l.contractibus.
u Munimenta.i.inſtrumenta.
x Interminat.ſ.lex Leonis.
y Hoc igitur.ſ. alienationes eccleſiaſticarum immobiliū rerum: vt ꝟ. eod.§. vult.
z Permittit.ſ. d. l. Leonis.vt C. de ſac. ſan eccl.l. iubem⁹. §.fine.
a Vſu.i. in cōceſſione vſus ſeu vſuſfructus.
b Dato ſ.illi cū quo ſic permittit eccleſia: vt ꝟ eo.§.ſi quis autem voluerit.
c Donatæ rei.i.recōpēſatæ ipſi eccleſiæ.
d Cum ꝓprietate. quā à principio debet habere eccleſia: vt in fi.huius.§.
e Eccleſiæ.ſ. remanente &c.
f Periculo.ſ.pœnarū prædictarum &c.
g Lex.ſ.Leonis.
h Percipiet.ſ.eccleſia.
i Pro nō facto quātum eſt de iure: vt C. de legi.& cō.l.nō dubium.ſed factum ipſum ꝓ infecto haberi non poteſt: vt ꝟ.de æqua. do §. q igitur. col. vij.& ff. de cap.l.in bello. §.factæ.& ff.de acq. poſ. l. j.§. adipiſcimur.
k Vendicationis.ſcilicet œconomo pro tempore: vt ſupra eodem §.vult enim &c.
l Lex.ſcilicet Leonis.
m Breuitate.nō q ipſa breuiter dicat: ſed quia nos breuiter eam retulimus.
n Eccleſiæ.ſ.Conſtantinopoli.vt in prin. ſui patet.

Cōcor. 12.q.2 & in c ſoli tæ, ex de maior. & obedi. Pſal. 104.

Tebellio ſuis delinquēs pœna.

a Cōcor. ca vt noſtrum, cū gl.ſi.extra de appel.

l nſut-

[a] Inſurgentium. ſcilicet hominum contra eam vel in fraudem eius.
[b] Valuit. cum diuinare non potuit: vt ff. man. l. ſi fideiuſſor. in prin. & ideo non peccauit lex Leonis: vt C. de teſta. l. iubemus. in fi.

[u] Anaſtaſius ſ. loquens in eodem caſu in quo ſuperior §. ſcilicet in emphyteuſi.
[x] Geſta. i. vt ea quæ geruntur ex hoc contractu emphyteutico, in monumentis fiant, i. in ſcripturis, ſic accipitur ff. de probatio. l. Celſus.

tamen retinere calliditatem poſtea inſurgentium [a] valuit. [b] Quidā [c] n. dudū hoc quod vocat̃ colonariū ius (colonariū ius eſt, veluti ſi domū valentem centū ſolidos, & p̄ſtantē penſionē ſolidos decem accipiat qs ab eccleſia, & det ꝓ ea ſolidos cētū, ſeu amplius, aut certe minus: & quaſi iā de ꝓpria [d] agrauet ſe dare ſingulis annis quaſi penſionis nomine ſolidos tres. iſte [e] aūt appellat̃ parœcus, [f] ſed ipſam domū ſub tam parua penſiōe in perpetuum & ipſe & heredes eius poſſidebāt) adinuenientes, neq; noſtris legibus neq; aliæ [g] cuiuſdā oium [h] notum, circūuentionem nō paruā meditati ſunt contra legem, perpetuas penè [i] cogitantes alienationes, quod [k] nos decætero agi ꝓhibemus, & ꝓ eo ipſo cōſcripſim⁹ [l] legem. [m] Dudū [n] aūt & ad ēphyteuſim reſpexerunt, [o] imminuerūt [p] plurimā quantitatem veri reddit⁹ illi q emphyteuſim accipiunt p̄ſtantes [q] ijs q rebus pridē ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ p̄ſidebant. ideo ꝙ nos i quadā cōſtitutionū [r] nr̃arū definiuimus qdem vſq; ad perſonas tres emphyteuſim fieri, accipiētis, & duorū ſucceſſorū aliorum: hoc ēt ſup rebus ſanctiſſimę maioris eccleſię fieri permittimus: non aūt vltra ſextā partē releuari emphyteuſim ꝑcipientibus propter fortuitos caſus [s] ſancientes. Quia verò [t] didicim⁹ ſic eſtuſè & impiè ab aliquibus fieri documenta, vt neq; ſexta relinquatur ſanctiſſimæ eccleſiæ pars, reliquis oībus emphyteuſim accipientib. donatis: Anaſtaſius [u] autem piæ memoriæ geſta [x] monumentorū cōſtituens [y] fieri ſup alienationib. ſicut etiā huius [z] rei [a] fieret [b] tempus, [*] & emphyteuſim ſtatuens, ſine geſtis qdem vſq; ad ſolā vitam accipientis emphyteuſim: cū geſtis aūt i perpetuū eā extendens, [c] neq; perfectā fecit, neq; vtilē [d] legē, & vndiq; iperfectā, vſq; ad ſolā diœceſim Patriarchicæ ſedis huius feliciſſimæ ciuitatis (ſicut prædiximus) [e] legiſlationem ſtatuens.

CAP. I. De rebus ad venerabilia loca pertinentibus non alienandis.

Nulla eccleſia vbicūque ſita vel aliquod monaſterium vel aſceteriū vel quiuis alius pius locus rem immobilem alienare poteſt, nec ſpecialiter pignori obligare. Angelus.

Nos igit̃ [f] [†] (iā. n. [g] ad legē veniendū eſt) ſancimus, [h] neq; ſanctiſſimā huius fęliciſſimę [i] ciuitatis maiorē eccleſiā, [k] neq; ſub ea ꝯſtitutas eccleſias quarū ipſa ꝓrogationē [l] ſuſcepit, (ſicut ea Anaſtaſius piæ memoriæ iterp̄tatus [m] eſt) neq;

[*] Incluſa verba à verbo colonariū vſq; ad verbū adinuenientes, deſunt in noua Græca editione: videntur q; irrepſiſſe ex interp̄tis alicuius adiectiōe. Contius.

[†] Parœc⁹ qs dicat̃. vide Alc. lib. præt. j. in hac ipſa dictiōe, vbi cū nō recte hāc dictionē iterp̄tari p̄ſpicies, vt paricha⁹ dicatur ἀπὸ τῶ παρέχειν quaſi à p̄bēda penſione. ſed nec cū eo velim legere parochū. manifeſta. n. eſt Græci verbi παρρησιάζ ſignificatio ꝓ colono. Accu. aūt cū in manuſcri pto legeret parichus. multo ſtulti⁹ à pariē ſo deduxit. Contius.

[c] Quidam. ſic conſtrue: quidam ſcilicet homines dudum hoc quod vocatur colonarium ius. adnenientes: colonarium ius dico neque noſtris legibus, neque &c. & procedit vſq; ad ver. illum. quod nos &c. & poſtea accepit. colonarium ius eſt. &c. quia interpoſitio eſt.
[d] De propria. ſcilicet domo.
[e] Iſte. ſcilicet qui ſic accipit.
[f] Parœcus. [†] idest penſionator. a pariare, quod eſt ſoluere: vt ff. de lia. libe. l. antepe. §. penul. & §. fi. vel dicitur à pari: qa domino per omnia ferè par eſt.
[g] Aliæ. ſ. legi.
[h] Omnium. vel imperatorum vel iuriſconſultorum.
[i] Pene. hoc ideo, quia penſionem aliquam percipiat.
[k] Quod. ſ. huiuſmodi contractum.
[l] Conſcripſimus. ſed per conſuetudinem derogatur huic §. & fit emphyteuſis per hunc. §.
[m] Legem. ſ. iſtam.
[n] Dudum. & hic & ſuperior articulus i l. adijcitur Leonis: quia ibi non ſunt.
[o] Reſpexerunt. ſ. œconomi, cum homines ad malitiam dediti nihil eſt qd non inueniant vt j. vt hi qui ob. ſe ha. phi. re. mi. j. ſi. eo. v.
[p] imminuerunt. ſ. præſtationes œconomi vt ſequitur. Azo.
[q] Præſtante. idest dantes œconomi in emphyteuſim.
[r] Conſtitutionem. quā non habemus.
[s] Caſus. qui imminent emphyteutæ, niſi ſit totius rei interitus: vt inſt. loca. §. adeo. quod non eſt in ſimplici colono: vt ff. loca. l. ſi fundem.
[t] Verò. pro certè.

[y] Conſtituens. ſ. in lege quam habuim⁹ in memoria. j. eo. §. ab Anaſtaſio. in fin. huius §.
[z] Huius. ſ. eccleſiæ.
[a] Rei. ſcilicet eccleſiaſticæ.
[b] Fieret. emphyteuticus contractus. Accurſius.
[c] Extendens. ſcilicet Anaſtaſius.
[d] Neque vtilem. & ideo corrigitur. infra eodem. §. ſancimus, in fin. §.
[e] Prædiximus. ſ. eodem. §. j.
[f] Nos igitur. quia legē Leonis iam breuiter tetulimus, & duos caſus ſuperuenientes determinauimus: vt j eo. §. vult. & §. lex. & §. dudū. igitur ad legē veniamus quam facere ꝓpoſuimus. vt ſ. eod. j. reſpon.
[g] Iam enim. interpoſitio eſt hic ver. ſic j eo. §. vt autem. ibi. quod enim &c. Accurſius.
[h] Sancimus. ex hoc §. & §. ſe. & §. finalmus. ibi, quod actio &c. & j de ali. & emphy § & hoc, & ſup ipſis collige quod eſt C. de ſacroſan. eccle. authent. hoc ius. in prin. Accu.
[i] Fœliciſſimæ, ſcilicet Conſtantinopolitanæ. vbi hæc lex fiebat. ſed qualiter ibi fiebat cum in veteri Roma habeant fieri vt infra. vt eccle. Roma. col. ſecunda, in prin. Reſpond. illud fuit ante tempora Conſtantini. vt diximus ſup. quomodo opor. epiſco. in princi & §. ſi vero metropolita.
[k] Eccleſiam. ſubaudi, habere licentiam: vt in fine huius § & ſic ad inteꝛiora ſemper repete illud. Azo.
[l] Prærogationem. idest diſpendia.
[m] Interpretatus. vt ſupra eodem. §. j.

[*] ſic vt etiam huius rei tēpus adijceretur.

[†] Facit ad hūc. § gl. in c. audi tis. ſuper verbo minoris poſt princ. extra de reſti. in integ. & ē ſituatus iſte §. ſup l. vlt. C. de ſacroſanct. eccle. & 12. q. 2 §. hoc ius porrectū

Exiſtentes.

a Exiſtentes. vt ſanctæ Mariæ & ſanctæ Theodoræ, & aliarum: vt ſ. vt deter ſit nume. in medio ti.
b Metropolitas. i. archiepiſcopos.
c Ipſe. ſcilicet patriarcha.
d Complexiue. i. generaliter ſancimus.
e Xenodochũ. hæc verba expone vt ſ. e. §. hæc igitur.
f Huiuſmodi. ſ. immobile: niſi in caſib. vi vt ppter debitum qđ alias ſolui nõ va let: vt j. de ali. & emphy. §. & hoc etiam inſuper. Item in emphyteuſi, vt j. eod. §. ẽphyteuſis. & §. ſeq. & j. de alie. & emph. §. licentiam. Item pmutat cũ alia eccleſia: vt j. conſli. quę ex adſcri. § fi. Itẽ cũ principe: vt j. e. § ſioi m⁹. Itẽ pp on⁹ fiſca le: vt j de ec. re. Ino. ali. §. ſancimus igit. Itẽ in redẽptiõe captiuorũ vt j. de ali. & emph. §. ſanctiſſima vero. Sed econtra eccleſia in quinq; caſibus omnino phibetur & in his caſibus, vt notauimus. j. de alie & emph. §. ea colla. ix Sed quid de mobilibus? Rñd. poſſunt alienari cũ non inueniat̃ phibitũ: vt ff. ex quib. ca. ma. l. nec nõ §. quod eis. niſi ſint ſacra cir ca altare neceſſaria, quæ alienari nõ poſſunt; vt inſt. de re. di. §. nullius & C. de ſa. ſan eccl. l. ſancimus. niſi propter captiuorum redemptionem: vt j. de ali. & emph. §. de ſacris. & §. ſi vero propter. Item quę ſunt ſuperflua: & tunc etiam propter debitum, non ſolum propter redemptioné captiuorum: vt j. de alie & emph. §. ſi vero ſunt plura.
g Specialis. hic no. q vbicunq; dicitur in hac conſtitutione de prohibitione ſpecialis pignoris, illud ſit correctum per l. j. de ali. & emph. §. hoc enĩ. Vel dic illud ſpeciale cauſa neceſſitatis propter quã ceſſat omnis lex: vt ff. de offi. proconſ. l. j. generalis autẽ obligatio permittitur: vt j. eo §. ſi enim.
h Tradere credi. ſed nunquid ſine traditione ſpeciale pignus facere poterit. ff. de pig. ac. l. j. Videt̃ q ſic: vt hic & j. eo §. ſi autem creditor. nam ibi dicit accipere, & §. ſi enim. in fi, & §. ſinimus. ibi, ſed neq; dationem &c. ſed hic legibus large ponitur verbũ date ſic ff. de pig. ac. l. ſi conuenerit §. ſi quis. Quare dicat q nec ſic fieri poteſt obl. per iſtam cõſti. vt ſ. j. reſpon. ſed generalis obligatio fieri poteſt. ſ. ſine traditione, cũ dicat in ſub. hypotheca: vt ff. de pig. act. l. ſi rem. §. proprie. ſed quæ eſt ratio? Reſpon. Ea plus iuris cõſtituitur creditori per ſpeciale pignus quàm per generale: cum mancipia generaliter obligata manumittamus, non ſi ſpecialiter: vt ff. de manu. l. iij. & C. de ſer. pig. da. ma. l. iij.

omnes eccleſias in hac feliciſſima exiſtẽtes [a] ciuitate, aut circa eius cõfinia, neque ſub patriarchica ſede huius feliciſſimæ ciuitatis cõſtitutas, [b] quarum metropolitas ipſe [c] ordinat, neq; aliũ vllũ vndiq; patriarcham, neque epiſcopum, (dicimus autem & eos qui in Oriente, & qui in Illyrico, inſuper & in Aegypto, & in Lycaonia atque in Lycia, & eos qui in Aphricana prouincia ſunt, complexiue [d] dicendũ, per oẽs quæcũque nřę ſunt terræ, necnon in Occidente ſunt Deo amabiles epiſcopos ab ipſa ſeniori Roma vſque ad Oceanũ conſiſtẽtium ſanctiſſimarum orthodoxarum eccleſiarũ) neque aliquam xenodochũ, [e] aut prochotrophũ, aut noſocomũ, aut orphanotrophũ, aut brephotrophũ, aut gerontocomũ, aut monaſterij virorũ vel mulierum abbatem vel abbatiſſam, [f] aut quemlibet omnino præſidẽtẽ venerabilibus collegijs, licentiam habere alienare rem imobilem, aut in domibus aut in agris, aut in hortis, aut omnino in huiuſmodi, neq; ruſticum mancipiũ, neque ciuilẽ annonam: nec p ſpecialis [g] pignoris occaſionẽ tradere [h] creditoribus Alienationis [i] autem nomen generalius ideo poſuimus, vt prohibeamus & venditionem & donationem & commutationem & in perpetuum [k] extenſam emphyteuſim, quæ non procul [l] ab alienatione cõſiſtit. Sed omnes vbique ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione prohibemus, ſubditos pœnis quibus Leonis piæ memoriæ [m] vſa eſt conſtitutio. [n] Illam namque per omnia valere & ratam eſſe ſancimus. propterea [o] hanc propoſuimus & protulimus, & non paterna voce [p] legẽ cõſcripſimus, ſed hac cõi & Græca, vt omnibus ſit nota, propter facilem interpretationẽ. [q] Quod itaque iam præterijt, relinquimus, [r] nam tanta documenta tempore longo facta nunc commouere, multæ erit tergiuerſatiõis. [s]

i Alienationis. vt C. de re. ali. non alie. l. fi. ſic ff. de ſta. libe. l. ſtatuliberi. §. fina.
k Et in perpetuum. Hic not. q vbicunq; in hac conſtitutione fit mentio de perpetua emphyteuſi prohibenda, illud corrigitur. vt j. de alie. & emph. §. licentiam. Vel dic, ibi conceditur in perpetuum. id eſt quandiu redditus præſtetur. & ita hic, & inſtit. loca. §. adeo. Vel dic fieri in perpetuum, id eſt in tertiam generationem: vt j. eodem. §. emphyteuſim. prila rector.
l Non procul. i. nõ multum.
m Conſtitutio. vt j. eo. §. vult enim.
n Illam. ſ. legem Leonis. ſecur.
o Propterea. ſ. vt p hiberemus omnes ſacerdotes: vt dixerat, non vt confirmaret. ſ. legem Leonis: qa & ſine hac erat confirmata j. eo. & ſic non refertur ad proximũ dictum.
p Voce. ſ. Latina: ſed in Græca quæ eſt magis communis vt hic dicitur. nam Græcam ſciunt Græci. Item Latinos oportet ſcire propter interpretationem & tranſlationem: vt patet p multas leges tranſlatas: vt ff. de excu. tut. l. j. & de iu. l. patr. & finium reg. l. fi. & aliæ infinitæ. Sed econtra linguam noſtram Græci vilipendunt nec eã ſcire volunt: vnde tantum nobis eſt cõmunis. præterea. vt legitur in diuinis, quando Hebraica lingua transferebatur in Latinam, prius in Græcã transferebatur, vt facilius ex ea ſumeretur in Latinã: ſicut & de obligatione iuriſgentium, quę tollitur per acceptilationem per quoddam medium: vt inſtit. q. mod. tolli. obli. §. ij. Et no. quod hæc lex ſic loquit̃ hic, ac ſi adhuc non eſſet tranſlata in Latinũ: & facit Imperator mentionẽ tranſlationis. vel ideo eſt communis: quia fiebat Conſtantinopoli.
q Itaque. inceptiue non illatiue ponitur.
r Documenta. i. inſtrumenta facta de alienationibus rerum eccleſiaſticarum.
s Tergiuerſationis. ſic C. de teſt. l. Iubemus. §. pe. ſic j. eod. §. fi. & C. de cad. tol. §. fi. ſic. j. de referen. §. fin. eul.

t Concor. extra de re. eccleſi non alie. & 12 q. 3. p totum.

† ἡγέμενον ἢ ἀρχιμάνδριταν archimãdritam vł archimãdritiſſam vetus Iulianus. Contius.

† πολιτικαὶ σιτήσεις, panes ciuiles vertit Iulianus. Contius.

† Cõcor. ca. nulli liceat. nomen alienationis largiſſime ponit̃ extra de re. eccle. ali. vel nõ. cũ glo. ſuper verb. alienationis.

Græca lingua an ſit cõmunis.

Quapropter quæ vſque huc hactenus extãt, propriũ habeãt ſchema. a deceterò autẽ omnem alienationem interdicimus, prædictas b eis pœnas imponentes.

CAP. II. De principe qui rem immobilẽ venerabili loco dederit.

Exceptio confirmat regulam in non exceptis. Bar.

† Vt autem lex ad c humanę naturę varietatem & quod d ſemper venit, moderata, per oĩa immota ꝑmaneat (quid enim e erit ſtabile inter homines, f & ita immobile, vt nullam patiatur mutationẽ: cùm omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat?) neceſſariũ exiſtimauim^9, quaſdam exceptiones dare legi cum multis vigilijs & ſubtilitate adinuentas: vt eas habens in auxilio g lex nequaquã moueatur. h

Principi permutare licet cum eccleſia pro re meliori vel æquali, vtilitate reipublicæ exigente, et pragmatica forma præcedente: omni alia alienatione prohibita. Bartol.

Sinimus igitur i imperio, † ſi qua cõis commoditas eſt, & ad vtilitatem reipublicæ k reſpiciens, & poſſeſsionẽ exigens talis l alicuius ĩmobilis rei, qualẽ propoſuimus: hoc enim ſanctiſsimis eccleſijs & reliquis venerabilibus domibus & collegijs percipere licere, vndiq; ſacris domibus indemnitate m ſeruata, & recompenſam dari eis ab eo, n q percepit, æqua aut ẽt maiore, q̃ data eſt. Quid o .n. cauſetur Imperator ne meliora det? cui plurima dedit Deus habere & multorum dominum eſſe, & facile dare, & maximè in ſanctisſimis eccleſijs, in qua optima menſura eſt donatarum eis rerum immẽſitas. p Vnde ſi quid tale fiat, & pragmatica q præceſſerit forma r pręcipiẽs s imperio t aliquid dare talium rerum, & recompenſauerit mox rem meliorem & vberiorem & vtiliorem: ſit ea permutatio firma: u & ij, qui præſident x domib^9, quarum eſt quod alienatur, & qui talibus adminiſtrant literis, y ſine querela vndiq; ſint, nullam metuentes pœnarũ, quę à Leone piæ memoriæ interminantur, & à nobis firmatæ z ſunt: vtique cum nec † multum a differant ab alterutro ſacerdotium & imperium, & res ſacræ à communibus & publicis: quando b omnis ſanctisſimis eccleſijs abundantia & ſtatus ex imperialibus munificentijs perpetuò præbeatur. Alterutris itaque compenſantes c quæ decet, non ab aliquibus iure culpabuntur. Aliam verò d omnem ſiue ad imperium ipſum, ſiue ad aliam quancunq; pſonam factã, ſiue venditionẽ, ſiue donationẽ, ſiue

---

colla. iij. ſic C. de legi. & con. l. leges

Schema. i. ordinem vel figuram ſecundùm Albat.

a Prædictas, ſupra §. vlt. Azo.

b Ad. ideſt contra.

c Quod. ſcilicet veritas.

d Quid .n. iſti tres verſus ſunt interpoſitio vſque illuc, neceſſarium &c.

e Inter homines. vnde dicitur: Iuſtus ſeptie. in die cadit. ſic C. de vete. iu. enu. l. ij §. ſed quia. ſic. ĩ. de conſan. & vte. fra. in prin col. vj aliud eſt i diuina natura, vt inſt. de iuſti. & iu. j. reſp. & de iur. nat. §. ſed naturalia.

f In auxilio. immo vt ad deſtructionem. nam falſa efficit lex. vt ff. de reg. i. acto. l. j. ita & vitioſa. vt ff. de regu. iur. l. j. in fi. contra. ſed illud eſt quo ad exceptionem quę remota eſt à regula, ſed ipſa lex vel regula firmatur quæ remanet, vt hic dicit.

h Moueatur. ſic ĩ e. §. quia vero veriſimile. ibi. oportebit &c. Accur.

i Sinimus igitur. i. permittimus quia exceptiones facimus à l. quæ prohibet alienationem rerum eccleſiaſticarum, ergo hæc eſt prima per legem iſtam.

k Reipublicæ. quia publica vtilitas eſt præferenda priuatæ, vt hic. & ff. ꝓ ſocio. l. actione. §. Labeo. & C. de cadu. tollen §. penul. & ĩ. vt omnes obe iu. prouin. §. arripiat. col. v.

l Talis. ſ. eccleſiæ alicuius.

m Indemnitate ſeruata. ſic ĩ. conſtitutio, quæ ex adſcri. & lib § fi.

n Ab eo. Imperatore.

o Quid. q. d bene debet dare etiam maiorem rem.

p Immenſitas. ĩ. vt deter. iti nu. cler. §. j. §. Sol. vt ibi.

q Pragmatica. ſcriptura facta cum conſilio procerum.

r Forma. ſ. pragmatica.

s Præcipiẽs. ſ. eccleſiæ.

t Imperio. i. Imperatori.

Firma. nũq̃d ergo ſimiliter à priuato. i. eccleſia ſiet poſt ĩmẽſa donatio ſine inſinuatione? Quidam dicũt q ſic: vt hic. & C. de ſa. ſan eccl. l. illud. not ĩ. cũ .n. nõ inueniam^9 ea ꝓ ſſum hic vel alibi, ſtabit i ſuo ſtatu, vt vltra quingentos ſolidos fiat inſinuatio vt inſt. de do. §. & cũ retro. & C. de don. l. pe. i fi. qđ .n. nõ mutat. veteri iuri relinq̃t, vt C de ap. l. præcipimus §. fin. in fi. & C. de teſta. l. ſi emur. & qđ hic dr̃, eſt ſpãle in principe: vt arg. ĩ. eo. j. reſ. & ĩ. quo opor. epi. j. reſ. vel dici põt hic non dici q Imperator donet ſine inſinuatione: imo fieri vř. ex quo fit pragmatica forma q̃ eſt ſcriptura publica. vt ĩ. e. §. qa vero veriſimile. & ſic de inte cõi vř fieri hæc donatio.

x Præſident. vt præfati.

y Litteris. vt tabelliones & iudices: vt ĩ. eod. §. ad hæc. & §. aliquid.

z Firmatę. vt ĩ. eo. §. alienationis. ibi, illa &c.

a Nec multũ. differũt .n. in vſuc. ſtennij: qa res fiſcales nõ vſucap unt vt inſti. de vſuca. §. res fiſcales ſed res eccl'iæ ſic, vt ĩ. hæc cõſti. inter. & c. col vj. ſm Ala. ſed nõ valet: qa hæc cõſtitutio non cogitauit de illa inferiori ſed differũt. qa vnũ facere, alterũ humanit ꝓuidet, vt ĩ. quo opor epiſ. j. reſ ſimilitudinem adr habẽt. nã vtruſque res inter iſto adhuc centũ annis præſcribunt: vt hic. & C. de ſac. ſan. eccle. l. fin. licet poſt hanc legem ſit correctũ quo ad eccleſiã vt ĩ. de ecc. tit. §. pro temporalibus.

b Quando. pro qa.

c Compenſantes ſcilicet eccleſia & imperator.

d Aliam vero. quàm ſupradictam permutationem in qua tria fuerunt neceſſaria: & quòd ſeruaretur illæſa eccleſia: & q eſſet publica vtilitas: & heret pragmatica forma: vt ſupra proximè.

Perpetuam.

Iuſtus ſeptie i die peccat.

† l. Imperatori. Contius.

Antiquo iuri relinquitur, qđ non mutatur.

† Cõcor. ex. ſolitæ. extra, de maio. & obed.

permutationem, ſiue em phyteuſim perpetuã, a oino perimim^9: ſed neq; dationẽ cuiuſdã pignoris b in re immobili factã occaſione mutuorũ fieri ſinimus. Et hęc valere volum^9 in oi eccleſia, omnique monaſterio, & noſocomio, & xenodochio, & brephotrophio & aſceterio & gerõtocomio, & oĩ abſolutè collegio qđ actio pia c conſtituit: nullo penitus horum d aliqđ accipere ab eis e valente. Vñ neq; cõſtitutione f Anaſtaſij diuæ memorię vlterius opus erit, neq; ſm illam faciendi decreti memoratæ obſeruationis. ipſa .n. rei principia g perimẽtes, & ꝓhibentes qđ fit, nequaquã perſcrutatione deinceps ĩdigebim^9.

CAP. III. Quomodo emphyteuſis eccleſiaſticarum rerum contra hi permittitur.

Eccleſiarum et locorum venerabiliũ res ĩ emphyteuſim dari poſſunt in ꝑſonã accipientis, & duorum ſucceſſorum: videlicet filiorum et nepotum, & viri & vxoris, ſi de eis ſpecialiter dictũ fuerit, aliter non. Bartol.

Emphyteuſim autem ſiue in ſanctiſſima maiore eccleſia, ſiue in oĩbus reliquis adorandis domibus fieri ſinimus: & in accipiẽtis ꝑſona, & in duobus h eiuſdem perſonę hr̃dibus deinceps, filijs i tantũ ſolis maſculis, aut fœminis, aut nepotibus vtriuſq; naturæ, aut vxore, aut viro: ſi hoc videlicet de vxore, aut viro expreſſim nominetur. alioqui non tranſire ad aliquem alterũ hæredẽ, ſed vſq; ad ſolam vitam percipientium ſtandũ: niſi filios, aut nepotes habuerint. Aliter k aũt penitus emphyteuſim agi eccleſiaſticæ cuiuſdam, aut prochij rei immobilis, aut mãcipij ruſtici, et ciuilis annonæ nullo ꝑmittimus mõ: neq; quod fit, habere aliquod penitus robur ſinimus.

Eccleſiarũ res penſionẽ eandẽ reddentes in emphyteuſim dari poſſunt pro eadem penſione, quãta ab initio fuit ſtatuta, diminuta ad plus in ſextam partem: penſione verò ob cladẽ minuta, pro extante penſione in emphyteuſim dari debent, & ſi res ſit precioſa paruam aut nullam reddẽs penſionem, re ſubtiliter æſtimata, penſio conſtitui debet, qua in xx. annis faciat æſtimationem. Bartolus.

Quia verò Leonis quidem piæ memorię cõſtitutio ſub nulla l penitus deminutiõe dari rem eccleſiaſticã ſanciuit: nos aũt in alia cõſtitutiõe m à nobis ſcripta ſextã accipi ſolũ ſuꝑ emphyteuſim ſãciuimus: huiuſmodi quendã deminutiõis rei n dam^9 ordinem, vt q̃ratur cũ omni veritate & ſubtilitate penſio eorũ, quę dantur, tanta, o quanta ab initio fuit, qñ ad ſanctiſſimã venit eccleſiã: & deĩ emphyteuſis talibus ꝑſonis, quales dudũ diximus. p Tũc .n. ſextã q ei partem r cũ ſcrupuloſitate imputandã s cõcedimus. Si verò minui cõtigerit ꝑ quãdã cladẽ t pẽſionẽ, aut u in toto: tũc cõſtãtem penſionem accipiat, x qui

a Perpetuam. ī. de ali. & emphy. §. licentiam. ī. Solu. vt diximus. ī. eo. §. alienationis.
b Cuiuſdam pignoris ī. de ali. & emph. §. hoc etiam inſup. ſ prin. col. 9 ī. Solu. vt dixim^9 eo. §. nos igitur. in fi. Acc.
c Actio pia. i. intentio. vel dic. i. act^9 pi^9.
d Horum. ſ. emptorum ab eccleſia, vel donatorum, & ſimilium.
e Ab eis. ſ. locis.
f Conſtitutione. cuius memoriam fecit ī. eo. § ab Anaſtaſio. & § Anaſtaſius.
g Principia. ſic ff. de aqua plu. arcen. l. ſed interdũ. ſic ff. qđ vi aut clam. l. nam origo.
h Duobus. immo in perpetuum: ſed dic vt ī. eo. §. alienatiõis.
i Filijs. No. filijs dari quędã, q̃ non dantur extraneis hęredibus. Sic in priuilegio hypothecarũ qñ ſuccedunt matri: vt C. q po. in pig. l. fi. ſic ſ priuilegijs. ne dñet vir inſolidũ: vt ff. ſo. mat l. maritum. & l. ei. ſic ff. ad Treb l. ex facto. § fi. ſic C de in offi. teſtam. l. ſcimus. in fi. l.

Filijs dantur, quæ non dantur extraneis.

k Aliter. q̃ nunc diximus.
l Sub nulla non ſub vlla: quia nihil dicit de hoc. vel dic ꝙ eo ipſo ꝙ gñaliter alienare prohibuit, ꝙ & hãc prohibuit. ſ. emphyteuſim.
m Cõſtitutiona. de qua memoriã habuimus. ī. eo §. dudum.
n Rei. i. mercedis. ſ. q̃ põt haberi ea re ſi locaretur annuatim.
o Tãta. forte qñ res venit ad eccleſiam, reddebat ſingulis annis decem, & nunc tantundem reddit.
p Diximus. ī. eod. §. dudum. & §. proxi.
q Sextam. ad plus.
r Partem. accipe verbum ī. concedimus, i. remittimus.
s Imputandã. i. compenſandam cũ ſcrupuloſitate: nam quia interdũ emphyteuta damnum ſentit, vel ꝑꝑ tẽpeſtatẽ: vt ff. loc. l. ex conducto. §. 1. vel ꝑꝑ rei interitũ particularem: vt C. de iu. emph. l. 1. df fieri q̃dã cõpenſatio: vt hic, & ī. eod. §. dudum.
t Cladem. quia fundus ꝓ parte chaſmate perijt: vt ff. de mino. l. verũ. §. pen. vel quia arbores ſunt vẽto dirutę, vel domus exuſta: vt inſtit. de ī. ben. emp. § cũ antẽ.
u Aut. hoc eſt de reſponſione.
x Accipiat. vt ſi noĩe pẽſionis reddantur. v. & nunc quinque reddat, & nõ minuat: immò potius dimittat, vt ſequitur. Et vt hæc plenè intelligãtur, diſtingue, aut res quę datur in emphyt. eſt tantæ penſionis quantæ erat tunc cum ad eccleſiam peruenit: aut maioris, aut minoris, aut fere nullius, aut prorſus nullius. Primo caſu fit deminutio in 6. parte ſup. eo. dudum. & ī. proxim. §. & ī. de alie. & emphy. §. 1. in princ. & §. quæcunque col la. 9. in ſecundo fit deminutio ſiſt, vt puta in ſextam partẽ: ſed habetur reſpect^9 quãdo ad eccleſiam permanit: ne quod fauore eius inductum eſt, contra eam interpretemur: vt ff. de legi. & ſenatuſcon l. nulla. & C. de leg. & con. l. qđ fauore. In tertio, qñ eſt minoris, quàm quando peruenit ad eccleſiam, puta in dimidia, vel circa: tunc idem accipiat pro ea penſione quæ nunc eſt: aut dimittat, vt hic. Vbi autẽ parum minus, vel et eſſet parum plus: tunc credo idẽ quod in primo caſu. nam propter nimiam rẽ à iure non recedo: vt ff. de in inte. reſti. l. ſcio. In quarto. ſ. quando fere nullius eſt, vt quia ruinoſa eſſet, tunc aut ſolue-
te

emphyteuſim ſubire vult: aut nec accipiat penitus: cum liceat a conducere b potius quàm tales deminutiones in emphyteuſim celebrare. Si verò alicuius eccleſiaſtici prædij ſuburbani † emphyteuſis detur: qualia plurima maximè in hac nouimus feliciſſima cõſiſtere ciuitate, multo quidẽ digna precio, c paruas verò reddẽtia pẽſiones d aut nihil penſionum omnino: nõ ex redditibus e metiri emphyteuſim, ſed æſtimari ſuburbanum ſubtiliter, f & reputari ex precio collecto redditus poſſibiles in viginti annis † computari: g & in redditibus ex hoc computatis agi emphyteuſim, non perpetuo, ſed in eum q percipit, & duas ex eo ſucceſſiones, & viro & vxori ſicut prædiximus h faciendam. i

Emphyteuta ſi canonem non ſoluerit per bienniũ, cadit à iure ſuo, & reddere rem compellitur, et penſionem pro tempore præterito ſoluere, & dãnum emendare: nulla pro melioratione retentione competente. Bar.

Scire aũt emphyteutas conuenit, quia ſi biennio cõtinuo non exſoluerint emphyteuticũ canonẽ, k (hoc enim l tempus pro triennio aliorũ hominum m ſufficere ad caſum n eccleſiaſticarũ, aut ptochicarum emphyteuſim pro non ſoluto canone ponim') fient oĩno extranei emphytheumatis: & volentibus præpoſitis ſacrarũ domuũ licebit prædia, aut domos defendere, o nullam metuẽtibus meliorationum p † redditionem, ſed ſi quidẽ deterius fecerit q prædiũ r ſuburbanum aut domũ, qui empyteuſim percepit: cogi eum de ſuo diligentiã ac reſtitutionẽ s priſci ſtat' facere, & obligatũ eſſe ad hoc ipſũ, & hæredes eius & ſucceſſores, eiuſq; res, inſuper & debitos omnes reditus t ſine dilatione exigi.

Res immobiles eccleſiarum alienari prohibentur ĩ quãcunq; perſonã: ſiue ſint integræ, ſiue ruinoſæ: niſi ĩ empyteuſim à iure permiſſam: rerum æſtimatione ſubtiliter facta per architectos, reuolutione ſiue machinatione remota. Bart.

Quod autem dictum eſt u à nobis, vt nullius immobilis rei eccleſiaſticæ aut ptochicæ alienatio ſit permiſſa: ad nullam noſtræ reipublicæ perſonam ſancimus valere, x non ſolum ſuper conſtantibus domibus & ſuburbanis & hortis & agris, ſed etiam ſuper ruinis, ſiue ex igne, ſiue ex terræmotu, ſiue ex alia qualibet cauſa y ruina ſit: ſed etiam z in ijs, quæ omnino deſtructa ſunt, & in pauimen-

be vult ſtatim: & tunc ſit deminutio in tertiam partem ab ea penſione, quæ poterat colligi adhuc re exiſtente in ſuo ſtatu. Aut ſoluere decimum re refecta. & ſic nulla ſit diminutio præſentis mercedis immo medietatẽ eius penſionis, quæ adijcieruĩ ex rei ædificatione. debet adijcere. vt ĩ. de alien. & emphyt. §. ſi verò quædam. Sed quidã dixerunt non eſſe faciendam differẽtiam inter dicta dum modo capitula: cũ in eodem caſu intelligerent quod hic di. vt ĩ. de alienatione & emphy. §. ſi verò quædam, & illum §. hunc ſupplere dixerunt: quod nõ credo. In quinto caſu dico q prout põt. qualicunq; penſione debet locare. ſ. in emphy. œconomus: vt ĩ. de alien. & emphy. §. j. in fin. Addo etiã ſextum membrũ, qñ tanta eſt nunc, quanta prius: ſed parum eſt reſpectu æſtimationis rei, vt merito: & tunc dic, vt ĩ eo. §. ſi. & hæc omnia æſtimant' per architectos: vt ĩ eo. §. quod aũt.

a Cum liceat. i. magis licitum eſt ſic locare ad annos, q̃ penſionem deminuere: licet ſit ſecurius: licet eẽ qñq; ſit, quia melius eſt. &c. vt ĩ. de tabu. & vi proto. di. §. nos aũt. in fi.

b Conducere. i. locare.

c Digna precio. ſ. prædia.

d Penſiones. vt ſunt turres.

e Nõ ex redditibus. licet hoc fiat aliàs: vt ſ. eo. § proxi.

f Subtiliter per architectos: vt ĩ. eod. §. quod autem.

g Computari. q. d. talis detur penſio, q collecta vſque ad viginti annos contineat penſionem vel æſtimationem rei, hic & econtra in venditione rei eccleſiaſticæ quãque ſumit' precium ex penſione. vt ĩ. de alien & emphy. §. ex hoc aũt cõcedimus. Accur.

h Prædiximus. vt ĩ. eo. §. emphyteuſim.

i Faciendam. immo perpetuam: ſed dic, vt ĩ. eodem. §. alienationis.

k Canonem. ſ. ſolitam mercedem.

l Hoc. n. interpretatio eſt vſq; illuc. fieri.

m Hominũ. nam in priuata emphyteuſi per triennium expectatur vt C. de iure emphy. l. ij. §. h. ſed in eccleſiaſtica biennium: vt hic. & ĩ. de alienat. & emphy. §. ſi vero quis. Sed in ſimplici colono indiſtincte biennium expectatur: vt ff. lo. & cõdu. l. quæro. §. inter locatorem. & l. cum domus horreorum.

n Ad caſum. i. ad remiſſionem.

o Defendere. ſ. vindicando vel condicendo ex l. l. iſta.

p Meliorationum. quæ Græcè emponemata dicuntur: vt C. de iure emphy. l. ij & inde dicitur emphyteuſis. i. contractus meliorationis.

q Fecerit. ſ. dolo vel culpa lata vel leui, quæ veniunt in omnibus cõtractibus qui gratia vtriuſque partis fiunt: vt ff. de re. iu. l. cõtractus. & ff. commo. l. ſi vt certo §. nunc. ad inſtar .n. fructuarij bona fide vtet' vt ff. vſufru. quemadmo. caue. l. j.

r Prædium. ſcilicet ruſticum.

s Ad reſtitutionem. ideſt diligentem reſtitutionem.

t Oẽs redditus. ratione præteriti temporis tantum: vt ĩ. de ali. & emphy. §. ſi vero quis. Sed contra ĩ. eo. §. ſi vero ĩ perpetuã emphy. Rñ. ibi contractus ab initio nõ tenuit: ſed vbi tenuit, obtinet quod hic dicitur: vt ĩ. de alien. & emphyt. §. ſi vero præter.

u Quod autem dictũ eſt, vt ſ. eo. §. nos igitur.

x Valere. ſ. alienationem, cõtra enim videbatur ex eo quòd Imperatori eſt licitum: vt ſ. eo. § finimus. & ſuæ familiæ licitum videtur: vt inſtitu. de vſu & ha. § ij. cum & aliàs dicat. q ſit pars ſui corporis vt C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis in princ.

y Qualibet cauſa. vt vetuſtate vel chaſmate: vt ff de mino. l. verum. §. penul.

z Sed. q. d. non ſolum ſuper ruinis, ſed etiam. &c.

Authen.

† [illegible] proaſtij vertit Iulianus retento eodẽ verbo: quod mirat' Alciatus lib. j. prætermiſſorũ: cũ dicere potuerit ſuburbani. Contius.

† Cõcor. gl. 2. in c. cum ĩam. poſt me. tbi. qñq; cõſideret'. extra. de teſt.

† ἐμπονημάτων emponemata vocat Iulianus retento Græco vocabulo Contius.

to iacent, [e] ſiue etiam in puris ruinis nullũ ædificium habentibus, neq; materiam iacentẽ. Non .n. in illis alienationẽ fieri permittimus, niſi in ſola emphyteuſi temporali [b] ſm quod dudum à nobis dictũ eſt, & in tribus perſonis talibus quales prædiximus, [c] vt neque [d] vlla circunſcriptio in rẽ eccleſiaſticam in talibus fiat: duob. p tẽpora primatibus mechanicis, [e] aut architectis, ſiue [f] in hac regia & maxima ciuitate vna cũ Deo amabilibus œconomis, & quinq; reuerendisſimis presbyteris, & duobus diaconis, præſente quoque Deo amabili epo: ſiue ẽt in prouincia duobus inſignibus [g] mechanicis, aut architectis, aut ẽt vno (ſi vnum ſolũ ciuitas habeat) interueniẽtib⁹, in illis locis ſacroſanctis euãgelijs [h] poſitis definiatẽ ab architectis, quãtũ cõpetat pro hoc ſolui ſanctiſſimæ eccleſię ſm modũ emphyteuſis: [i] & in his [k] emphyteuticam [l] conſcriptionẽ in eo celebrari ſecundũ figurã pri⁹ dictã: [m] illũ [n] verò & ædificare, & vti materiebus, ſi materias habeat, & trãſmittere emphyteuſim vſque ad duas [o] ſucceſſiones (ſicut dictum eſt [p]) & ſic reuerti poſt trium perſonarum mortem ad ſanctiſſimã eccleſiã, aut venerabilẽ domum, ex qua facta eſt emphyteuſis, & etiam valere talem ꝯctum, vtpote præſenti non repugnantem legi. Neque illud quod hactenus ꝯ tales ꝯctus [q] agebatur, [r] valere permittendũ eſt de adiectione: vt ſi vel duorũ hr̃dum cõpleatur tẽpus, licentia [s] ſit eis qui poſt illum [t] ſunt, in emphyteuſim dare id, vnde agitur, & ſemper eos præponi alijs. [u] In hoc [x] enim nihil aliud eſt, quàm per reuolutionem perpetuas eis emphyteuſeis, [y] magis autem priuationes eccleſiaſticarum agi rerum. Sed & ſi quid factum eſt tale, [z] nullam neceſſitatem eſſe reuerendisſimis œconomis duobus hæredibus ceſſantibus cæteris tradere. [a]

CAP. IIII. Quomodo vſusfructus rerum ad ſancta loca pertinentium conſtituatur.

Res eccleſiæ concedi poteſt ad tempus accipere volenti ad vſumfructum, re alia eiuſdẽ redditus in eius compenſationem eccleſiæ donata, vt tempore finito vtraque res pleno iure ad eccleſiam redeat. Bartolus.

SI quis autem voluerit accipere ſecundum rationem vſus, aut qui vocatur vſusfruct⁹, rem eccleſiaſticam aut ſanctisſimæ maioris eccleſiæ, aut alterius cuiuſlibet [b] quæ in omni noſtra ditione ſunt poſitæ, aut ptochiorum, omnino percipiat hoc & ſecũdum prędictam obſeruationem, & ſecundum formam conſtitutionis Leonis [c] pię memoriæ: vt iſte locuples exiſtens, & ſubſtantiæ immobilis dominus, aliam mox rem ſecũdum proprietatis ius [d] compenſet [e] ſanctisſimę eccleſiæ, aut venerabili domui

[c] Iacent. quia totum eſt deſtructũ, ſed nõ eſt exportata ruina: ſed in ſequenti caſu eſt exportata. arg. ff. de dã. infe. l. prætor. §. ſi. & l. ſeq.

[b] Temporali. Immo perpetua hodie: ſed dic, vt ĩ. eo §. alienationis.

[c] Prædiximus. vt ſ. eo. §. emphyteuſim.

Nouimus b ex denunciatione tuę celſitudinis, legem feciſſe iā nos de traiectitijs pecunijs, quæ manifeſta facta eſt foro tuo. Sed qm̄ poſtea aditionibus nobis factis, præcepimus legem illam non valere, reſcindi eam ſperantes ex foro tuo: cognouimus autem eam & in quibuſlibet prouincijs iam inſinuatam: propterea ſancimus talem legem oīno vacare: & ſi contigerit etiā per prouincias eam deſtinari, nec ibi valere: ſed inualidam eſſe. Sicq; non volumus cauſam procedere, tanquam ſi nec ſcripta fuiſſet memorata lex: ſed ſm̄ de talib. poſitas leges nobis negotia & æſtimatione & ſententia potiantur. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legē, tua celſitudo operi effectuique tradere feſtinet. Dat. VI. Cal. Maij. CP. Dom. Iuſtin. perpetuò Auguſt. ann. Beliſ. V.C. Conſule.

TITVLVS VII.
Nouella 111.

HAEC CONSTITVTIO c INnouat conſtitutionem quę præſcriptionem centum annorum venerabilibus locis dederat.

Quæ actiones triginta annorum excludit præſcriptio: ſi loco religioſo competunt, quadraginta annis tantum excluduntur: vſucapionibus triennij & quadriennij ſaluis manentibus. Ang.

Impe-

---

his priuilegium non habēt: vt ī. de æquali. do. §. his cōſequēs. & C. qui po. in pign. hab. l. vlt.

a Factis & ita parcitur eis, ſi volunt pœnitere. y Sed cōtra. C. de apoſt. l. ij qui. in ſi. Solu. aut illud ſpeciale eſt in apoſtatis, aut hæc corrigit. Vel ibi de ijs, qui iā fuerunt catholici, q apoſtatauerunt: hic de ijs qui nunquam noſtram fidem prius cognouerunt. quib. eſt parcendum à principe: vt C. de hære. l. 4. in ſi. Item à Deo: vt C. de ſum. tri. & fide catho. l. ſi. circa ſi. Itē contra. ī. vt cleri. q re. & con. collat. 9. in med conſtitu. ſed ibi non ſuſcipiuntur clerici redeuntes: quia grauaretur eccleſia ī expenſis pro ſurrogatis & reuertentibus: vt ibi dicit. Item no. quod niſi pœniteāt, etiam à patribus hæredes nō ſiunt: vt ī. vt cum de appe. cog. §. generalem: coll. 9. Accur.

y Conco. c. 1. iūcta glo. ſuper verbo humiliato. prope ſi. extra qui cle. vł vo. vbi dř, de lictivenīā pœnitētibus non negam⁹.

DE NAVTIcis vſuris.

b Nouim⁹. Hanc legem q̄dā non habent. & non legitur.

† Priuentur.

c HÆC CONſtitutio &c.

Scilicet quæ eſt ſup. vt eccl. Ro. ſecundū lo. vt legitur in nouel. nā dicit illam generaliter loqui in omnibus eccleſiis & ideo generaliter corrigi. Sed nos intelligimus eam tantum de Roma. eccleſia, et alijs et ſuppoſitis. vnde dicas hic fieri mentionē de ea quæ eſt C. de ſac. ſan. eccle. l. ſi. ſuperior autē, vt eccl. Rom. &c. coll. 2. remanet in firmitate ſua. & hoc probatur in iure canonico, vt extra de præſcrip. c. vigilanti.

Quod

Imperator Iuſtin. Auguſt. Theodoro Orientalium prætoriorum præfecto.

Præfatio hęc deeſt ĩ Scrigeriana editione. Cont.

QVod medicamenta [f] morbis, hoc exhibent iura [a] negotijs: vnde conſequit̃,vt nonnunquã à iudicio diſcordet effectus: & quod credebat cõiectura ꝓdeſſe, experimento inueniat̃ inutile. ꝓbat igit̃ hoc pſentis etiã neceſſitas ſanctionis, in qua priuilegiũ ex religioſo propoſito ſacroſanctis eccleſijs Dei & monaſterijs, alijsq́; religioſis locis cõſtõne noſtra nuper indultum, neceſſaria correctione diſtinguimus. Dudũ ſiquidẽ iuſſeramus ad centũ illis annos exceptionis ꝓpagari curricula, per cuius licentiã ſanctionis negotia qdẽ multa cõmota ſunt, & velut antiquorũ vulnerum [b] obductę patuerũt iterum cicatrices: ſed eorũ ſanitas prouenire non potuit, probationum.ſ.difficultatibus impedita: qm̃ per tm̃ ſæculi magis q̃ tpis ſpatiũ, nec documẽtis ĩtegritas, nec actis fides, nec ętas valet teſtibus ſuffragari. [c] Vnde quia largitati nr̃æ cauſarũ ñ occurrit anguſtia: [d] cũ rõne ſimul ac religione tractãtes ꝓdictum priuilegiũ vſq; ad poſſibilẽ modũ deducere experimẽto retraximus, & iubemus in negotijs, q̃ antehac 30. annor. remouebat exceptio, nũc venerabilibus eccleſijs, monaſterijs, & xenodochijs, necnõ orphanotrophijs, & brephotrophijs, & ptochotrophijs 40. ann. proteſtatio conferatur: ſalua .ſ. circa alias perſonas & cauſas virtute quã ſemp tricennalis ſibi pſcriptio vindicabat: qm̃ hanc 10. ann. adiectionem ſolis (vt dictũ eſt) religioſis locis, eorumq́; iuri vel ↄ̈ctibus indulgemus: vt ſopitæ hoc tpis ſpacio tam perſonales q̃ hypothecariæ actiones in perpetuũ conquieſcant: nihil penitus alijs exceptionibus derogantes, ſed tam in alijs, [e] triennio vim roburq; tenentibus. in illis namq; (vt dictum eſt) negotijs religioſos ↄ̈ctus memorato 40. annor. priuilegio volumus perfrui, in quibus eis 100. anno. prærogatiuam conſtitutio [f] nr̃a contulerat. Si quas planè cauſas añ hanc noſtrã conſtitutionem ab eccleſijs cæterisq; ſacris locis vbicunque commotas, iudicialis ſñia aut tranſactionum conuentio terminauit, nolumus refricari, ſed in reliquum illis hanc obijci ſanctionem, quas antehac ſopitas octo luſtrorum [g] ſilentio moueri hactenus, aut motas terminati non contigit. Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ per hac generalem legem noſtra ſtatuit ęternitas, edictis propoſitis ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. Cal. Iunijs Conſtant. Imperij Dn. Iuſtin. perpetuo Aug. ann. XV. Baſilio V.C.Conſ.

TITVLVS VIII. Nouel. 112.

DE LITIGIOSIS, ET de decima parte litis ab actore cautela præſtanda.

Res litigioſa efficitur mobilis & immobilis, cũ inter poſſeſſorem & petitorem de eius dominio cauſa mouetur per iudicialem conuentionem, aut princips precibus oblatis, & reo cognitis. Ang.

Imper. Iuſtin. Auguſ. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRAEFATIO.

MVlta quidem de litigioſis tam antiqua legiſlatorũ prudentia, [h] q̃ imperialis diſpoſitio [i] ꝓmulgauit. ſed in pñti qdem iudices à nr̃a clementia petierũt, vt dubietatẽ diſcernamus, q̃ adhuc pro hmõi cauſis in iudicijs cõmouet̃, & leges necnon cõſtitutiones ſuper his poſitas apertius explanemus: vt iam manifeſtiſſimum ſit, quas res vocari litigioſas oporteat.

C A P. I. Quæ res litigioſa ſit.

Ideoq; ſancim[a] litigioſam dici & intelligi rẽ

[a] QVod medicamẽta iura. Vt enim morbo per medicinam quis liberatur, ſic & negotiũ per iur. & ſic qñque mala dat̃ medicina, quę creditur bona. & hoc dudum poſtea apparet, & alia eſt neceſſaria tũc medicina: ita & lex qñque fit mala q̃ creditur bona. & cũ poſt apparet, eſt neceſſaria noua lex. & hoc dicitur hic. Accur.

[b] Vulnerum. vt vulnus male curatũ iterum patefit: ſic præſcriptio centum annorum quæ videbatur pacificata, iterũ tractabatur: & nõ poterat ad finẽ perduci inopia probationum: quia vix inueniebatur aliquis centum annorũ qui ꝓbare poſſet: & hanc neceſſitatem reduxit ad quadraginta annos. Acc.

[c] Suffragari. No. fidẽ teſtium poſſe perire. ſic ff de Carbo. edic. l. 3. §. dux. & ff. de tẽ. non ſo pec. in prin.

[d] Anguſtia. i. nõ occurrunt ea quæ nr̃a largitate vtantur, cũ ex memoria perit: licet alij aliter exponant hoc. Acc.

[e] In alijs puta quadriẽnij, vt C. de quadrian præ. l fi & plane dicet j. de eccl. ti. §. pro temporalibus. col 9.

[f] Conſtitutio. dicas ſemper fieri mentionem de illa conſtitutione. l. vt inter diuinum. C. de ſacroſan. eccl. licat Ioan aliter dixerit, vt dixi in rubrica. Acc.

[g] Octo luſtrorum. luſtrum vocatur quinquenniũ quod octies iteratum. xl. complet annos, qui enim iſtum tacuit, obijcit̃ ei ſanctio.

[h] Multa quidẽ. Prudentia. vt j eo. p totũ.

[i] Diſpoſitio. vt C. eo. per totum.

Et

† DE LITIGIOſis, & decima parte &c.

† Cõcor. c. cæterũ. cũ gl. 1. ex de iur. ca. vbi hæc tractãtur, & l prog. decrat. in glo ſuper verbo, noua litigia. circa fin. ibi, & qđ medicamenta.

† Græcè ita ſubſcriptũ ẽ in Scrimgeriana editione. Contius.

[a] Et poſſidentem. ſic ergo dē corporali rẽ. P.cū di xit idem de incorporali, ideſt de actione perſonali. quod ſatis pōt dici ſm vetera iura: vt C.e.l.2.& l.fi. ſed per hanc vł ꝯtrarium.& ſm hoc non pōt opponi de eo quod eſt C.ne liceat po.l.1.& 2. vbi ceſſa actio potē tiori amittit: q̃a ibi eſt incorporalis.

nuē cum procuratore: vt ff. de procurat.l. Paulus.cū ſic legatarius cum eo qui cōuenitur querela. vt ff de inoffi.teſtamen.l.ſi ſuſpecta. & ff.de appel.l.ſi perlu ſorio. Acc.

[m] Ad hoc. aliàs ad hæc. aliàs ad hoc, & quælibet eſt bona littera.

mobilē & immobilem, ſeſeq; mouentem, de cuius dominio cauſa inter petitorē & poſſidentē [a] mouetur, [b] aut per iudiciariam conuentionē, aut per preces † principi oblatas, & inſinuatas iudici, ac per eū aduerſario interpellatoris cognitas. in his enim caſibus etiam præteritam conſtitutionem [c] manſuetudinis noſtræ per hāc volumus obtinere: [d] in qua ſcientes & ignorantes emptores diſcernimus. [e] & hoc adijciendū eſſe perſpeximus [f] vt ſi lite de re litigioſa pendente pulſatum contigerit ab hac luce recedere, hæredes autem eius velle diuiſionem rerum facere, ſine aliquo obſtaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigioſæ per ſucceſſionē ad hæredes perueniunt, non debet alienatio intelligi earum inter cohæredes diuiſio. [g] Et hoc aūt præſenti noſtra lege decernimus, vt ſi contigerit vnum pro tali cauſa litigantem, [h] ab humano cōſortio recedentem, per vltimā voluntatem res aliquas, de quibus dñij dubitatio vertitur, legati noīe cuicunq; relinquere: ſi quidē hæres iudiciali ſentētia dñs earum fuerit demonſtratus, tūc legatarius qđ relictum eſt, modis oībus conſequatur. [i] Si verò hæres in iudicio victus extiterit, non habeat legatarius licentiam aliam rem pro eodem legato hęredem exigere: quoniā ſciēs teſtator rem litigioſam eſſe, litis euentum legatario dereliqt. [k] Vnde damus licentiam legatario (ſic hoc prodeſſe ſibi putauerit) litis participem fieri: [l] vt ne aliquā forte negligentiam ſeu proditionem hæredi poſſit obijcere. Ab hoc [m] autem litigioſi vocabulo hypothecas ſeparari decernimus, & in his hanc diſtinctionem tenere: vt ſi quidem ſpeciales res mobiles, vel immobiles, aut ſe mouentes nominatim fuerint hypothecæ ſuppoſitæ, liceat quidem debitori eas, cui & quando [n] voluerit vendere: ſic tamen, vt ex precio earum vſque ad debiti quantitatem ſatisfaciat creditori. Si autem hoc debitor non fecerit: damus licentiam creditori, qui rem venditam ſuppoſitam habet, eandem rem vindicare, [o] donec ei ſatis pro debito fiat: [p] Hoc autem pręcipimus obſeruari, ſi non forte ante, aut per generalem, aut per ſpecialem nominatim hypothecam eadem res alijs fuerit creditoribus [q] obligata: Tunc enim ſecundum ſacrarum noſtrarum legum tenorem, temporum priuilegia vnicuique creditorum ſeruari decernimus. Ex quo iam claret, quòd generales hypothecas multo magis litigioſi vocabulo volumus contineri: ſed earum actiones ſecundum veterum

† Cōcor. gl. vnica l fi. in e. tem latum. e.ti de offi. de lega. vbi dr, q̃ ſicut per libelli oblationē res efficit̃ litigioſa, ita p citationem ppetuat̃ iuriſdictio de legati.

[b] Mouetur. non eſt neceſſe, q̃ lis ꝯteſtet̃ ſtatim enim reſtringit̃, cū dr, iudiciaria cognitione &c. libellū ergo dari neceſſe eſt, ſed non litē cōteſtari: licet multi contradicant. Item ſimplex interdictio non fecit rem litigioſam: vt C.eo.l.j.& ff.eo.l.j. Acc.

[c] Conſtitutionem. poſitam. C.eo.l.fi.

[d] Obtinere. i. intelligi

[e] Diſcernimus. vt ſciens emptor re careat, & precium det̃ fiſco. non vt iuero cedat alienantis: Imo ipſe det tantūdem. ſi ſit emptor ignorans ꝓciū rehabeat, ſi ſoluit tātum, q̃d ſit eius tertia: vt C.e.l. fi. Ac.

[f] Perſpeximus. ſ per eandem l. fina C.eo. circa fi.

[g] Diuiſio. quędam enim fiūt cū vniuerſitate, q̃ aliàs non fierent: vt ff. de acquir. re.do.l.quædā.& idē dicas in dotis cauſa, & donat. pp nupt & tranſact.& legatis, & fideic. vt C.eo.l. b.§. fin: in fi.& ꝯ.prox.§.

[h] Litigantē. actorē, vel reum.

[i] Conſequatur. quid ſi hēs agere non vult Rñd. cōpellit eū legatarius: vt ff. de leg.j. l.ſi ſic.§.fi. Et nut. de hoc triplex ius. nā iure veteri agebat hēs, & in oēm euentū legatario tenebatur: vt C.eo.l.3. & hoc ante Iuſti. per Iuſtinia. vero agebat legatarius ſuo periculo: vt C.e. l.fi. in fin. hodie vero agit hēs, ſed periculo legatarij, vt hic ſubijcit: & ſm hoc dictę ll. corriguntur hic in hoc. Accur.

[k] Dereliquit. hoc. n. ꝓſumimus, nec ꝯrij probationem recipimus. Acc.

[l] Fieri. ſic & domi-

[n] Et q̄ſi. et pendente lite iam ſuper hypothecaria: nam & hoc hic dicere intendit. Sed nunquid tenetur actione in factū debitor, qui alienat cauſa mutandi iudicij? Rñ. ſic, vt ff. de alie. iudi. mu. cau. fa. l.c. & licet ille tit. locū habeat, antequā ſit res litigioſa. tamē multo magis poſt habet locum, vt arg ff. de pecu. l. ſi poſtea. Sed alij intelligunt hunc. §. vt ſi agat rei vin. contra aliquem, non ideo prohibeat̃ rem obligare, licet ꝓhibeantur eam aliàs alienare.

[o] Vindicare. per hypothecariam, debitore ſcilicet poſſidēte, qui nondum tradiderat eam emptori, vt ī. de fideiuſ. §. ſed neque ad res, quę eſt ꝯ. ſm Ir. vel forte emptore etiam poſſidente. & ita hic corrigit̃ qđ ī. de fideiuſſore dr, & hoc ſm Bul. vł tertio die excuſſis tā primitus bonis debitoris, & mādatoris, & fideiuſſoris, & ſpōſoris, vt ī. de fideiuſ. §. ſed neque, colla. i. ſm Al. quod verum videtur. Vel hoc locum habet. quando agit creditor, vt ex ipſo pignore ſibi ſatiſfiat. vł aliud l taci to pignore, vt hic: cū hoc ſm leges veteres erat, vt ff. de iure fiſ. l. Muſebis. & dixi ī. in prędicto ꝯtiu. Acc.

[p] Fiat. vt C. de pign. l. debitorem. & ff. de diſtra. pigno. l. ſi creditor. §. fi. & facit. ff. de pign. act. l. quāuis.

[q] Creditoribus. qui poſſideant, vel petāt.

Alt-

a Aliquos teneri. Cum in præſentia ſint. Accu.
b Interlocutionibus .i. præceptis: nam oē preceptū iudicis, quod facit ad cām finiendam, eſt interlocutorium: vt ff. de verb. l. qualem. in fi.
c Actis. i. ſcriptura inde facta auctore iudice. Sed nunquid ex hac .ſ. ſcriptura oriť actio contra fideiuſſorē? Reſ. non: ſed vi iudicis officium in exigenda decima interueniat: licet ſtipulatio non fuerit appoſita, ſm Azo. ſi vero ſit appoſita, actionem vtilem ex ſtipulatione executoribus: vt ff. rem pup. ſal fo. l. 4. in prin.
d Officij. i. officialium, vt ponatur miniſterium pro adminiſtrantibus. Acc.
e Præſtiterit. Sed cui? Reſ. executoribus, nam ex eorum pacto habebit reus vtilem actionem, vt modo dixi, vel ipſi conuento ſiue debito.
f Permaneat. ſ. actor. Sed contra. C. de appell. l. eos. in fi. nam nullus cauet de prouocatione appellationis exercenda: vt ibi dicit. Sed dicas illud corrigi per iſtud, ſm Azo. Vel illud in appellationis cauſa, hoc in principali.
g Expenſarū. Not. quòd qui iniuſte litem mouet, ad expenſas tenetur: vt hic, & C. de epiſc. & cleri. leg. omnes. in fine, & ſupra. de exhiben. §. quia vero. & C. de iudi. l. properandum. §. ſi vero. Acc.
h Decimā. Dicunt quidam, ꝙ hęc decima non excedit vltra 15. aur. vt ſup. de execu. §. 1. col. vij. Alij dicunt, quòd excedere poteſt, & illa auth. ante conteſtationē loquitur, hæc poſt. & ſic hæc differt ab illa, nec altera eſt ſuperflua. Tu dic, ꝙ illa fit propter incipiendam cām, hæc propter finiendam. Sed quæ cautio prius fiet? Reſ. illa, tum quia eſt in ordine huius libri prior, tum ꝗa reſpicit principium, ꝗđ prius eſſe debet: vt arg. C. de no. cod. cō. §. fin. Item ex cōtrario hęc poſt illa? Reſ. ſic. Vel dic ſm Io. illa ante receptionem libelli, hæc poſt: licet antequam reo detur. Item quid ſi plus expendit, quam decimā? Reſ. totum ſibi reſtituitur, ſi hoc iurat: vt argu. ſ. de exhib. § quia vero. col. v. & ſ. eo. §. omnem. & ff. de iudic. l. eum. & C. de iud. l. properandum. §. ſi vero. Sed vř ꝙ hæc decima nullo modo ſit pręſtanda: vt inſti. de pœ. te. liti. §. hæc autē. quæ eſt contra. Solu. illa corrigitur, vt hic. Itē qđ ſubijcit quātitatis, large accipe & ꝓ ſpecie. vt ff. de leg. 1. l. quiſquis. Et ſic no. hic, quod & in actione perſonali debet actor dicere rem certam in libello: vt hic & ff. de rei ven. l. ſi in rem. § & ſi veſtimenta & ff. de dolo. le. item exigit. & ff. de iureiur. l. prætor in prin.
i Hoc ipſum. ſ. ſide iuſſorē, ſe dare non poſſe. qđ ſubijcit, & ꝙ duo iurant, ſic & ſ. vt nul. iu. §. ſi vero crimen. & C. de eſſer. in. l. j. §. omnes. & ff. qui ſatiſda cogan. l. de die. §. ſi. & facit ad §. ſ. de ſan. epi. § nulli. col. ix & ſ de nupt §. q vero. in fi §. coll. 4
k Profiteatur. ſ ꝙ vſque ad fi. litis permaneat. Accu.
l Denarū. i. decem & decē: vt ff de lega. j. l. ſi quis teſtamē to. §. Titio.
m Detentus eſt. i. citatus re & verbo.
n Ex conſenſu. i. arbitrio ſm quoſdā. nam ibi non præſtatur prædicta cautio ſm eos. Sed contra. ff. de arbitr. lege prima. dic ergo ibi, vt remittatur partium conſenſu. nam conſenſu partium de iure

† Admonet legendum [illegible]. Contius. Expenſis mulctatur iniuſtè mouens litem.

rum legum conſtituta examinari, & inde vim præcipimus obtinere. Et hæc quidem de litigioſis & ſpeciali necnon generali hypotheca diſpoſuimus, vt iam nulla de ijs in iudicijs dubitatio generetur, ſed ſecūdū diſtinctionem huiuſmodi certamina terminentur.

CAP. II. De cautione, quę ante reorum citationem præſtari debet ab actore.

Ad excludēdas autem calumnioſè mouentium intentiones, & exſecutorum fraudes: aliud inuenit prouidentia noſtra remedium. Sācimus enim omnes iudices, ſi quando aliquos teneri, a vel amoueri † voluerint, hāc conditionem in ſuis interlocutionibus b adijcere, vt non aliter conuentionales libelli pulſatis porrigātur aut ſportulæ executoribus dentur, niſi prius & in libello actor ꝑ ſe aut ꝑ tabularios ſubſcripſerit: & actis c interuenientib. fideiuſſorem idoneū periculo cōpetentis officij d præſtiterit e confitentem, ꝙ vſque ad finem litis permaneat, f & ſuas intentiones, aut per ſe, aut per legitimum procuratorem exerceat: & ſi poſtea fuerit approbatus iniuſtè litem mouiſſe: ſumpturum & expenſarum g nomine decimam h partem eius quantitatis, quæ in libello continetur, pulſato reſtituat. Si autem dixerit non valere fideiuſſorem dare: tunc apud iudicem, à quo cauſa examinanda eſt, ſanctis propoſitis euangelijs per ſacramētum hoc ipſum i affirmet, & ſic iuratoriam cautionem † exponat, & per eam hęc, quæ ſuperius dicta ſunt profiteatur. k Si verò non hæc omnia, quæ prædiximus, ſecundum antè latum modum proceſſerint: nullatenus pulſatum reſponſum facere executori concedimus. Nam ſi citra memoratam diſpoſitionem aut aliquis iudicum, aut officium eius, vel quilibet executor negotij aliquē conuenire præſumpſerit: iudex quidem & officium eius denarum l librarum auri pœnam ſuſtinebit: ipſe autem executor negotij & confiſcationem ſuæ ſubſtantiæ patietur, & exilio quinquennali damnabitur: pœna videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis Orientis rerum priuatarum exigenda, & noſtri fiſci iuribus inferenda. Omne autem diſpendium, quod pulſatus ex hac conuentione præter tenorem noſtræ legis factum perpeſſus fuerit, ex petitoris ſubſtantia pulſato reſarciatur periculo iudicis, cuius ab executore detentus eſt, m necnon & officij quod eius iuſſionibus obſecundat: vt vndique noſtro imperio ſuperna maieſtate ac diuinitate crediti, pro ſua indemnitate lætentur. Cauſas verò, † quæ ex conſenſu n vtriuſque partis in iudicio mouentur, à pœna

† Facit ad idem. c. per veſtras. iuncta gl. ſup verb. pōt. extra de do. inter vi. & vxo.

Libellus & in pſonali actione rē certā continere debet.

† Facit ad nunc text. gl. j. in c. cū dilecti. poſt med. ibi, item ſatiſdatio extra de arbitr. vbi dr ꝙ coram arbitro non pſtatur ſatiſdatio, ſed ſufficit pœnæ ꝓmiſſio.

iure interdũ relaxat᷑, vt arg. ff. da ferijs. l. j. §. j. reſpon. a Conſtitutionibus q. d. ſiue huius conſtitutionis auxilio, ex quo partibus placet. b Omnem. ſup. ad omnem &c. c Legem. vt C. vt nemo inuit. agere vel accu. vel nõ fertur definitiua, ſed de rebus abſentis ſatiſfit. Item nota, conſuetudinariũ eſſe tres dari potius quàm plures vel pauciores, ſiue maioris temporis ſiue minoris in iure inueniat᷑, vt j. vt ſpõſal. largitas. §. ad hoc. coll. 4. & C. quo. & qñ iu. l. conſentaneum.

huius conſtitutionis liberas eſſe decernimus:& ſicut alijs noſtris continetur conſtitutionibus, a terminari.

CAP. III. Vt poſt annum & tria edicta in actoré contumacem ſententia feratur.

Actor, qui actionem in iudicio popoſitam poſt litem conteſtatam proſequi differt, tribus iudiciarijs edictis citatur: poſt quæ ſi adhuc venire recuſat, iudex poſt annum ſibi indultum ſententiam profert. Barto.

Omnem b verò † cauſarum finem volẽtes celeriter peruenire, illorum malignitatibus obuiamus, qui tãtummodò proponunt actiones, nolunt autem vſque ad finem exercere iudicium; dicentes legem c eſſe, quæ decernit neminem actiões ſuas exercere nolentem compelli. Et hãc igitur prauitatem extinguere feſtinantes, iubemus memoratæ legis auxilio non eos vti, qui contra aliquem ſuas propoſuerint actiones, ſiue per iudiciariam conuentionẽ, ſiue per preces principi oblatas, & iudici inſinuatas, & per eũ ad ſcientiã aduerſarij deductas, vel ſub legitimi iudicis cœptas examine. Iniuſtè enim agere recuſat, qui paratus aduerſarium ſuũ ad iudicium vocauit: cũ excuſatio hęc pulſato magis quàm actori conueniat. Quamobrem d ſancimus actorem cœptũ negotium vſque ad finem litis exercere. e Si verò cauſam proſequi diſtulerit: damus pulſato licentiam, iudicem apud quem lis cœpta eſt, poſtulãdi: vt ab eodem iudice actor ad iudicem f aut per ſe aut per legitimum procuratoré venire moneatur:& ſic hoc minimè fecerit, propoſitis tribus vocetur g edictis: vnaquaque cautione h† nõ minus quàm triginta † dierum ſpacio concludẽda. Iubemus enim ordinarios iudices nõ ſolum preconum i vocibus, ſed etiam edictis propoſitis quamcunque litigatorum partem abſentem in iudicium vocare. Vocem enim preconũ pauci poſſunt, qui præſentes inueniuntur, audire: edicta verò per multos dies ſic poſita poſſunt penè omnes agnoſcere. Alijs autem omnibus iudicib. qui per imperialem iuſſionem cauſas examinãt, ex præſenti lege permittimus k partes quæ in iudicio non permanent, propoſitis edictis l vocare, ne cauſæ infinitæ permaneãt. Si verò apud iudicem initium m lis non acceperit, ſed tantũ conuentionali libello n quicunq; pulſatus o eſt,

d Quamobrem. nunc incipit. & primo qñ lis iam conteſtata eſt: poſtea qñ nõ eſt ɔteſtata: vt j. eod. §. ſi vero. in fin.
e Exercere. Not. q qui ſemel voluit, proſequi cogit᷑, vt C. ad Velle. l. fin. in fi. & ff. man. l. ſi mandauero. §. fi.
f Iudicium. aliàs negotium.
g Vocetur. vt veniat ad cãm, vt C. q. accu. non poſ. l. j.
h Cautione. i. dilatione: ſic dicta, quia ad cautelam datur, vt poſſit ad peremptorium peruenire, & ſic ad ſententiam. vt ff. de iudic. le. ad peremptoriũ. & qd dicit xxx. dierũ, dic q olim erãt x. vt ff. e. l. p interualla. & C. de iud. l. ꝓperandũ §. j. Sed illę corrigun tur p iſtã auth. Illud etiam idem ſpatium credimus augeri in reo. nam non debet &c. vt ff. de re. iu. l. nõ dẽt ff. de fer. l. fi. ſm Io. ſed dico grauari actorem, vt definitiua contra eum feratur, & ante lit. conteſt. vt j. eo §. ſi verò. & non dico in reo abſente ante litẽ conteſt. ſed ſi agatur realiter, in poſſeſ. rei petitæ mitter᷑ actor, vt C. de præſcrip. triginta annorum. l. ſi quis. ſi perſonaliter, pro menſura debiti, vt ff. de exhib. §. ſi verò etiã multa enim conceduntur reo, q actori non conceduntur. vt C de tempo. in integ. reſtitu. l. petendæ & ff de fer. l. fi. ſed omne quod licet actori &c. vt dictum eſt. & eſt ratio: quia durius debet adſtringi actor qui prouocat inuitum, vt ſup. prox. iniuſtè enim &c. Sed videtur etiam, q contra reum ferretur definitiua ſententia ante lit conteſtat. vt j. vt omnes obed. iudici. §. ſi verò. coll. v. Sed dic ibi quaſi conteſtat. lit. contradicendum: cum alius ei reſponderit.

& j. vt cũ de ap. cog. § ſed hoc plenè. Sed qro, an hoc caſu iudex poſſit hoc ſpaciũ minuere? Vr q nõ, vt ff. e. l. per interualla: cum ſit dilatio legalis. aliud aũt ſi ſit in iudiciali. vt C. de dila. l. j. Vel dic poſſe minui, vt ff. de iudi. l. nonnunquã.
i Preconum. hodie per tres nuncios ad domũ miſſos. nec clamat preco p plateas, quia &c. olim enim per edicta in albo poſita, vt hic continet᷑, ſm Ioan. Sed qualiter, cum ſemel eſſet ſcriptum in albo. iterum ſcribebatur? Rñd. forte alaphis triginta diebus delebatur, & iterũ ſcribebat᷑. Et not. q in hoc albo erant ſpecialia edicta, vt de his citationibus: qdam generalia, vt ea quæ dicuntur prętorum edicta, vt ff. de iuriſ. om. iudi. l. ſi quis id. In prin. Acc.
k Præſenti lege permittimus. Not. de legato principis licere citare per edicta. & ſic eſt contra. ff. de exhib. §. ſi vero quidam. ibi, nil facere valente. Sol. hic corrigit in his delegatis. Alij dicunt, q hæc ſ. n illam diſtinguit᷑, vt hic lite conteſtata non ante liceat Accu.
l Edictis. in albo.
m Initium. Not. initiũ litis fieri per conteſtati. ſ ſis C. de plus petit. l. j. & C. de iud. l. properandũ. & C. vbi de criminae agi opor. l. j. & faciunt ad ea quæ dixi. ff. de iuriſ. om. iud. l. & quia. in h. l.
n Libello. hic derogat. l. C. de eden. l. edita. quia neceſſe habet perſiſtere in veteri, vt hic: nec poteſt mutare libellum ſecundũm Azo etiam ante lit. cõteſt. ſed per illam licebat vſq; ad lit. conteſtatam. Acc.
o Pulſatus. coram ordinario.

Proſequi cogit᷑, qui ſemel voluit.

† Facit adhuc. §. c. poſtea. cũ gl. j. extra de dilat. & ex hoc § ſumitur auth. q eſt ſup l. conſentaneũ C. quo & qñ iudex. & incipit: q ſemel.

† vocatione. in ſcriptis.

† Facit ad hanc tex. gl. 1. poſt prin. c. j. extra de dila.

† Cõcor. c. relatum cũ gl. j. extra de offi. delega.

Per

aut precib. noſtrę oblatis clementię: iuſſio nr̃a ſup hoc prolata, ſiue ſcriptis, ſiue per mandata [a] iudici fuerit intimata, & ea aduerſario per eũ cognita: etiã ſic licebit pulſato ire ad cõpetentẽ [b] iudicem, & per eũ ſuũ aduerſarium ſimili modo vocare. vt ſi qdẽ ſui præſentiam actor fecerit, cã ſm legum ordinẽ examinata finem legitimũ ſortiatur. [c] Si vero propoſitis edictis vocatus ad iudicium venire, & ſuas intẽtiones aut p ſe aut per legitimum (ſicut dictũ eſt) procuratorẽ proponere noluerit: tunc & aliud [d] vnius [e] anni ſpaciũ ei concedimus: intra quod niſi ſuam intentionẽ fuerit proſecutus, damus licentiã iudici, & abſente aduerſario, partis permanentis [f] allegationes ſecundũ noſtras leges examinare: & veritate [g] ſubtilius requiſita, legitimã proferre [h] ſententiam.

Si verò intra prædictũ anni ſpacium venerit, & ſuas intẽtiones exercere voluerit: iubemus iudicẽ modis oibus expẽſas vel ſumptus quos pp litem pulſatus permanens in iudicio ſuſtinuerit, ante omnia exigere actorem, [i] & pulſato dare: & ſic actorem permanere, donec cauſa finẽ ſm leges accipiat. Nã ſi tãtummodo venerit, & expenſis ſiue ſumptibus datis ſolũ annale tempus interimere voluerit, & iterum à iudicio recedens, vſq; ad exitũ cãę nõ permãſerit: iubemus eum poſt prædictas [k] edictorum & annalis ſpacij obſeruatiões ab omni cadere actiõe [l] quam ſibi competere cõtra pulſatũ exiſtimabat. Deterior [m] nanq; †dolus eius agnoſcitur, q interruptam iterum litem deſeruit, quàm qui ſemel acceptã dereliquit. Legis aũt [n] priuilegio, [o] q nolentibus non imponit neceſſitatem proprias actiones mouere: illis tantũmodo vti concedimus, qui nullã ſm prædictos modos aduerſario mouerint quęſtionem. Hęc autem oĩa obtinere decernimus in cauſis, quę necdum vel iudiciali ſententia, vel amicabili conuentione, vel alia iuri cognita deciſione finitæ ſunt, Theodote parens cariſſime, atq; amantiſſime. Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua præſentem noſtri numinis legẽ in perpetuo valituram edictis in hac regia vrbe propoſitis, & præceptionibus in vniuerſis prouincijs ſub tua conſtitutis iuriſdictione directis faciat manifeſtam: vt omnes ea, quæ pro vtilitate eorum ſancimus à ſe cuſtodienda cognoſcant. Dat. IIII. Idus Septem. Conſtantino. Imperij Dn. Iuſtiniani PP. Auguſt. anno XV. Baſilio V.C. Conſu.

TITVLVS IX.

Nou. 116. De militibus.

VT NEQVE MILES neque fœderatus obſeruetur domui priuatæ, aut poſſeſſiõi alicuius.

---

a Per mandata. ſ. ſine ſcriptis, vt per nũcium.

b Competentem. ſ. eum qui delegauit, qñ eſt delegatus à ſimplici ordinario, vel ad iudicem cauſæ. Azo.

c Sortiat̃ p definitiuam. qn ambæ ſunt pſentes, ſi eſt lis cõteſtata, aliàs fieret vt diẽ. ĩ e. §. prox. vt diſtinguas reus vel actor ſit abſens. Acc.

d Aliud. ſic crucifixus eſt Chriſtus, & alij &c. ſic ĩ. vt de ſuis ſeu fu. in prin. colla. 5. nec enim hic aliud ſimile ſpaciũ præceſſerat.

e Vnius. propter triplex ſpacium 30. dierum, quod eſt ei datum inter edictũ & edictum.

f Permanentis. In præſenti.

g Et veritate. vt ſi habeat actor bonã cãm, nihilominus vincat redditis reo expẽſis. vt C. de iudi. l. ſancimus. & l. properandum. §. ſin autem ex geſtis. & ĩ. de iudi. §. oportet.

h Proferre. qñ lis ſit eſt conteſtata & cognitum de cã p probationes rei. aliàs qn ab obſeruatione iudicij ita abſolueret reũ ſm quoſdam. Tu autẽ breuiter mirabilia hic no. quia introducunt hic teſtes ante lit. conteſta. ſi reus vult in ſe onus probationis ſuſcipere. ſic ff. de proba. l. circa. Secundum. quia fertur definitiua ſententia ante lit. conteſta. ſic enim dicit, & veritate ſub ti &c. & hoc ſecundum M. & Ioan. Bul. contra, & dicebat legitimam ſententiam de miſſione in poſſ. & hoc qñ reus probat, vt dictum eſt aliàs ab obſeruatione iudicij ſit ei abſoluetur reus, vt C. de iudic. l. properandum. §. 1. Item tertium nouum no. q ampliatur numerus dierum, cum olim. x. hodie 30. ſm vt dix. ĩ. § prox. Item quartum quia actio ciuilium alitur inſtãtia: licet aliàs regulariter triennio duret ciuilis. vt dicet. ĩ. proxi. Quintum not. q cõtrahitur eiuſmodi erũ etiam actore abſente, vt poſſit definitiua dari, & hoc idem erat per. l. properandum. §. ſin autem reus. ſecus vt iure veteri, vt ff. de iudi. l. & poſt edictum. & eſt argu. pro hoc. ff. de regu. iur. l. non debet. Item ſextum not. quia cadit quis ab actione ſua propter procraſtinationes ſuas, & dilationes huiuſmodi. vt ĩ. proxi.

Sñia definitiua alĩ qñ ante liti cõteſt. fertur.

i Actorem. ſic C. de iudi. l. ſancimus & ĩ. de his, qui ingred. ad appell. §. quia igitur. ibi, expenſis modis omnibus &c. colla. quinta.

k Prædictas. i. iterũ de nouo faciendas. & ſic ſi bene computes, habes biennium & ſex menſes ſm lo. Vel dic, q loquitur de prædictis: & ſic habes annum tm̃ & tres menſes. quicquid tñ dicas, derogatur l. properandũ. q ſtatuit triannium nam vel intra biennium & ſex menſes vel intra annũ & tres menſes finitur hoc iudicium: & ſic & aliàs finitur per annũ: vt ſup. da hę & Fal. § illud. coll. 1. ſm Azo.

l Actione. nunquid ipſo iure? Rñderi poteſt & allegari quod dixi. ĩ. de triẽll. nup. §. 1. Et nota hic arg. contra variantes. ut ff. de procur. l. in cauſæ. in prin. ſed argu. contra. ff. de collat. bon. lege, nonnunquam.

m Deterior. No. deteriorem eſſe conditionem plures delinquentis. ſic & C. de ſeru. fu. l. quicunq. & ff. de re milit. l. 3. § ſi plures. & ff. de pœn. l. ſi quis aliquid.

n Legis autem. vt C. vt nemo inuit. agere vel ac.

o Priuilegio. ideſt priuilegijs.

†Conco. c. 2. cũ gl. fina. poſt me. extra de tenũ.

VT NEQVE MILES, NEQVE FOEDERATUS obſeruetur domui &c.

Cum

a Cum domini. Vtilitates. as neceſſitates.
b Quibus.ſ. militibus.
c Militant. C. locati. l. vlti.
d Reb.ſ. vt incontinentia Barbarorum refrenetur audacia & publicę res augeãtur: vt ſ. dixit.
e Eis.ſ. priuatis. Acc.
f Implentes.ſ. milites.
g Triginta dierum. arg cõtra.ſ. vt factæ no. conſti. §. vt antẽ. col 5. Sol. vt ibi.
h Obſeruauerint. i. obedierint.
i Optiones. ſimile. j. vt liceat matri & auię. §. quod autem. ſimile. C. de iu. fi. l. pe. ſimile. ff. de bon. damna. l. diuus. §. cũ quis. Acc.
k Reuertantur. i. reuerti faciant.

VT DIVINÆ iuſſio. &c.

l Noſtræ. Corrigẽdum. ſic j. vt fra. fil. col. 9. in prin. argu. j. qui. mo. nat effi. ſui §. tribus. col. 6.
m Nã præſenti. incipit conſtitutio. Acc. Iuſſio-

Nullum militẽ vel fœderatũ in domo vel propria poſſeſſione retinere præſumat. contra faciens ſua dignitate expellitur: & eius bona publicantur: milites militia priuãtur & etiam iudices negligentes decem libris auri puniuntur, & exilio traduntur. Ang.

Imp. Iuſti. Aug. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

CVM dñi Dei beneuolentia ad cuſtodiam noſtrorũ ſubiectorũ militarium rerũ incipit ordinatio. His.n. prouidentia Dei diſpoſitis, Barbarorũ quidẽ incõtinentia refrenatur, reipublicę verò res augentur. Et qm̃ aliqui proprię ſalutis pro nihilo facientes rõnem milites & fœderatos, qui debent ꝓ libertate reipubli. ꝯ inimicos certare, præſumunt ſubtrahere, & in priuatas ſuas occupare vtilitates: [a] præuidimus per p̄ſentem legem nr̃am oĩbus interdicere, vt nullũ decætero p̄ſumant militem in quocũq; relatum numero, aut fęderatum ſubtrahere, & in ſua domo aut in proprijs habere poſſesſionibus pro qbus [b] nos multos ſuſtinemus labores. exercentur.n.& militant, [c] vt cõibus vtiles ſint rebus. [d] Sint igitur oẽs ſcientes, qui milites, † aut fœderatos aliquos in ſuis hñt domibus aut poſſeſſionibus, aut qualitercunq; obſeruantes, & quaſdã eis [e] proprias implentes [f] vtilitates: ꝙ niſi intra 30. dierum [g] dilationem, cõputandorum ab inſinuatione per loca p̄ntis noſtræ diſpoſitionis, eos expulerint: ſubſtantię qdem hñtiũ eos, aut retinentium, publicationi ſubiectæ, fiſco applicabũtur, ipſi verò & dignitatibus & militijs quas hñt expellentur. milites verò & fœderati, qui eos poſt dilationem obſeruauerint, [h] non ſolum militia ſpoliabuntur, ſed ẽt vltima ſuſtinebunt ſupplicia. ſcientibus ẽt vniuſcuiuſq; prouincię iudicibus, quia ſi aliqui inueniant in locis, q̃ ſub his ſunt, exactoribus, aut conuictoribus aut pſonis aliquib. aut dominijs, aut poſſeſsionib. at qbuſlibet ꝓprijs vtilitatibus p̄manentes, & nõ celeriter iſtos cõprehẽderint, & ſupplicijs ſubdiderint, & milites qdem ad numeros ſuos tranſmittant, in quib. militant, fœderatos verò ad proprias optiones: [i] ipſi x. libr. auri pęnã exigentur, & inſup exilio tradent, vtpote nr̃as iuſſiones p̄ſumentes negligere. Nemo igitur neq; diuina quodã typo de hoc forſan facto, neq; p̄ceptis iudicũ vtatur: neq; aliqui noſtrorũ iudicum hmõi aliquos typos, aut p̄ceptiones iudicum ſuſcipiat: ſed cũ oĩ celeritate militantes quidem ad proprios numeros, fœderati verò ad ſuas optiones reuertant, [k] & pro cõibus certent rebus. Nullo.n. mõ decæterò concedimus noſtros milites aut fœderatos in qbuſdam omnino priuatis vtilitatibus occupari. Quæ igitur placuerunt nobis, & per p̄ntem manifeſtata ſunt legem, tua eminentia pręcognoſcens, in hac quidem feliciſſima ciuitate edictis ſm morẽ propoſitis, in prouincijs verò pręceptionib. deſtinatis omnibus manifeſta cõſtituere feſtinet. Dat. Idib. Apr. Conſtã. Imperij Dom. Iuſtin. perpetuò Auguſt. ann. XV. Baſilio V.C. Conſule.

† Cõcor. cum hoc. tex. 23. q. 5. p totã illam qõnẽ, & maximè, in c. militate.

TITVLVS II.

Nouella 114. Eius tantùm argumentum refertur in Scrimgeriana editione.

VT DIVINAE IVSSIONES ſubſcriptionem habeant glorioſiſſimi quæſtoris.

Nulla diuina iuſſio per aliquem iudicem recipiatur, niſi ſit ſub velata ſubſcriptione quæſtoris denotantis inter quos, & ad quem iudicem, & per quam perſonam directa fuerit, contra faciens pœna xx. librarum auri multatur. Angelus.

Imper. Iuſtinia. Auguſt. Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

NOſtræ ſerenitatis ſolicitudo remedijs inuigilat ſubiectorũ: nec ceſſamus inquirere, ſi quid ſit in noſtra repu. corrigendũ. [l] ideo nanq; † voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemus. Vnde ad vniuerſorum vtilitatem p̄tinere perſpeximus, ſi ſacras ẽt iuſſiones cũ cõpetenti iubeamus cautela procedere, ne aliquib. liceat eas pro ſua voluntate profiteri. Nam præſenti [m] lege decernimus. nullam

† Cõcor. ſup verbo gñali, in c. bonę memorię extra de poſtu. p̄l. & in gl j. in proœ. decr. circa fi. & dicit impator ſ c. eccleſia veſtra. in glo. ſuper verbo, vigilijs. ex̃ de elec. & in c. cũ inſtantia. in gl. i ex̃ de cenſi.

nullam diuinam iuſſionem [a] neq; per viri magnifici quæſtoris adiutores, neque per aliam cuiuſlibet militiæ, aut dignitatis, aut officij perſonam, cuicunque iudici [b] confectam, à quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri quæſtoris [c] annotatio ſubiecta non fuerit, qua contineatur [d] & inter quos, & ad quem iudicem, vel per quam fuerit directa perſonam: quatenus omni poſthac ambiguitate ſubmota, nulla cuilibet excuſationis relinquatur occaſio: ſcientibus iudicibus, vel adminiſtratoribus vniuerſis, quòd ſi in quolibet negotio ſacram ſuſceperint iuſſionem, niſi cui quæſtoris viri magnificentiſſimi fuerit ſubiecta annotatio, multa viginti librarum auri, & officium eorū ſimili pœna plectetur: quibus [e] iubemus, ſi qua talis iuſſio ad eos peruenerit, mox ad prædictū virum magnificum quæſtorem referre, aut cum illo qui hæc ingerit, deſtinare: vt in eum vindicta procedat, quam in falſarios iura noſtra cōſtituerunt, Theodote parens chariſſime, atque amantiſſime. Quam legem perpetuo valituram celſitudo tua ad vniuerſorum faciat peruenire notitiam.

TITVLVS XI.

Nouel. 113.

IN MEDIO LItis non fieri ſacras formas, aut ſacras iuſſiones: ſed ſecundum antiquas leges generales lites decidi.

Iudex de cauſa cognoſcens, iudicare & procedere in ea debet ſecundum legem, non ſecundum ſacras formas, & iuſſiones lite pendente emanantes: & ſententia principis in ſcriptis lata non poteſt ab aliquo retractari. Angelus.

Imperator Iuſtinia. Auguſt. Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

OMnia ſecundum noſtras leges agi volentes, & harum virtutem ſeruari ſtudentes, perſpeximus præſentem ſcribere legem ad ipſarum legum obſeruationem. Agnouimus enim quoniam quidam iudicum volentes eis, qui cauſas dicunt, tergiuerſari, & celare ſuas feſtinantes dilationes, excuſant ſe frequenter, dicentes quòd ſacræ formæ, aut ſacræ iuſſiones, aut diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum inſinuatæ eis ſunt, tanquam diſponentes [f] quemadmodum oporteat negotium examinari, aut iudicari. Et propterea ſancimus, vt dum lis examinatur, ſiue in pecuniarijs, ſiue in criminalibus, aut aliis quibuſcunque emergentibus cauſis apud iudices, ſiue hic, ſiue in prouincijs, neque pragmaticum typum, [g] neque aliam præſcriptionem, [h] neque ſacram noſtram quamlibet ex ſcripto aut non ſcripto iuſſionem, aut diſpoſitionem [i] in hac regia ciuitate ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiuſlibet, diſponentem eos quomodo decet inchoatum examinare, aut iudicare negotium: [k] inſinuare iudicantibus, aut inſinuatam valere: ſed ſecundum generales noſtras leges cauſas examinari & decidi. Quod enim in legum poſitum eſt poteſtate, non egebit aliqua [l] extrinſecus diſpoſitione. Si quod enim ad nos negotium, apud iudicem [m] iam dictum, aut antequam hoc principium ſumat, perſpeximus nos hoc per proprium noſtrum iudicium [n] diſponere & dicere: hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim à nobis ſacrum (ſicuti dictum [o] eſt) iudicium diſpoſita, aut decisa, non egebunt aliorum examinatione, aut iudicio, aut retractatione aliqua: ſic nos (quibus Deus † ſanciendi poteſtatem donauit) ſi aliquod iudicium in quolibet negotio protulerimus, non alij iudici hoc committimus, ſiue per formas, ſiue per diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiuslibet, quomodo conuenit hoc negotium examinari, aut iudicari: vtpote, quia à nobis ſemel iudicatum eſt, valeat:

† Facit ad hoc 25 q. 2. imperiali &c. vbi de hoc late tractatur.

[a] Iuſſionem, i. priuilegium in quo aliquid iubet vel cōcedit in fauorem, in cōnfuſionibus cauſarum forte eſt aliud, vt obſeruari in curijs videmus. Azo.
[b] Iudici. i. ad quemcunque iudicem. Ac.
[c] Quæſtoris, qui tribus modis dr, vel à quærendo, de quo non loquitur hic, vt credo, vel qui legendis principalibus libris vacat, de quo forte hic loquitur, tertio qui præeſt capitalibus cauſis ad ferendas, vel legendas ſententias: de quo forte hic loquitur, vt ff. de off. quæſto. l. 1. § fi. & ff. de ori. iur. l. 2. § dein de cum ærariū. & §. quia diximus. Acc.
[d] Contineatur. ex hoc § ſumitur quod eſt C. de diuer. reſcri. l. fi. § fina.
[e] Quibus iubemus. ſ. iudicibus.

IN MEDIO LItis non fieri &c.

[f] OMnia. Diſponentes. ſ. nos per dictas iuſſiones.
[g] Pragmaticū typū. i. chartulam quam ſcribebant quid faciendum ſit. Acc.
[h] Præſcriptionē. aſ. deſcriptionem. Acc.
[i] Diſpoſitionē. quam nos volumus, q; noſtræ ll. voluē. vt Ṡ. de iud. § oēs aūt. coll. 6. ſic ff. ad Turp. l. 2. § 1. ibi, pœnæ vero p ſe &c. Et ſic no. q; nō licet ſupplicare lite pendente, vt hic, & C. vt lit. pen. l. 1. & 2. & facit. C. ſi § tua vel vti pu. l. 6. Acc.
[k] Negotium. ſ. relatum. Acc.
[l] Aliqua ſ. nobis impetratoribus.
[m] Apud iudicem. ita neq; iudicanda ab alijs aliorum doctrina. Azo.
[n] Iudicium. ſ. ſnīa.
[o] Dictum. Ideſt inchoatum, aut antiquatum.

Lite pendente ſupplicare nō licet.

valeat: a his videlicet tenentibus quando ſcripta talis aliqua noſtra procedit ſententia. Si verò aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege: nunciet ad noſtram poteſtatem, & à nobis expectet cauſæ ſcriptam declarationem b aut interpretationem, & ſecundum eam decidat litem. Si vero dũ cauſa dicitur pragmatica noſtra forma, aut diſpoſitio ſpectabilium noſtrorum referendariorum, c aut alterius cuiuslibet, aut aliud aliquid horum quæ dicta ſunt omnium, iudicantibus inſinuetur, ordinans in his examinationem, aut ſententiam: iubemus iudicem quidem omninò non reſpicere: † ſed his vacantibus, & nullam penitus habentibus virtutem, ſecundum generales noſtras leges cauſam examinare, & legitimo fini contradere. Si autem hoc non cuſtodierit iudex, decem librarũ auri eum ſubiacere pœnæ: vt etiam aliam noſtrã maiorem indignationem expectet: eidem pœnæ ſubiecto & eo qui p̃ſumet talem aliquam dictare formam, & miniſtrantibus ei, & talem aliquam diſpoſitionem facientibus ſpectabilibus noſtris referendarijs. Et hæc dicimus ſiue ex ſacra noſtra ſanctione d iudicare quiſpiam deputatus eſt, ſiue ex præcepto iudiciali, ſiue ſecundum arbitrium, aut compromiſſariorum ſchema quæſtionem audit, ſiue ſcripto, ſiue ſine litteris. Sed vel ſi quis iudicum propriam deſpiciens ſalutem, ex aliquo tali præſumpſerit ſententiam proferre: hanc ita infirmam eſſe volumus, vt neque appellatione indigeat, neque ex compromiſſo inferatur pœna. Nos.n. omnes iudices ſecundũ generales noſtras leges examinationes & ſententias ferre e volumus. Illud quoque indubitatum erit, quia neque iudicialis quælibet valebit iuſſio extra quod ordinatũ eſt hac noſtra lege. Super hoc f autem & illud iudicet noſſe opus eſt, quia competens eſt eos & quę adhuc & nunc mouẽtur quæſtiones, ſecundũ generales determinare leges, g vel ſi quiſpiam præceſſit impetrans ſanctionem diſponentem iudicantis examinationem, aut ſententiam. ei enim qui tale aliquid impetrauit iam, ſententiamq́ue definitiuam nondum promeruit, nihil ex ijs quæ impetrauit prodeſſe volumus. Si enim ſemel peruenit ſententia definitiua data: nequaquam h hanc ex noſtra hac perſcrutari lege iubemus: licet appellatio ſubſecuta ſit, aut retractationis i eſt aliqua ſpecies contra ſententiam. Eam autem k iuſſionem, quæ non diſponit quidem iudicantem, aut iudicare futurum, quomodo oporteat quæſtionem fieri, aut iudicium inferri: cauſam verò l fini ſtudioſè tradi legitimo m vult: aut actorum imponet editionem, aut iudicem coget legitimam proferre ſententiam, aut ſimul alium iudicem ſecundum noſtras præſtitutas leges & fieri, & valere, & ſcripto, & ſine ſcriptura non prohibemus. Vt autem omnes noſtri ſubiecti, & maximè qui litibus atteruntur, noſtram pro ſe nouerint prouidentiam, & nullus hanc ſacram noſtram circumueniat legem, neque ignorãtiam in ea proponat: ſancimus in vnoquoque negotio initium apud iudicem accipere ex prooemijs n mox, & ante ipſam perſonarum firmationem inſcribi eam, & monumẽtorum fieri partem. ſic enim geſtis præfulgens prohibebit ea quæ præter eius virtutem teneantur circa eam, & circa ipſam forſan perſonarum firmationem: & præuaricari eã

a A nullo valeat, vt ff. qui. ap. nõ licet l. j. §. reſpon. & ff. de min. l. minor. §. reſp. & de arbi. l. nam magiſtratus, & ad Trebell. l. ille. §. tempeſtiuum.

b Declarationem. vt ſupra de iudi. §. ſi & C. de legi. & cõ. l. cum de nouo. & ff. de iud. l. eum. §. j. Et no. q̃ etiam principia ſententia debet eſſe ſcripta, ſicut & cuiuslibet alterius vt C. de ſen. ex breui. reci. l. fin. Acc.

c Referendariorum, ideſt facta à referendarijs voluntate principis. Acc.

d Sanctione. aliàs functione. Acc.

e Ferre. ideſt facere.

f Super hoc, q̃d addit prædicta hic §. cũ dicat ſuper hoc? Reſpon. hic dicit de cauſis quæ pendebãt tempore huius l. quibus pendentibus ſimiliter dicit ſupplicationem vel impetrationem non tenere. Et ſic no. leges ad præterita trahi, & ad præſentia: quia hoc cauetur, vt C. de leg. & con. l. leges & conſtitutiones.

† Cõcor. cum hoc tex. c. cauſam quæ, cum glo. ſuper verbo, cõmitimus. extra de teſti. Leges ad præterita aliquãdo trahunť.

g Leges, leges dico diſponentes iudicantis examinationem, aut ſentẽtia. vel pro etiam ſi quiſpiã præceſſit impetrans ſanctionẽ. etenim &c.

h Nequaquã hanc. ſnīam definitiuam.

i Aut retractationis. forte ratione minoris ætatis ſeu ſupplicationis. Al. adeo etiam, vt ſi poſt ſententiam fiat lex noua, non valeat, vt j. ut prox. in princip.

k Eam autem. ſic conſtrue, & habebis ſenſum, eam autem iuſſionẽ, quæ diſponit quidem iudicantem. aut iudicare futurum quæſtionem, quomodo oportet fieri: aut tempore, quo modo oporteat iudicium inferri.

l Cauſam vero. vero, pro ſed.

m Legitima. quaſi dicat, illa iuſſio non valet, quæ diſponit quomodo iudicet; ſed illa ſic, quæ vult iudicium cito finiri. Et ſic nota, q̃ quatuor caſibus hic ſupplicat lite pendẽte. Primus, vt iudicium procedat. Secundus, vt acta edantur. Tertius, vt ſententiã det iudex. quod eſt idẽ quaſi prim⁹ modus. differt autem, quia in tertio non reſtabat niſi ſententia. in prima & media cauſa facienda erat adhuc Quartus, vt aſſocietur iudex, aliàs nõ ſupplicatur lite pendente, vt hic, & C. vt lit. pen. l. ij.

n Ex prooemijs. quæ ſunt

quæ ſunt huiuſmodi procemia? Rň. an hi domini qui ſunt. Item ſcribunt quidam: hic incipit ck talis. item libellus cum parte ſubſcriptione. Item citatio & ſimilia quæ quaſi procemia ſunt. & poſt hoc debet hæc lex ſcribi, vt ſit pars monumentorũ hue actorũ. Tertio ſcribit confirmatio perſonarũ. Ć ſatiſdationis iudicio ſiſti. Sed vt. q. ſtatim poſt prædicta procmia debeat fieri ꝓſonarũ cõfirmatio: vt ſ. de exhi. §. ſancimus & §. illud vero. co. c. Rň. illa ſ'n hac intelligitur. ſed hæc hodie non ſcribit'. cum ſatis certa ſit.

c Secundum quas. no. Imperatorem ſuſcipere imperium, vt ſecũdũ leges iudicet. ſic. C. de leg. & con. l. digna. & not. ſ. eo. §. 1. ibi quod enim in legem &c.

VT CVM DE appel. &c.

b Poſtea & ſic ad præterita referat' negotia: vt ſ. e. 1. th. in ſi. qđ eſt mirabile. Azo.

c Et de aliis capitulis. ſ. quæ ſunt quatuor. nam quinque principales partes habet hæc conſtitutio. licet multa incidenter aliás dicat: vt dici & ſum proſecutus in ſumma huius tituli.

d Eruenit. Perſpeximus, circa illã tacitã quæſtionem.

e Sententiæ. hoc qđ poſt ſententiam.

f Relationes. hoc qđ poſt relationem ante reſponſionem, quæ expectanda non eſt: vt hic. & ſ. vt iudi. non expe. ſacrex iuſ. § ſi. colla. ix. & C. de ap. l. iubemus. § ſina. & ſ. de iudi. §. pe coll. vj.

Lex futurũ tẽpus reſpicit. r Referentem. Not leges ad futura nũ tempora trahi, vt & ſ. de nup. in ſi col. 4. & ſ. de reſt. & ea, quę pa. §. hoc igitur, & ſ. de hæc ab inteſta. §. ſin col. ie. & vt factæ no. conſti. coll. §. ſed cum dicat hic non trahi ad præterita etiam ſi hoc dicatur eſt contra. C. de vſu. l. pe. & C. de legi. & conſti. l. leges & conſtitutiones. & ff. de leg & ſena. l. non eſt nouum. Sol. hoc ſpeciale. vel dic trahit' ad præterita. ſ. facta in quibus iudicium non eſt inchoatum: ſecus ſi ſit inchoatũ. vt hic. Se

nitẽtib. ꝑ multa interminata refrenabit à talibus eos ꝓſumptionib. ꝓprijs tẽpus non ſinet fieri pœnis. Vt. n. iniqtatem ſimul & iniuſtitiam per omnia expellamus: ꝓpterea pñtem poſuimus legem, vndiq; eam, & per eam alias cautas & incircumueniendas cuſtodientes reipublicæ leges, ſcđm quas [c] & nos ipſi imperiũ, qđ Deo dãte ſuſcepimus, cuſtodire, nřamque rempublicam ab his legib. muniri ſemꝑ optamus. Quæ igitur placuerũt nobis, & ꝑ hãc ſacrã declarata ſunt legẽ, tua celſitudo ſeruare qdẽ ſtudeat: oib. aũt palam faciat, ꝓponẽs qdẽ eam in hac feliciſſima ciuitate, ꝑceptis aũt ſolẽnib. vtens ad ꝓuinciarum ꝓſides: vt oẽs ſciãt eã quã ſuꝑ eos habemus ꝓuidentiã. Da. X. Calend. Decemb. CP. Dn. Iuſti. PP. Aug. Anno. XV. Baſilio. V. C. Coſ.

TITVLVS XII.

Nouel. 115. q̃ vt in Græcis editionib. notatũ reperitur, ſex habet capitula.

VT CVM DE APpellatione cognoſcit, ſcđm illas leges debeat iudicari, quæ tpe latæ ſñiæ obtinebant: non ſcđm eas quę poſtea [b] promulgatę ſũt: & de alijs capitulis. [c]

In cauſa appellationis debet ferri ſententia ſecundum legem quæ vigebat tempore ſententiæ primæ, non ſecundũ eam q̃ poſt latam ſententiam noviter emanauerit, etiam ſi in lege noviter emanata dictum fuerit, quòd protrahatur ad præterita. Aug.

Imperator Iuſti. Aug. Theodoto Orientaliũ ſacrorũ prętoriorũ pręfec.

PRAEFATIO.

Peruenit ad ſciẽtiam noſtræ ſerenitatis, ꝙ cũ inter Euſtathiũ virum reuerendiſſimum Tholonæ † ciuitatis Epiſcopum, & Piſtum diaconum eccleſiæ Telmiſſenſis fuiſſet cauſa commota, proceſſit à rectore prouinciæ difinitiua ſñia contra quam appellatio eſt porrecta. Iudices igitur apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes ad noſtram clementiam retulerunt, an ſecũdum leges quæ obtinebant, quando proceſſit definitiua ſñia, an ſcđm tenorem illius legis q̃ poſt definitiuã ſñiam, à nobis ꝓmulgata eſt, eãdem cãm examinare deberẽt. Nos itaque iuſtum eſſe perſpeximus, [d] ſecundum leges quæ obtinebant tempore latæ ſñiæ, [e] prædictam appellationis cauſam examinari, & terminum ſcđm ipſas accipere. Præuidimus autẽ & poſt hanc ſi quandoque dubitatio talis emerſerit, eam ſimili ordine terminare.

CAP. I. Vt cauſæ appellationum dirimantur ex ijs legibus quæ tempore latæ ſententiæ obtinebant.

Si quis autē pro redemptione captiuorum aut alimentis pauperū hr̄ditatē aut legatū reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilib⁹ ſiue ſemel, ſiue annale, & hoc modis oīb. ſecūdū teſtatoris volūtatem [c] ab ijs, q̄b. iuſſum eſt hoc facere, cōpleri. [d] Si aūt ſpecialiter dixerit, q̄uo pauperib. hoc relinquit: præcipim⁹ ſanctiſſimū epm ciuitatis, in qua teſtator habuit domiciliū, percipere eaſdem res, & eius ciuitatis pauperibus erogare. [e] Si aūt pro redemptione captiuorū aliquid reliquat, & nō nominatim teſtator dixerit per quem oporteat fieri redemptionē captiuorū: ēt ſic iubemus res ad hoc relictas, locorū ep̄m & eius œconomos accipere, & hmōi pium opus implere. in oībus. n. talib. pijs voluntatibus ſanctiſſimos locorū ep̄os volumus prouidere, vt ſecūdū defuncti voluntatem, † vniuerſa procedant: licet [f] præcipue à teſtatoribus aut donatorib. interdictū ſit eis habere ad hoc aliqd̄ participiū. Si autem q hoc facere iuſſi ſunt, ſemel & ſecundo [g] à beatiſſimo locorum epiſcopo aut eius œconomis per publicas perſonas admoniti diſtulerint, quæ diſpoſita ſunt adimplere: iubemus eos ob lucrum relictum eis ab eo qui hoc præceperit, amittere: [h] & locorum epiſcopos omnes res cunctis (ſicuti dictum eſt) pijs cauſis diſtributas, cum fructibus & augmentis medij temporis & memorato lucro vendicare: & quæ teſtator diſpoſuit, adimplere: ſcientes quia ſi neglexerint, pro his omnibus rationē Deo perſoluent. Si autem ſanctiſſimus locorum epiſcopus reliquerit [i] aliquid horum q̄ à nobis dicta ſunt: liceat ſanctiſſimo eius metropolitæ hæc omnia exigere, & complere: & omni alij licentia ſit hmōi mouere q̄ſtionem, & ſtudere vt modis omnibus cauſæ piæ compleantur.

† Cōcor. c. tua nobis. cū gl. 1. ex̄ de teſta. vbi verba huius tex. recitant in glo. ſuper verb. pijs voluntatibus.

CAP. IX. Vt in pijs legatis ceſſet Falcidia.

Falcidia ceſſat ī relictis ad pias cauſas: et hæres ſoluere recuſans intra ſex menſes ab inſi-

nuatione teſtamenti numerandos, ad vſuras & fructus tenebitur: & annale legatum àlienari nõ poteſt, niſi in prouincia remota fuerit relictum.

Si autem hæres, quę ad pias a cauſas relicta ſunt, non impleuerit, dicens relictam ſibi ſubſtantiã nõ ſufficere ad iſta: pręcipimus omni Falcidia b vacante, † quicquid inuenitur in tali ſubſtantia, ꝑficere pro iuſſione ſanctiſſimi locorũ epiſcopi ad cauſas quibus relictũ eſt. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur cauſas: iubemus intra ſex menſes c ab inſinuatione teſtamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi, quibus relictum eſt. Si autem diſtulerint qui in hoc onerati ſunt, huiuſmodi præbere legatum, & fructus & vſuræ d & omne legitimum exigatur augmentum à tempore mortis eius qui hoc reliquit. Si autem annale legatum cuilibet venerabili domui relinquatur: ſi quidem qui hoc dare iuſſi ſunt, aut locus ex quo iuſſum eſt hoc pręberi, e in ipſa, aut vicina ꝓuincia fuerit, iubem⁹ nullo modo legatum alienari. Si vero loca aut perſonæ ex quibus hoc dari ꝓceptum eſt, longius fuerint: tunc liceat illis quibus hoc relictum eſt, ſi ẽt pars obligata conſentit, commutare legatum, & pro eo percipere reditus idoneos, & cum augmẽto non minus quartæ partis relictæ quantitatis, f & neque plurimis tributis fiſcalib⁹ prægrauatos: aut vendere, ſi voluerint hmõi legatũ, & non minus pro precio percipere, q̃ ex tali legato intra 25. annos colligitur: ita tamen, vt hmõi precium ad vtilitatem prædictę venerabilis domus, vbi relictum eſt, proficiat.

CAP. X. Vt de ijs quæ poſt epiſcopatum acquiſierint epiſcopi, teſtari non poſſint.

De bonis poſt adeptam dignitatem quæſitis, epiſcopi teſtari prohibentur: niſi præſumatur quæſita intuitu perſonæ, non eccleſiæ: in pias tamẽ cauſas poſſunt expẽdere. B.

Interdicimus † autẽ ſanctiſſimis epiſcopis, res mobiles aut immobiles, ſeſeq; mouentes, quęcũq; poſt ep̃atum ad eos quoquo modo peruenerint, in proprios cognatos aut in alias quaſcunque transferre perſonas. In captiuorum vero redemptionem, & egentium pabula, & alias pias cauſas, aut pro vtilitate propriæ eccleſię, ex his expendere licentiam habeant: & quicquid ex hmõi reb. poſt obitum eorũ in ipſorũ facultate remanſerit, iubemus hoc ad proprietatem eccleſiarum, quarum ſacerdotium habuerunt, competere. g In illis. n. ſolummodo rebus licentiam eis alienandi aut relinquẽdi, quibus voluerint, damus, quas ante epiſcopatum probantur h habuiſſe: poſt epiſcopatum vero, quæ ex genere ſibi coniuncto ad eos deuolutæ ſunt, i quibus ab inteſtato vſque ad quartum k gradum ſuccedere poterunt. Hæc autem omnia quæ diximus de rebus quæ poſt epiſcopatum deuolutæ ſunt ad ſanctiſſimos epiſcopos, & in reuerendiſſimis orphanotrophis, & ptochotrophis, & noſocomis, & xenodochis, l & gerontocomis, & omnibus alijs rectoribus venerabilium domorũ valere ſancimus in rebus quæ in tẽpore propriæ adminiſtrationis ſecundum prædictum modum ad eos peruenerunt. Si quis autem † eps, aut clericus, aut cuiuſlibet eccleſiaſtici gradus miniſter, aut eccleſiæ diaconiſſæ moriantur ſine teſtamentis & legitimis ſucceſſoribus, horum ſucceſſio eccleſiæ m competat, in qua conſtituti fuerint.

CAP. XI. Ne heretici ab eccleſijs vel priuatis res immobiles quoquo titulo accipiant: & ne ſpeluncam fidei ſuæ ædificent.

Heretici res eccleſiarum ab eccleſiis nullo modo recipere poſſunt. Item heretici & Iudæi

a Ad pias. ſ. eccleſię, orphanotrophio, noſocomio, xenodochio, vel pauperib⁹: vt C. de ſac. ſan. eccl. l. illud. & ĩ. eod. §. ſi quis autem. A.

b Falcidia. q̃a forte locum habet, cũ hẽs q̃ ad pias cauſas relicta ſũt, ab initio forte implere noluit. ſi .n. ſponte teſtatoris voluntati paruiſſet. Falcidiã hẽre poſſet: vt ff. ad leg. Fal. l. 1. §. ad municipiũ. & C. ad leg. Fal. l. 2. ſm Al. & ſm R. Vel diſtingue, verum eccleſiæ ſimplr. l. deo quo caſu locum habet Falcidia, aut eccleſiæ, & ad cãm piã, aut pro redẽptione captiuorũ: quo caſu locũ nõ hẽt, vt hic & ibi, vel melius fauore eccleſiæ dic correctum.

c Sex menſes. immo intra annũ vr: vt ĩ. de hę. & Fal. §. illud. § Sol. h. e eſt ſpeciale.

d Vſuræ. hoc eſt ꝫ ĩ. e. in prin. ſo vt ibi.

e Præberi. puta fundum, vel vineam.

f Quantitatis. ſic ĩ. de alie. & emphy. §. ſi vero ſm prædictum. & facit ff. de tranſ. l. cum hi. §. cum tranſactionem.

g Cõpetere. olim in oib⁹ poterat teſtari: vt C. de epi. & cler. l. ſacroſanctæ. quæ hic corrigitur. Acc.

h Probantur. eſt ergo præſumptio pro eccleſia. ſic C. de donat. inter vir. & vxo. l. etiam. & ff. de don. inter virũ & vxor. l. Quintus arg ꝫ. C. arbi. tut. l. ſi defunctus. Item no. quod eccleſiæ reſeruare tenentur: vt ĩ. de reſtitu. §. 2. coll. 8.

i Deuolutæ ſunt. & per donationes inter viuos factas ſm loã.

k Ad quartum. de quarto gradu ideo dixit, quia vſq; ad eũ gradũ veriſimile eſt quod à talib⁹ cognatis habeat, non occaſione rerũ eccleſiæ: ſed in remunerationibus ꝫ eſt. Ato. ſi ergo vltra gradum illum daret ſibi quis, & non occaſione rerũ eccleſiæ: idem, vt ſit tantũ iuris præſumptio ſecundũm Albe.

l Xenodochis. niſi forte renunciauerit ſæculo, nam tũc non poſſunt facere de aliquo teſtã: vt ĩ. de mona. §. illud. coll. 1. & no hanc l. de ꝑla tis, de ſubditis aũt dices. ĩ. de ſanct. epiſc. §. presbyteros.

m Eccleſiæ. & ſic eccleſia vt vxor præfertur fiſco, vt C. vnde vir & vxor. l. 1.

Here-

† Cõcor. cum hoc text. gl. in c. cũ eſſes. ſup verbo. ĩprobamus. poſt pri. ex de teſta. & vlti. volũ. & gl. ſi. in e. ſi. eo. ti.

† Cõcor. cũ hoc. §. c. 1. cũ gl. ſup verbo. aut. ex de teſta. qð c. vt puto, ſumptũ ẽ ex hoc §. vt eı⁹ verba manifeſtant.

† Cõcor. cũ hoc §: c. requiſiti. in ſi. cũ gl. ſi. ex de teſt. & cã vlt. in gl. ſup verbo bonorũ in ſi cã de ſucc. ab inteſta.

dæi ſynagogam & ſpeluncam conſtituere non debent. Item etiam ab alijs quàm eccleſiis per emphyteuſim vel conductionem poſſeſſiones accipere prohibentur. Bartolus.

Iubemus autem nullũ hæreticorum, [a] neq; per conductionem, neq; per emphyteuſim, neque per emptionem, aut alio quolibet modo res immobiles accipere à qualibet sãcta eccleſia, aut alio venerabili loco. ſi quid vero hęreticus ꝓ tali cauſa prębuerit, amittat: hmõi vero res venerabili loco à quo ẽt datæ ſunt, vindicentur; rector aũt domus qui ipſas res dedit hæretico, omni gubernatione remoueatur, & in monaſterio recludatur, & vno annõ à ſancta communione ſegregetur: cum hæreticis ꝓdiderit Chriſtianos. Si autẽ orthodoxus poſſeſsionem habẽs, in qua eſt & ſancta eccleſia, [b] alienauerit, aut reliquerit, aut per emphyteuſim, aut per conductionẽ, aut q̃libet gubernationẽ hanc dederit Iudæo, aut Samaritano, aut Arriano, aut alij hæretico: ſancta eccleſia eiuſdẽ vici hmõi vindicet proprietatẽ alienationis. Si quis autẽ hæreticorum (quibus ẽt connumeramus Neſtorianos, & Acephalos, & Eutychianiſtas) præſumpſerit ſpeluncam ſuæ incredulitatis ædificare, aut Iudæi nouam ſynagogam conſtituere: locorum ſancta eccleſia ædificia ſuæ proprietati defendat. Si vero quis per emphyteuſim, aut conductionem, aut ẽt per quamcunq; aliam gubernationem dederit poſſeſſionem hmòi perſonæ: ſi quidem ſciebat dominus poſſeſsionis eius quia hæretico hanc commiſit: omnes reditus illius temporis q̃d in ꝯtractu tranſijt, eccleſiæ ciuitatis ſub qua poſſeſsio conſtituta eſt, vindicari. [c] ſi vero ignorabat dominus poſſeſsionis, quia hæreticus erat, cui hęc commiſſa eſt, ipſum quidẽ dñm ꝓp ignorantiam indemnem ſeruari: [d] hæreticum vero in vtroq; caſu expelli de poſſeſsionibus & eius ſubſtantiã applicari fiſco.

CAP. XII. Vt orphanotrophi ſint tutoribus ſimiles, & ad inſtar eorum inuentarium conficiant.

Orphanotrophi ſunt ſimiles tutoribus et curatoribus: & debent conficere inuentarium ſub geſtis perſonarum publicarum. Bart.

Orphanotrophi vero, tutorum & curatorum fungantur officio: † ita tñ, vt ẽt ſine ſatiſdatione [e] conueniantur de rebus orphanotrophijs & ipſis proprijs orphanis competentibus. Res autem competentes alicui orphanorum, publicis præſentibus tabularijs, aut ſub geſtis monumentorum in hac quidẽ regia ciuitate apud magiſtrum cenſus habitis: in prouincijs autem apud iudices earum aut defenſores locorum, orphanotrophijs accipere & cuſtodire: & ſi neceſſarium putauerint, etiam alienare, [f] & precia earum orphanis conſeruare, aut alias res pro illis emere: non autem ſubiacere [g] tutelaribus, aut curatorijs rationibus, ſeruari autem iubemus venerabili orphanotrophio huius regię vrbis, & xenodochio quod vocatur S. Mariæ † Sanſo, & ſub eius gubernatione conſtitutis oratorijs, aut xenonibus, aut venerabilibꝰ domibus oĩa priuilegia quæcunq; hẽt maior ſanctisſima eccleſia Conſtantinopolitana. Quæ igitur per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquillitas, tua celſitudo edictis ſolenniter in hac regia vrbe propoſitis, ad omnium ſtudeat peruenire notitiam. Nos enim prouidebimus quatenus ſine collatorum diſpendio fiat ẽt prouincijs manifeſta. Da. XV. Cal. Apri. Conſtanti. Dn. Iuſt. PP. Aug. [a] Baſil. V. C. Conſ.

TITVLVS VII. Nou. 127.

VT FRATRVM FILII SVCCEdant pariter ad imitationem fratrum etiam aſcendentibus exſtantibus. Et vt mulieres non inſinuata antenuptiali donatione non lædantur: non inſinuans autem vir, vel ſi competat nuptiale lucrum, eo non fruatur. Et rurſus vt mulieres non ſecundo nubentes, dominæ ſint partis ſponſalitiæ largitatis, quantum pars facit vnius filij. Et vt ſimiles ſint poenæ vtriuſq; ſexus, dum ſine cauſa rationabili repudium mittitur.

Filij fratrum ex vtroq; latere coniuncti ſuccedunt vna cum fratribus defuncti, & etiam cum aſcendentibus, ſublata lege quæ contrarium diſponebat. Ang.

Idem Aug. Baſſo præfecto prætoriorum.

[a] Hęreticorũ. no. hæreticos ab actib. huiuſmodi prohiberi. quod facit ad id qđ eſt C. de in. emphy. l. fi. §. ſin autẽ. & facit ad hunc §. C. lo. & cõdu. l. curialis. & l. milites. & l. fi.

[b] Et ſancta eccleſia. ſ. ſi ita eſt, & facit. C. de hær. l. ſi quis orthodoxæ. in prin. Ac.

[c] Vendicari. ſ. præcipimus.

[d] Indemnem ſeruari. ſic ff. loc. l. ſi quis ignorans.

[e] Sine ſatiſdationes iudicatum ſolui.

[f] Alienare ſ. præcipimus, & concordat C. de epiſ. & cler. l. orphanotrophos.

[g] Subiacere. imo hodie contra: vt ĩ. de ſan. epiſ. §. œconomꝰ. vel illa in œconomis & alijs gubernatoribus.

VT FRATRVM filijs &c.

Quatuor habet partes, in quibus quatuor corriguntur leges. Prima inf. eod. expeditur vſq; ad § illud. Secunda ab inde vſque ad §. quia verò mulieres. Tertia abinde vſque ad §. fin. prima eſt, vt fratrum &c. ſecunda, & vt mulieres &c. tertia, & rurſus &c. quarta, & vt ſimiles &c.

† Facit gl. in c. candidis. ſup verbo, minoris. poſt prin. ex. de in inte. reſt.

† Legẽdũ Memorię. huius xenodochij meminit. Procopiꝰ Contiua

NOSTRAS leges emendare nos non piget, a vbiq; vtilitatem ſub ectis iuenire volẽtes. Meminimus igitᷣ ſcripſiſſe legẽ, b ꝑ quam iuſſimus, vt ſi qs moriatᷣ relinquens fratres, & alterius fratris filios ꝓmortui, ad ſimilitudinẽ fratrũ, & pręmortui fratris filij ad hr̃ditatẽ vocentᷣ paternũ ad ingrediẽtes gradũ, & illiꝰ ferẽtes portionẽ. Si vero moriẽs relinquat aſcẽdẽtiũ aliquos, & fratres ex vtriſq; parẽtib. coniũctos ſibi, c & filios ex ꝓmortuo fratre: fratrẽ qdẽ iuſſimus † ꝑ ipſam legẽ cũ parentibus vocari: fratris vero filios excluſimus:

CAP. I. Vt fratrum filij ſuccedant, ẽt aſcẽdẽtibus primi gradus extãtibus.

Hoc itaq; iuſtẽ corrigẽtes ſancimus: vt ſi qs moriẽs relinquat aſcendentiũ aliquẽ, & fratres qui poſſũt cũ parẽtib. vocari, & alteriꝰ ꝓmortui fratris filios: cum aſcendẽtib. & fratrib. vocentᷣ ẽt pręmortui fratris filij: & tantam accipiat portionẽ quantã eorũ futurus erat pr̃ accipere, ſi vixiſſet. Hoc vero ſancimus de illis filijs fratris, quorum pr̃ ex vtroq; parente iungebatᷣ defuncto. & abſolute dicimus ordinem: qñ cum ſolis vocantᷣ fratrib. eundẽ eos habere iubemꝰ, & qñ cũ fratrib. vocantᷣ aliq aſcẽdentiũ ad hr̃ditatẽ, d hoc iubentes ex Calendis Ianuarijs præſentis indictionis vndecimæ. †

CA. II. Quando donatio propter nuptias inſinuationi ſubiaceat.

Illud quoq; dignũ correctiõe aliqua eẽ iudicãtes, partẽ hoc p̃ſentis facimꝰ legis. ex ipſo. n. rerũ inueniẽtes experimento, neceſſarium eẽ mulierib. actis monumẽtorũ antenuptiales donationes inſinuari vt vel ſi principalia inſtrumẽta peant (qđ facile ẽ) ꝑ monumẽta e mr̃imonij eis probatio maneat: ſancimus neceſſitatẽ habere viros ipſos, aut ẽt q ꝓ eis f antenuptiales donatiões ſcribũt, ſi qngẽtorũ ſolidorũ trãſcẽdit quãtitatẽ, iſinuare eã in actis monumẽtorũ, in regia quidem ciuitate apud magiſtrũ cẽſus, † i ꝓuincijs ãt apud vniuſcuiuſq; ciuitatis defenſorẽ, aut apud quos oĩno talia documẽta cõfici g poſſũt. Si vero nõ inſinuent eas: quãtũ quidẽ ad partẽ mulieris ẽt ſic eas valere iubemus: & ſi tempus fiat exactionis, h donationis, i & k partis eius: non opponi mulieri non inſinuatam fuiſſe l donationem. Si vero dotaliũ pacta & horum euentus parti viri concedũt actionem dotis, aut ẽt eiꝰ partis: m. nulla eũ habere iubemus actionẽ, n ſi nõ donationẽ inſinuauit in actis monumentorũ, ſicut dictum eſt. viris. n. habentib. poteſtatem inſinuare donationes, pro non inſinuatis periculũ mulieribus imminere, ineptum nobis eſſe videtur.

CAP. III. Vt mulier quæ ad ſecundas non tranſit nuptias, tantum habeat quantum vnus filiorum.

Quia vero mulieres ad ſecundas nuptias non venientes, portione aliqua dignas vltra eas quæ ſecundò nubunt, eſſe putamus: o ſi qua amiſſo viro, alterius abſtineant nuptijs, habere quidem eam vſum antenuptialis donationis, ſicut prius ſancimus: p habere vero eam & proprietatis tãtũ quantũ filiorum quantitas faciat: vt ſecundum proprietatis rationem vnius & ipſa filij perſonã obtinere videatur: q Hoc vero valere non in matribus ſolis iubemus, ſed etiam in patribus, & alijs aſcendentibus volumus ad ſecundas nuptias non venientibus.

CAP. IIII. Matrimonium ſine cauſa diſſoluendum non eſſe.

QVIA vero interdiximus dudum per noſtram legem & viris r & mulieribus repudia mittere, & tranſigere s matrimo-

a Noſtras. Nõ piget. meliꝰ eſt ſeipſum corrigere, quàm ab alio corrigi expectare: vt ĩ. de nup. §. 1. col 4.

b Legem. ĩ. de hæredi. ab inteſt. §. ſi igitur defunctus. in ſi. quam corrigit hic.

c Sibi. ſ. ſimiliter reliquerit.

d Ad hæreditatem. q. d. idem eſt ordo caſus & ius, ſiue hi nepotes cũ ſolis thei js vocantᷣ, ſiue cũ theijs & ſuperioribus.

e Monumenta. i. exempla primi inſtrumenti, & exemplificata coram iudice. creditur ergo exẽplo, vt C. de re iudi. l. ſi. & ſic eſt cõtra ſup. vt ſpõ. larg § ad hæc. Sol. hic fuit facta inſinuatio coram ordinario iudice: vt patet ex ſequentibus: quia ſic dicit, quod debet fieri. tunc. n. exemplũ valet: vt hic & ff. de admini. tuto. l. chirographis. & C. de teſta. l. publicati. aliàs ſi non ſic inſinuetur, non valet. vt in contrario.

f Pro eis. puta patres. Acc.

g Confici. vt coram defenſore ciuitatis: vt in authẽ de defen. ciui. §. nulla & C. de do. le. in hac.

h Exactionis. quia extitit caſus quo mulier: pacta eſt de lucrãda donatione propter nup. puta præmortuo marito ſecundùm Ioan.

i Donationis. ſ. totius. Ac.

k Et pro ideſt.

l Inſinuatam fuiſſe hic innouat. vt ĩ. vt ſpõ. lar. in prin. & ſumitur hic quod eſt. C. de do. antenu. l. ſi. & authen. eo decurſum. in fine.

m Partis. i. datum ei lucrum caſu exiſtente, de quo pactus eſt de lucranda dote: vt puta pręmortua vxore. ſm. Ioan.

n Actionem. ſ. in eo quod excedit eam quãtitatẽ quæ nõ debet inſinuari. ſm Io. argu. C. de do. l. ſi qs argẽtũ. §. ſed in oĩbus & hoc ideo dico, quod vir vel mulier dẽt lucrari ex pacto in alio, in quo nõ eſt pactum lucrari: cum non ſit ſimplex donatio, & non eſt neceſſaria inſinuatio.

o Putamus. vt ĩ. de nupt. §. hinc nos. & C. de ſecun. nup. l. generaliter.

p Sancimus. per l. illã ſupra, neq; virũ quod ex do. § p̃terea.

q Videatur. corrigitur ergo, quod eſt ſ. neq; virũ. §. p̃terea. vbi nõ diſtinguebant.

r Viris. quæ eſt. ĩ. vt li. ma. & auiæ. §. qa vero legem dudũ.

s Trãſigere. i. ſoluetᷣ. Diſſe-

Corrigere ſe eſt honeſtius, quam ab alio corrigi.

† Hinc cõſtat in Haloandrina editione ꝑperã eſſe deprauatam Nouel. 118. de qua hic loquitur Contius.

† Incluſa de ſunt in Græco Scrimgeri. ſed leguntur in Græc. Haloandr. & oĩbus vulg. manuſcript. Contius.

† Cl. in c. cũ ſ iure. ſuꝑ verb. ſedis. in me. ſ ver. itẽ ſi ſnĩa redacta eſt. extra de offic. dele. inducit hũc textũ ad hoc, q ſi ſnĩa delegati ſit redacta in publicam formã, qđ facit plenã fidem abſque oſtenſione cõmiſſionis ſuperioris.

a Differentiam. quātum ad pœnam.
b Cognita. quæ cauſæ ſunt in prædicta conſtitutione. vt ſ. de nu. ma. & auxi. §. q̄a vero plurimas.
c Hoc. ſ. ſeparare matrimonia ſine cauſa legitime cognita.
d In viro. contra ſ. vt ſ. de nu. ma. & auxi. §. quia vero legem du-dum. Sol. hic illā corrigit: vt ibi diximus. Alij dicunt hic æquiparare corporales pœnas. nō pecuniarias: quod nihil eſt.
e Proximas. No. par delictum parem exigere pœnam, vt C. de epiſ. & cle. l. ſi quenquam. fallit. ff. de pœ. l. quædam. & de incen. rui. nau. l. Pedi⁹.

Pœnam ſimilem par delictum exigit.

DE RESTITV-tione &c.

Huius ſenſum accipe ex rubrica: & ponit tantū de vno teſtamento, in quo multa ſunt diſpoſita & de quodā codicillo. & literā non lego: niſi vt notem arg. infra eod. §. manifeſtum.

TANTA nobis.

matrimonia (niſi tamen quędam ſit cauſa noſtræ legi cognita) & pœnas hoc facientibus & viris & mulieribus impoſuimus: mutationem quandam circa pœnas viri ac mulieris facientes, & ad melius hoc transformantes, ſancimus nullā eſſe dīam [a] quantū ad pœnam inter virum & mulierem hoc præſumētes: ſed iiſdem pœnis q̄ contra mulieres à nobis definitæ ſunt, ſi ſine cauſa noſtrę legi cognita [b] matrimonia diſtrahant, etiā viros ſubdi hoc [c] præſumentes, & ſimiles pęnas eſſe in viro, [d] & in muliere. In delicto. n. æquali proximas [e] eis imminere pœnas, iuſtum eſſe putamus. Præſentem igitur generalem legem noſtrā manifeſtam tua gloria faciat per edicta ſolennia, & iis qui hāc maximam ciuitatem & qui prouincias habitant: vt nullus hominum, & quæ ad ſalutem communem ſancita ſunt à nobis, ignoret. Dat. V. Calen. Sep. Conſtant. Dn. Iuſti. PP. Auguſt. anno XXII. poſt Conſ. Baſilij V.C anno VII. †

Deſunt hic multæ Nouellæ, quæ poſtea reperientur.

† Sic puto ex cōparatiōe iurisdictionis vndecimæ quæ hac lege nominaſ. eſſe legendum. Contius.

TITVLVS VIII. Nou. 159.

DE RESTITVTIONE FIDEI-commiſſi, & nomine familiæ quod vſque ad quartum † gradum locum habet, & q̄ familiæ nomine nurus etiam continetur.

† In Græcis editionib. legiſ μέχρι τινός ſed cōſtat ex ipſa cōſtitutiōe legendū, quartum. Contius.

Alienationis prohibitio perpetua vltra quartam generationem non extenditur, nominalis autem alios non continet. et vltimus de familia ſuperſtes res ad eum venientes in quamcunq; perſonam alienare poteſt: appellatione quoque familiæ nurus continetur. Bartolus.

Imp. Iuſt. A. Petroglorioſiſ. ſacrorum prætoriorum præfecto iterū, exconſule & patricio.

TAnta nobis humanitatis cura eſt, vt neq; priuatas cognitiones, quæ videntur nobis q̄onem excedere iudicialem, legib. noſtris definire dedignemur: neq; cognitionē priuatā excedentē audire iudicia, per circuitus longos litigantes tradere afflictioni. Alexander igitur glorioſus ſuggeſſit nobis multoties Hierium glorioſæ memoriæ patrem ſuū ſcribentē teſtm̄, hominibus iſtis vſum: Volo autem & iubeo meos hr̄des Conſtantinū quidem virum clariſſimū deputatā ei domū cū omni (ſicut ſuperius ſcriptū eſt) coniuncto ei iure: & proaſtiū qđ in Cuparijs eſt, cū oī (ſicut ſuperius dictū eſt) cōpetenti ei iure, & domū q̄ in Antiochia eſt, Catamianū: Antimiū vero dulciſſimū proaſtiū qđ i Blacerna eſt. Cataeugeniū & Iulianū glorioſæ memorię viros proaſtiū qđ in ſummitate ſinus Subſtenticij eſt quondam Cata archalinū glorioſæ memoriæ: Calliopiū vero virū clariſſimū proaſtiū Habitariū ſiue Cataphilotiū. Alexandrū virum glorioſiſſimū proaſtiū qđ in Venetis eſt, nō alienari, nō p venditionē, non p donationē, non p cōmutationē, nō aliter quolibet mō neq; eijci, neq; alienari ipſam domum, aut ſupraſcripta proaſtia à meo noie, & mea familia: ſed ſi qd orandū eſt mihi, fiant eis filij: & in filijs & in nepotib. legitimis, aut naturalib. ſi defuncti ſunt, relinquere vnūquemq; eorum qđ deputatū eſt proaſtiū, & domus tā in adiacentib. huic regiæ ciuitati, q̄ in Antiochia, filijs & nepotib. ſingulorū legitimis, ac naturalib. credo. n. q̄ nō deponant neq; ſup naturalib. filijs aut nepotibus meā diſpoſitionē & voluntatē. Si vero oīno ſine filijs oēs, aut quidā, aut vnus ex eis moriatur (quod abſit) volo & iubeo eos, qui ſine filijs aut ſine filio futuri ſunt morituri, reſtituere ſuperſtitibus, ſiue ſuperſtiti eorum fratri ſupraſcriptas domos, tam hic q̄ in Antiochia, & præmanifeſtata quinq; proaſtia, cum omni eorum iure, & oībus competentibus indefinenter, vacante videlicet inter eos de fideicommiſſis aut legatis ſatiſdatione. volo. n. & iubeo non exigere eos ab inuicem huiuſmodi ſatiſdationes, præſumentes ſiue præſumentem præter meā paternam & amabilem circa eos intentionē exigere fratres ſuos, aut fratrem ſatiſdationem in his prohibitis alienari rebus: omnino eos fideicommiſſo cadere. Et hæc quidem in teſtamento dixit: ſcripſit autem & codicillos huiuſmodi, & in ipſis vſus eſt huiuſmodi verbis: Manifeſtum igitur facio, quia dudū quidem in ſcriptis feci teſtamentum, & quæ in

Legatũ teſtamento pôt p codicillos adimi.

a Aut ſubtraho. Not. ergo pro opin. Io. an. quòd in codicillo poteſt adimi teſtamento legatum relictum, licet non ſit teſta. confirmatum: & pro hoc ff. de ali. & ci. le. l. liber. ſed Pla. & M. contra, niſi ſint teſtaméto confirmati: & pro ſe inducit ff. de teſta. l. hæredes palã. §. ſed quia poſſet. Sed certè in inſtitutione illa intelligimus, vt mutari nõ poſſit, niſi à capite omnia fiant.

Voluiſ.

in eo ſunt, ſecũdum placitũ mihi modum diſpoſui, volo & iubeo oïa quęcũque eodem teſtamento continentur, omnimodo valere, præter illa ſola, q̃ in hoc meo codicillo permuto, aut ſubtraho [a] aliqua derelicta legata. Volo igitur & iubeo proaſtium meum quod appellatur Cuparia, quod in prædicto teſtamento Cõſtantino viro magnifico filio meo dereliqui, dari & pertinere perfectò poſſeſſionis, & dominij iure Hierio viro clariſſimo & Eugeniſtato meo nepoti filio Conſtantini viri magnifici integrum ipſum proaſtium cũ omnibus q̃ in eo ſunt prætorijs, & aſcenſum, & deſcenſum, oïbus ēt coniunctis ſiue illatis cum conclaui domuum, & ergaſterijs, & balneo, & hortis, tam intra q̃ extra muros: & hippodromum, & quod in eo eſt hortum, & ciſternã, & omnia omnino quocunq; mõ competentia mihi iura ſuper illo ipſo proaſtio: dari quidem volo eundem proaſtium prædicto viro clariſſimo meo nepoti Hierio facto ſuæ poteſtatis per emancipationem a ſuo patre poſt obitum meum: nulla data licentia ei viro honeſto nepoti meo, ſed neque his, ſiue ex hoc meo teſtamento, ſiue ex teſtamento eiuſdem viri clariſſimi mei nepotis ſuſcipiẽtibus iura eius vẽdere aut permutare, aut donare alicui, aut quocunq; modo alienare aut ipſum proaſtium, aut partem aliquam ex eo, aut ius propter quod volo eundem proaſtiũ, ſiue domum adiacentem intra ianuas, quæ ducunt circa venerabile oratorium ſanctæ eccleſiæ, permanere per omnia & perpetuare in mea familia, & nunquã egredi de meo nomine. Volo autem & iubeo, ſi contigerit prędictum virum honeſtum meum nepotem Hierium mori impuberem, aut poſt pubertatem ſine filijs tamen ex legitimo matrimonio ei progenitis, peruenire & competere ſiue reſtituere poſſeſſionem & proprietatem eiuſdem proaſtij ſiue domus viro magnifico eius patri Conſtantino, ſub eadem conditione non alienari aliquando de mea familia, aut de meo nomine: in iſtis quidem ipſum procedere, Hierij vero glorioſiſſimi domum quæ in Theopolitis adiacet ei, & ex paterna in eum peruenit ſucceſſione, alijs vendidit perſonis: eam vero domum, quæ in hac feliciſſima ciuitate, inſuper & per codicillos datum ſibi proaſtium, in quibus omnibus alienatio interdicta eſt, Conſtantino glorioſiſſimo eius tranſmittere filio. Illum vero mox prægnantem relinquentem vxorem vita functum, ſcripſit teſtamentum per quod diſpoſuit, ſi non naſcantur filij, aut natus impubes moriatur: tam matrem ſuam Mariam glorioſiſſimã, q̃ eius vxorem nobiliſſimam Mariã, in eius vocari ſucceſſionem: & qm̃ nata fuit filia, & ipſa pupilla & tenera adhuc ætate ex hominibus deceſſit, in prædictas nobiliſſimas peruenire mulieres: reliquæ vero ſubſtantiæ quæ in hac magna ciuitate ſunt, domus inſuper & proaſtium expreſſim in codicillis glorioſiſſimo relicta ſunt Hierio: locũ forſitan tam ex teſtamento, quàm ex codicillorum ſermonibus adhibere: ipſe domum, & proaſtium defendere ſolus, de Hierij glorioſiſſimi familia derelicta: quæ nunc & primum habens in Hierio meo nomine gradũ. Sed ij qui pro Maria & Maria glorioſiſſimis fœminis verba faciebant, teſtamenti quidem verbis nullum dicebant locum habere, neque cum legitur Alexandrum virum glorioſiſſimum locum habere, & vtrunque ſuum perficere ipſum & citra Conſtantinum glorioſæ memoriæ quàm ad hos tanquam ad locum, & alienantem proaſtium quod ei derelictum eſt: ſuper quod alienationem inæqualiter alijs quod ei pater interdicens competit, & alios fratrum eius hoc facere, & noſtras leges: quoniam omnes cõtinue, in quibus tale aliquid diſpoſitum eſt, trãſgredi defuncti voluntatem omnibus ſimiliter ſubſtitutionem dicere, vt non permittas eis inuicẽ pulſantes multis pro vna cognitione iudicijs ſubijciantur. Ideo poſitas nos rememorare leges. Alexander verò glorioſus magis quidem, & de proprijs alterutrum rectè viſus eſt appellare. Super codicillum enim ſapientem, & de reſiduis rebus voluntatem ſuam defuncti facientem, familiæ reſeruari volẽs: ſed in proaſtio iunioribus verbis vſus, nihil rectè ei alienationem conferre, illas ex imperiali hoc facere impellenti iuſſione, venerabilibus pro his verbis vſa eſt pars alterutra, tã teſtatoris interpretantis voluntatem, quam noſtris vtentibus legibus, quæ ſibi expedire putabant. Nos igitur legis & teſtamenti interpretationem propoſitam non ſola ſententia, ſed lege complecti cognitionis deciſionẽ putauimus oportere: tam vt præſentem quæſtionẽ decernamus, qui reliquis auferamus

de

Alienationis ꝓhibitio vltra filium non extẽditur.

a Voluiſſe. No. ꝓhibitioné alienationis vltra filiũ nõ extẽdi niſi expreſſe dicať, & facit. ff. de leg. 3 l. filiusfamilias. §. diui.

VT NVLLI IVdicum &c.

b Vtcunq; ſubiectorũ. ſubau. ptinẽt.

c Semper ſubaudi cupientes. Acc.

ſtudiel

de hmõ icõtentione, vnde ſubtilius teſtm̃ cõſiderantes, verbis ipſis inuenimus hæredib. demonſtratis filijs alienationẽ interdictã, qñ futuri eſſent ſine filijs fungi vitã: ñ vlterius vero ijs q ſolum eis ſucceſſerint filijs, ſed ſufficere defunctorũ vſq; ad filiũ ſtare interdictioné. Si.n. & ipſi filios relinquẽtes moriant̃, quod eſt relictũ, neque in lõgiore à filiorũ vita alienationis prohibitioné voluiſſe a facere: codicillũ vero in ꝓaſtio ſolo factum prohibere: & ijs qui ex teſtõ Hierio glorioſæ memoriæ iunio re dicimus res ſuſcipientib. proaſtiũ alienare. Etenim iſtis qui remanſerũt, velle defunctũ ꝑpetue in familia manere ſua: ea quidem q̃ in quæſtionem deducta ſunt, talia conſiderantes oportere humilitatis cognitionem, in alijs quidem rebus q̃ Conſtantinus glorioſæ memoriæ Hierio ſenori, de quibus ex teſtõ factus eſt dominus, nihil accipere: ex his exiſtimauimus bene ſuggerere q̃ſtionem: vacare vero in iſtis actione non Alexandrũ ſolũ virũ glorioſum, ſed & reliquã oẽm familiam: ex teſtamenti verbis, vſq; ad filios ſolũ ſtare prohibitioné: & ipſum Hieriũ glorioſæ memoriæ filiũ, ꝑ quos ei facientes hoĩes ſmariposeos Hierij iura, qui poſt eos familiæ ſubſtituentes partẽ alienauerũt, q̃ apud eos tanquã in ſubſtitutione ex voluntate interdictorum vnius: in proaſtio vero, neq; ſi dñm codicilli Hierium oſtendant glorioſæ memoriæ: multũ nobis viſum eſt plenum eſſe pietate, quatuor poſtea generationes hmõi medium deduci quæſtionem. Nunc igiť glorioſis fœminis Maria & Maria adhuc ſuperſtitibus, quas & ipſas in familia iacendo noſtris legibus & hmõi verbis ꝑ meritis non rectè neq; cõpetenter Alexander glorioſus ad ſe venientem inſtituit litẽ: tranſeundo vero, & iſtorũ quatuor gñones tranſiſſe videnť: nõ facere quem antiquã taliter iudicis cognitionem tradi maxime conſtituens filia adhuc pupillaris taliter ætatis functa vita: vt ſi etiam ſine teſtõ ille eſſet, in matrem eius ꝑuenire proaſtiũ: nõ ipſius nouellæ vero legi: vtpote factę horum cã & nullis Hierij glorioſæ memoriæ hr̃dibus circa voluntatem peccantib. eius. etenim teſtamentũ Conſtantinus ſcribens, ſubſtitutiones aliquas fecit, filia defuncta impubere: at tamen nil ex hoc introducitur magnũ & ipſius ſm̃ hoc legis pupillæ mr̃i ſubſtantiam ꝑbenti marito circa tranſitũ eam. Sancimus igiť neq; Alexãdrum virũ glorioſum, aut eius filios, neq; ſucceſſores relinquere glorioſæ memoriæ ſeniores filios, neq; aliũ quendam ex oĩbus in eius cõſtitutum familia, q̃ contra Mariam & Mariam glorioſas fœminas occaſione rerũ apud eas conſtitutarũ, aut contra alios agere, apud quos res conſtitutæ ſunt: nunc aũt in q̃bus futuro peruenerint tpe, in q̃bus Hierius glorioſæ memoriæ prohibens fecit alienationem, aut oĩno quo memoriam prohibitione & familiæ nomen, & aliquod ius fabricare ex hoc: vt alijs Hierij glorioſæ memorię filijs ipſis alienantib. & conuenientibus, ſicut reliquorum alienationibus & primitus leuarentur, & ipſis ſucceſſorib. quæ poſſunt actiones competere de hoc & alijs, quos apprehendentes relinquimus intellectui ad hmõi nobis ſufficientibus iudicium & legiſlationem: & hanc eſſe deciſionem nõ pſentis cognitionis ſolùm, ſed reliquarum, in quibus prohibitiones factæ hmõi ſucceſſionis tantæ proceſſerunt, & hęredum vltimus per mediũ aliquẽ pupillum ſucceſſerit. Tunc enim tempus & exteris à familia primi prohibentis licentiam habebit ex præſenti noſtra lege tranſmittere res. Cõmunem enim hanc fecimus legem tam præſentis cognitionis, quam poſt hanc euenientium taliter prohibitioné, tam euenientẽ nunc dirimentes contentioné, quã eas, q̃ futuræ ſunt reſecantes. Dat. Cal. Ianua. Conſtanti. Dn. Iuſt. PP. A. * Ioannes & Curius ſubditis obtulimus.

TITVLVS IX.

Nouella 134. De vicarijs.

VT NVLLI IVDICVM LICEAT habere loci ſeruatorem † niſi certis ex cauſis diuina concеſſerit iuſſio.

† Τοπο τηρητὴν, vicarium tranſtulit Haloander. Con.

Nullus iudex poteſt in loco, cuius ſibi gubernatio commiſſa eſt, committere loci conſeruatorem, ideſt vicarium, niſi imperator tempore expeditionis vel neceſſitatis ei conceſſerit. Angel.

In Nomine Domini Ieſu Chriſti Dei Noſtri, Imperator Cęſar, Flauius Iuſtinianus, Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, felix, pius, glorioſus, victor, triumphator, nunquam non colendus: Auguſtus, Muſonio præfecto urbis.

PRAEFATIO.

Qvæcunque ad vtilitatem noſtrorum ſubiectorum, b intentioné habere ſemper: c inuenimus di-

diuerſas læſiones noſtris ſubiectis inferri ab emiſſis vicarijs in prouincias ab aliquibus ciuilibus & militaribus iudicibus: [a] & de hoc dudum legem [b] ſcripſimus, particularem aliquam facientes rei emendationem.

CAP. I. Ne vlli magiſtratui liceat conſtituere vicarios.

Nunc verò perfectè iuuare noſtros ſubiectos ſtudentes, ſancimus nullam licentiã habere ꝑ tẽpore præfectos tam Oriẽtis quam Illyrici prætoriorum, aut comitem largitionum, aut comitem priuatarum, locorum ſeruatores deſtinare in prouincias, aut ipſos prouinciarum iudices facere, & proprij cinguli loci ſeruatores emittere, ſed neque vicaneos iudices in creditis eis prouincijs loci ſeruatores emittere in qualibet ciuitate. [c] Solum vero iubemus eſſe loci ſeruatores ꝑfecturæ in Hoſdruma, † & in Meſopotamia & ſi neceſſitas vocauerit, [d] in alijs locis tẽpore expeditionis pro nutrimento eis deſtinato: & hoc quidem per noſtram iuſſionem. His inſuper iubemus, vt neque magiſtri militum, neque duces in prouincijs in quibus administrare iuſſi ſunt, loci ſeruatores, aut biocolytas, aut latronum expulſores. [e] Si vero contigerit, neceſſitate faciente, ſiue magiſtros militum, ſiue duces deſtinari per noſtram iuſſionem in alijs locis: tunc fieri loci ſeruatores abſentes, & hoc ſecundum noſtram præceptionem. Nulli vero liceat ciuili aut militari iudici circumire prouinciam ſine cauſa neceſſaria. Si vero aliqua neceſſitas vocauerit tale aliquid fieri: expenſis proprijs † hoc facere iubemus [f] tam iudices, quam competens & obediens eis officium. Neque vero angarijs, aut ijs q̃ vocantur epidimeticis, [g] aut alio quolibet diſpendio grauare noſtros ſubiectos: neque conſuetudines nominare, aut quærere, quas forſitan aliqui prædictorum in proprium lucrum iniuſte adinuenerunt. Malè [h] enim † adinuenta, malæque conſuetudines, neque ex longo tempore, neque èx longa conſuetudine confirmantur: ſcientibus omnibus ꝓdictis iudicibus ciuilibus & militaribus, ꝙ ſi aliquid præter hoc fiat, & qui facit, ſi loci ſeruator eſt, viginti librarum auri inferet pœnam, & cingulo ſpoliabitur: & qui fieri ſe acquieuit, cadens propria ſubſtantia, exilio ſubijcitur. Ad maiorem autem noſtræ diſpoſitionis cautelam, iubemus per loca epiſcopos, & prouinciarum rectores, & eos qui ciuitates habitant, nullum contra præſentem noſtram diſpoſitionem ſuſcipere biocolytam, aut latronum perſecutores. omnino enim nullum iudicum ciuiliũ aut militariũ conſtitutum in prouincia habere loci ſeruatorem concedimus. Præcipue quidem iubemus prouinciarum rectores ſic rectè conuerſari, aut res gubernare, vt non neceſſitas fiat de qualibet re debente [i] quæri, aut gubernari, [k] ad prouincias aliquem deſtinari. Si vero opus fuerit tranſmitti aliquos in prouincias occaſiõe publicarũ exactionũ, aut quarũlibet emergẽtiũ q̃relarũ, neq; ordinẽ neq; nomẽ habere loci ſeruatoris. Deſtinatus vero in prouinciam, nullum ſubiectis inferat diſpendium: creditum vero ſibi opus adimpleat, iudice prouinciæ eum & eius officium adiuuante. Si vero contra iudicem fortè accuſatum tranſmittatur: tunc iubemus & prouinciale officium obedire ei. Quemadmodum enim prohibemus loci ſeruatores fieri: ita omne periculum iubemus habere iudices prouinciarum, & eorum officium: vt ſollicitudinem faciant tam publicarum exactionum, quam locorum quietem: & vt omnis iniuſtitia & læſio ſuſpendat̃. In quibus vero prouincijs aut iudices, † aut exactores ſunt fiſcaliũ, & opus habuerint aliquo adiutorio: iubemus iudices prouinciarum & officia eorum omne ſolatium & ſtudium eis conferre: vt ſine impedimento fiſcalium exactio ꝓcedat. Et omnes quæ motæ fuerint ſiue ciuiles ſiue criminales cauſæ, & competentes prouinciarum iudices ipſos iubemus inquirere, vt illi proprio periculo has diſcutiant, & legitimum finem eis imponant. Super hoc autem iubemus [l] prouinciarum iudices mox qui futuri ſunt cingula ſuſcipere, ſiue

[a] Iudicibus. repete inuenimus.
[b] Legem. vt ſ. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. ſiant. coll. 2.
[c] Ciuitate. ſed idẽ ꝓhibet: vt ſ. de colla. §. ad hoc prohibemus. Acc.
[d] Vocauerit. aliàs exegerit. i. fuerit neceſſitas nutrimenti. Accur.
[e] Expulſores. ſubaudi deſtinent. Accu.
[f] Hoc fieri iubemus: vt ſ. de mand. princi. §. illud. collatio. 3.
[g] Epidemeticis. genus eſt expenſæ. Acc.
[h] Male. No. malam conſuetudinem non ſeruandam: vt hic, & C. de vſur. l. eos in fine. & ff. de legi. & ſenatuſcon. l. quod nõ ratione. & C. quæ ſit long. conſue. l. ij. in fi. & in decre. diſt. viij. c. iiij. & diſt. ix. cap. 1. & in noua conſtitutione Friderichi de ſtatutis. §. 1.
[i] Debẽte. aliàs debẽtẽ i. ad q̃rendũ debentem aliquam rem.
[k] Aut gubernari. i. ad gubernãdum quã libet rem. alias eſt in littera de qualibet re debentem: alias de qualibet re debente.
[l] Super hoc autem iubemus. fingitur ergo cautum eſſe vbi non eſt cautum, vt ff. de adopt. l. his verbis. & C. de rei vxo. act. in prin. & ff. ſi cui pluſquam per leg. Falci. l. j. in fi. j. reſpon.

Rerum

† Oſdroẽna.

† Sic epũs tenet̃ mittere ꝓdicatores ꝑ diœceſim ſuã ſuis expenſis: vt in c. inter cætera. cũ gl. ſup verbo, ſub miniſtrẽt extra de offi. ordi.

† Conco. c. vlt. extra de cõſue. & c. cũ eccleſia de ſimo. c. cũ haberet. de eo qui du. in vxo. quam pollu. per adult.

† Legẽd. vindices. de his vide apud Nicephorum in eccleſ. hiſtoria. Cua.

ſiue præſentes, ſiue abſentes ſint, cautelam impendere tam præfecturæ, ꝙ noſtris largitionibus, & comiti priuatarum pro inferendis pecunijs vnicuique prædictarum dignitatum: cum & ſi non caueant, tanquam facientes cautelã, ita iubemus eos & eorum officia ſub iacere prædictis dignitatibus. In illis vero ciuitatibus & prouincijs nolumus iudices periclitari pro fiſcalibus, & exigi, in quibus neque ſcriniarij, neque iudices, neque alij quidam proprio periculo exactionem faciunt.

Nullus occaſione lucrorum iniquitates et iniuſtitias facere debet. Itẽ iudices ordinarij, ac etiã delegati, ac etiam ſi ſint delegati à principe, appellationes ſuſcipere debent: quibus pendentibus nihil innouari debet Ba.

Et hoc peruenit ad nos, ꝙ quidam prouinciarum iudices ita inique agunt occaſione lucrorum, vt neque teſtamenta concedant facere, neque facta inſinuare, neque nuptias aliquas facere, aut ſuper nuptialibus donationib. monumenta componere, neque defunctorum corpora ſepulturæ tradi: neque rerum deſcriptionem a concedunt fieri, aut aliud quid huiuſmodi agi aut ex geſtis, aut ex teſtimonijs. Propterea interdicimus omnib. iudicibus tam ciuilibus quàm militaribus, & eorum officijs, aut alij cuilibet tale aliquid præſumere. Si vero quidã huiuſmodi odibilem rem in quolibet loco noſtræ reipublicæ præſumpſerit agere, aut miniſtrare ei qui hoc præſumpſerit facere: iubemus huiuſmodi extra cingulum factos, in exilium deſtinari: & de ſubſtantia eorum eueniens diſpendiũ, læſis in duplum reſtitui b non ſublato ab eis, neque alio quidem ex legibus adiutorio. Omnem vero damus licentiam locorum ſanctiſſimis epiſcopis, & primatibus ciuitatum, huiuſmodi præſumptiones prohibere: & ſtudere, vt hæc omnia ſine impedimento & ſine diſpendio ſecundum legum virtutem procedant, & de his nobis nunciare. Illas vero quæ ſecundum leges offeruntur appellationes, ſuſcipere volumus omnino iudices, c & eos qui ſecundum noſtram iuſſionem ſpecialiter (quia d & à diuinis licet appellare iudicibus) audiunt, ſiue maiores ſiue minores ſint: & edere geſta ſine aliqua dilatione e litigantibus, vt quæſtio legitima de his procedat. Super hoc iubemus appellatione porrecta ſecundum leges, neque exactionem fieri, f neque poſſeſſionem rerum transferri vſque ad definitum ſuper ea iudicium.

Iudices debent ſecundum leges delinquentes punire, non alios pro alijs comprehẽdere, nec damna inferre, nec pignorationes nec repræſalias facere, nec delicta vendere, pœna contra facientibus imminente. Bartol.

Quoniam vero † contingit adulteria, aut raptus mulierum, aut homicidia, aut alia quælibet crimina in prouincijs committi: iubemus prouinciarum iudices omnia ſecundum leges vindicare, & peccantes tenere, & non alios g † pro alijs, aut ex quibus nati ſunt vicis, h qui crimina præſumpſerunt, alium pro alio comprehendere, i aut damnum eorum inferre vicis: ſed neque pignorationes facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprij lucri cauſa inferre, aut delinquentium res proprium lucrum facere. Nos enim reos quidem ex legibus pœnas ſuſtinere volumus: damna vero ſubiectis noſtris, aut ex hoc iudicibus, aut eorum hominibus k ſiue officialibus fieri nullatenus concedimus: vt ne propter rerum deſiderium inueniantur iniuſte aliquos caſtigantes, aut peccantes vendere. Si enim præter hæc fiat: ipſe prouinciæ iudex omne ex hoc accidens damnum læſis medebitur, & ſupplicijs ſubiectus, exilio tradetur, & conſiliarius eius ſimile ſuſtinebit ſupplicium, ſi factis a iudice contra leges in ſcriptis conſentiat. Officium vero eius, & alij qui circa hoc propter lucrum proprium ei obſecundant: non ſolum damna læſis compellentur reſtituere ſed culpabiliores eorum legalibus ſupplicijs ſubiecti, exilio tradentur.

a Rerum deſcriptionem. puta inuentarium.

b Reſtitui. Not. in duplum teneri illũ qui impediuit aliqd mihi relinqui. olim percipiebat qđ teſtator volebat, cetera fiſco dabantur. vt ff. ad Treb. l. 1. §. ſi & dixi. & vt cũ de app. cog. §. ſi conuictus. coll. 8.

Appellare an & qñ & apud quẽ liceat.

c Iudices. ſi eſt recipienda appellatio, iudex eã recipere dẽt: aliàs punit, vt hic, & ĩ. de iudi. §. noſtros. & C. de ap. l. qm̃. et ſi à principe ſit delegatus, & tũc ad principẽ appellatur, vt hic, & quorũ app. nõ rec. per totũ. Item ſi non eſt recipiẽda, nõ debet recipere, vt quia pfectus licẽtiam dedit, vt ĩ. vt ſpõ. lar. §. aliud. hac colla.

d Quia. interpoſitio eſt. Acc.

e Dilatione. C. de ap. l. Iudicibus. ꝯ. ibi dĩ ꝙ intra 30. dies debet edere, hic ſine dilatione: vñ hanc ſm illam, & dic ſine dilatione. ſ. maiore.

f Exactionem fieri. nam nihil eſt innouandum app. pen. vt C. de app. l. 3. & ff. nil innou. per totum.

g Et non alios. vt C. de pœn. l. ſancim⁹. & ff. de pœn. l. crimẽ.

h Vicis. No. ꝯ poteſtatẽ qui punit contra tam pro aliquo delinquente. Accur.

i Comprehendere. vt ĩ. vt non fiant pignor. § 1.

k Hominibus. vt ĩ. de man. prin. §. oportet colla. 3. plene dices ĩ. eo. §. ſi. Accur.

† Iſte. §. eſt elegantiſſimus, & plenus philoſophiæ.

† Conco. l. ſancim⁹ C. de pœn. & ca. quæ ſunt. ex de his ꝙ fi. à ma. parte e. & in gl. pen. in c. ſicut tuis, cum glo. ſuper verbo. deprehẽſum extra de ſimo.

CAP. II. Vt rei criminum edictis legitimis euocentur.

Criminoſus edictis legitimis eſt vocandus, & eo latitante iudex legitime procedere debet. eo vero in alia prouincia degente, capiendus eſt: & ad locum delicti tranſmittẽdus, vt ibi ſupplicium patiatur: pœna contra facientibus imminente. Barto.

Si vero quis côprehẽſorũ criminũ latuerit, aut reliquerit prouinciã illam in qua crimina deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice euocari eum: & ſi non obediat, illa in eũ procedere, quę noſtris legibus definita [a] ſunt. Si verò cognoſcatur, ꝙ in alia prouincia degit, iubem⁹ prouinciæ illius iudicem, i qua peccati quid hmôi contigerit, epiſtola publica vti [b] ad prouinciæ illius iudicẽ, in qua delinquens pſona degit: illum vero q publicas ſuſceperit litteras, & periculo ſuo & officij ſui comprehendere [c] hmôi, & ad iudicẽ prouinciæ trãſmittere, in qua peccauit, ſupplicijs legitimis ſubijciendum. Si vero qui publicam epiſtolã ſuſceperit, neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut impetrata neglexerit: tunc & ipſum iudicem tres auri libras, & officium eius alia tres, p pœna inferre iubemus. Si vero iudex aut aliquis officij eius pp lucrum hmôi perſonã non comprehendat, aut côprehendens non tranſmittat, & hoc agens conuincatur: ſpoliatus cingulo exilio tradatur.

CAP. III. Vt iudex compleat quod deceſſori mãdatum eſt.

Iudex alterius iudicis ſucceſſor, iuſſionem prædeceſſori ſuo factam adimplere debet, niſi ſit contra ius vel publicam vtilitatem: quia tunc etiã ſecunda iuſſio expectatur. Ba.

Et hoc vero † iubemus obſeruari ab omni adminiſtratore, vt ſi côtigerit in ſcriptis nrãm iuſſionẽ fieri ad aliquẽ iudicẽ. & interea iſte quieſcat [d] ab adminiſtratione: is qui poſt illũ ſuſceperit dignitatẽ, accipiat [e] eã, & inſinuet. [f] & ſi qdẽ priuata eſt eã: & implere eã, & aſſequi, queadmodũ ad eũ pmeruit reſcriptũ. [g] Si vero hmôi in ſcriptis iuſſio [h] publicũ reſpicit, inqrat eã: & ſi qdẽ nõ lędat fiſcus, q̃ in ea côprehenſa ſunt, adimpleat. Si vero ad læſionem eſt fiſci, nihil ſuper ea oino agi. nunciare vero nobis primũ, vt ſecunda nr̃a fiat de hoc iuſſio. Si vero & pcepta cuiuſlibet iudicis ſint, & priuſquã inſinuentur hęc, aut pcipientẽ, [i] aut ad quẽ pręcepta facta ſunt, côtigerit remoueri de cingulo: ſic qui factus fuerit iudex, hæc ſuſcipiat & exigat, ſi legitime facta ſunt: ſi vero contra legem, aut contra publicum facta ſunt hæc, pro non ſcriptis eſſe iubemus.

CAP. IIII. Ne quis creditor filium debitoris pro debito retinere præſumat.

Creditor, qui filios debitoris præſumpſerit pro debito retinere, à debito cadit: & tantundem dabit eis, aut parentibus eorum, & corporalibus pœnis afficitur. Bartolus.

Quia vero & huiuſmodi iniquitatem in diuerſis locis noſtræ reipublicæ cognouimus admitti, quia creditores filios debitorum pſumunt retinere aut in pign⁹, aut i ſeruile miniſteriũ, aut in côductione: hoc modis oîbus phibemus: [k] & iubemus, vt ſi quis hmôi aliqd deli-

a Definita. vt requiratur, & bona eius annotentur, vt ff. de requi. re. l. 2.

b Vti. Nã epiſtolam mittit: vt hic. & ſ. de q̃ſto. § damus. col. 6. ſic & tũ q̃rit fugitiu⁹ vt ff. de fugi. l. 1 §. 1.

c Côprehendere. ſic ergo inuitus ad locũ vbi deliqt trahit. ſed vr̃, ꝙ ita demum ibi puniat vel accuſet. ſi ibi inueniat: vt ff. de iudi. l. hęs abſent. in prin. q̃ eſt ꝯ. Solu. ſpãle eſt i delictis ꝯ in lo. vt hic. & C. vbi de cri. agi opor. l. vlt. & ꝯ vt iudi. ſine quoq. ſuff. §. neceſſitate. & idẽ vbicunq; certæ pſonæ cognitio mandat, vt pſidi: vt C. ne li. pnię. l. 1. & C. vbi quis decu. vel cohor. l. vlt. ſed in ꝯtctibus, ſi ibi nõ inueniẽtur · bona q̃ ibi hẽt, poſſidentur: non tñ inuitus reducit. ſi alibi verſetur, niſi habeat forũ vel domiciliũ, vel ſi aliter lateat: tũc n pôt idẽ qđ in criminalibus dici. Azo. Vł ſi velis dicatis vt ſup ꝯtria l. dixim⁹.

d Quieſcat. vel q̃ſi finitũ eſt eius officiũ, vel receſſit.

e Accipiat. iuſſionẽ noſtram. Al.

f Inſinuet. i. deducat eã in publica acta.

g Reſcriptũ. ſed qđo hoc hic eſt. & ꝓ pri. cognoſcit ſucceſſor, cũ morte mandatarij iuriſdictio expiret: vt & aliàs mandatũ: vt ff. de iu. om. iu. l. & qa. §. idei q̃. Rñ. hic nõ perſonæ, ſed officio fuit facta cõmiſſio vł dlegatio.

h Iuſſio. nõ. n. facilẽ ꝯ publicã vtilitatem ꝯcedendũ eſt reſcriptũ: vt ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. ſi qs à princ. pe. & C. ſi ꝯ ius vel vti. pu. l. ſi & de preci. impe. off. nec damnoſa ideoq; ſecũda iuſſio exigit: vt hic, & ſ. de n a l. prin. §. deide. q̃ melius deliberat. q̃ ſi fit vna tñ i arg ꝯ vt cũ da app. cog. § ſed hoc præſenti. col. 8.

i Aut pcipientẽ. hic vł negari nõ poſſe iuriſdictionẽ finiri, qñ mortuus eſt delegãs, vt hic fuit: vt ff. de iur. om. iu. l. & qa. §. ideoq;. nã ſi ẽt in dignitate vel in officio pcepit, nõ durat vltra ipt ſuæ adminiſtrationis: vt ff. de pę. l. fi. Rñd. pôt dici, ꝙ hic acceperat delegat⁹, & hoc innuit cũ dicit, factus fuerit iudex. Vel dic, ꝙ ſucceſſor côfirmauit: vt arg. ff. de iud. l. venditor. §. fi. & §. iudices. Vel hic non fuit delegatio, ſed iuſſio q̃dã. Item qđ ſubijcit, pro nõ ſcripto eſſe. ſ. qđ iuſſit priceps. vel pcepit iudex, qũo ſententiã ſui prędeceſſoris infirmat: vt ff de re iu. l. Paulus rñdit. & C. ſen. reſcin. non poſ. l. ꝯ. Rñ. authoritate legis hoc fit. Vel verius nõ reſcindit ſed reſciſſum declarat: cũ ipſo iure non valet qđ in præiudicium publicæ vtilitatis factũ eſt: vt C. ſi ꝯ ius vel vti. pub. l. fin.

k Prohibemus. nõ enim valere ꝯtctũ ſup libero hoîe licet bl. o debitoris: vt C. q̃ act. & ob l. ob æs. ẽt parte volẽte vel pignuſãte, vt ff. q̃ res pig. ob. poſ. l. fi. & C. q̃ res pign. ob. l. qui filios. niſi i caſu quo & vẽdẽte permittitur: vt C. de

Conueniũtur q̃s ẽt inuitus vbi deliquit.

† Facit ad hunc. §. c. vlt. lo gl ſi. in ſi. ex de fo. côpet. vbi dr̃, ꝙ ſi crimẽ eſt graue remittitur criminoſus puniẽdus ad iudicem vbi deliquit.

† Con cum hoc tex. c. qm abbas. cũ gl. 1. poſt pri. ex de off. deleg.

† Côco. c. c. paſtoralis. cũ gl. j. poſt pri. ex de fide inſtru.

Contract⁹ ſup libero hoie nõ valet.

delliquerit: non ſolum debito cadat, ſed tantã aliã quantitatem adijciat dandã ei qui retentus eſt ab eo, aut parẽtibus a eius, & poſt hoc ẽt corporalibus pœnis ipſum ſubdi à loci iudice: quia perſonã liberam pro debito præſumpſerit retinere, aut locare, aut pignorare.

CAP. V. De interceſſionibus mulierum.

Si vxor crediti inſtrumento conſentiat proprio viro in damnum ſuum, vel ſuam ſubſtantiã, aut ſe ipſam pro eo obliget: ipſo iure nõ tenetur, niſi manifeſte appareat pecuniã in ipſius vtilitatem fore conuerſam. Bartol.

Et illud vero præuidimus ꝑ ſubiectorum vtilitate corrigere, vt ſi qua mulier crediti b inſtrũo cõſentiat ꝓprio viro, aut ſcribat, & propriã ſubſtãtiam aut ſeipſam obligatã faciat: iubemus nullatenus hmõi valere aut tenere, ſiue ſemel, ſiue multoties c hmõi aliquid ꝑ eadẽ re fiat: ſiue priuatũ, ſiue publicum ſit debitũ: ſed ita eſſe, ac ſi neq; ſcriptũ eſſet: niſi manifeſte ꝓbetur, quia pecuniæ in ꝓpriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ d ſunt.

CAP. VI. Ne mulieres in carceribus includantur.

Mulier in cauſis ciuilibus non debet in carcere includi: in criminalibus vero committenda eſt fideiuſſoria aut iuratoria cautioni: vel debet tradi mulieribus cuſtodienda. Bartolus.

Neceſſarium vero credimus & illud competenti adiutorio emendare, vt nulla mulier de qualibet e re includatur, aut cuſtodiatur: ſed ſi quidem pro fiſcalibus debitis aut priuatis pulſetur, ſecundum legem mulier aut per virum ſuum, f aut per ſe, aut per quam voluerit perſonam legitimè reſpondeat, & tranſigat rem. Si vero vidua ſit, aut non à principio viro coniuncta: liceat ſimiliter mulieri aut per ſe, aut per quos voluerit propria iura proponere ſecundum legem. Eum vero qui præter hæc præſumpſerit agere aliquid prædictorum, iubemus, ſi quidem maiores iudices ſint, viginti auri librarum: ſi vero minores ſint, decem librarum auri pœnæ ſubiacere: obedientes autem eis in prædictis cauſis, ſpoliatos cingulo, pœnis ſubijci, & in exilium deſtinari. Si vero mulier poſt legitimam admonitionem noluerit inſtituere aliquem qui pro ea reſpondeat, aut litigans addicta ſit, nec ſic includi, aut cuſtodiri eam, ſed legitima iura in competentibus ei rebus procedere. Si vero † crimen ſit, quod infertur mulieri, in quo neceſſariũ eſt ipſam cuſtodiri: ſi quidem fideiuſſorem perſonæ præſtare poteſt, ipſi credatur. Si vero iurauerit non poſſe ſe dare fideiuſſorem, iuratoriam cautionem faciat de obſeruatione iudicij. g Si vero grauiſſimum inueniatur crimen in quo accuſatur, in monaſterium, aut in aſceterium mittatur: aut mulieribus tradatur, per quas poteſt publicè & liberè cuſtodiri, donec cauſa eius manifeſtetur: tunc autem illa procedant in eã, quæ legibus definita ſunt. Nullam enim mulierem ꝓ pecunia fiſcali, ſiue priuata cauſa, aut pro criminali quolibet modo, aut in carcerem mitti concedimus, aut à viris cuſtodiri: vt non per huiuſmodi occaſiones inueniantur circa caſtitatem iniuriæ. Monaſtriam quidem aut aſceteriam per nullam actionem trahi concedimus de proprijs monaſterijs aut aſceterijs. h

CAP. VII. Quæ ſit mulieris adulteræ pœna.

In crimine adulterij pœna legitima maſculus puniendus eſt: mulier vero in monaſterium mittatur.

Si quando vero adulterij crimen probetur, iubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Conſtantinus i diuæ memoriæ diſpoſuit: & illis ſimilibus ſubijciendis pœnis, qui medij miniſtri huiuſmodi impio crimini facti k ſunt. De ſubſtantia vero adulteri, ſi habeat vxorem, dotem, & propter nuptias donationem ei ſaluari: aut partem à noſtra lege l datam, ſi dotalia inſtrumẽta non ſubſecuta ſunt, reſiduam vero eius ſubſtan-

† Caſus huiꝰ tex. ponit in glo ſuper verbo, poteſt in c. ꝑ veſtras. extra de do. inter virum & vxo.

Mulieres ſuberabiles ſunt.

de patribus qui filios diſtraxerũt. l. ij.

a Parentibus. in quorũ poteſtate eſt agentibus eius nomine. Azo. ſed videtur in quadruplum: vt ꝭ. vt non ſi. pign. §. j. ſed ibi in alio caſu dicit Azo.

b Crediti. crediti nomen generale eſt, vt ff. ſi cer. peta. l. j.

c Multoties. immo ſi conſenſit multoties, debet ſic teneri: vt ꝭ. vt immo. ante nupt. do. §. j. contra. Solu. hæc illam corrigit ſm Pla. & C. ad Velle. l. antiquæ. & l. ſi mulier. Sed Ro. & alij dicũt, hic loqui quando pro marito interceſſit: quia quanto ei tanto pro eo interceedit, tanto facilius ei ſuccurritur: ne mutuo &c ff. de do. inter vi & vxo. l. 2

d Expenſæ. vt de creditore eccleſiæ. ꝭ. de ali. & emphy. § ſi vero aut epiſcopo: & excipe hmõi caſus, ſi ipſa circumuenit creditorem, vt C. de diſt. pig. l. ſi interc. Item excipe alios caſus, quos dixi ff. ad Velle. l. j. in prin.

e De qualibet. i. pro qualibet.

f Suum. vt C. de procura. l. ij. & l. maritus.

g Iudicij. forte eiũ nocituat. q fideiuſſorem dare non poterat: vt ꝭ de litig. §. ad excludendum. col. viij. & not q fauetur mulieri: vt hic, & C. de offi. di. iu. l. j. ſecus in mare. C. de cuſto. reo. l. ij & 3. Acc.

h Aſceterijs. vt ꝭ. de ſanc. epiſcop. §. ſi quando.

i Conſtantinus. C. de adul. l. quamuis. Accur.

k Facti. vt ꝭ. de rapto. virgi. in princip.

l Lege. vt ꝭ. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legem dudũ. & C. de rep. l. vlt.

ſubſtantiam, ſi quidē ſint aſcendentes aut deſcendentes vſque ad tertium gradum, accipiant hi ſecundum ordines & gradus. Si vero † non ſunt huiuſmodi aliqui: fiſco applicari hæc iubemus.

Adulterā vero mulierem competentibus vulneribus ſubactam, in monaſterium mitti: [a] & ſi quidem intra bienniū recipere eam vir ſuus voluerit, pſtātem ei damus hoc facere, & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens: [b] & nullatenus propter ea quæ in medio tempore facta ſunt, nuptias lædi. Si vero prædictum tempus tranſierit, aut vir priuſquam recipiat mulierē, moriatur, tonderi eam, & monachicum habitum [c] accipere, & habitare in ipſo monaſterio in omni propriæ vitæ tempore: & ſi quidem habeat deſcendentes, duas partes [d] accipere eos ſubſtantiæ, ſecundum legum ordinem diuiſas, reliquā vero tertiam partem monaſterio in quod mittitur dari. Si vero deſcendentes non fuerint, ſed aſcendentes inueniantur non conſentientes huiuſmodi iniquitati: quatuor vncias [e] eos ſecundum leges diuiſas accipere, octo vero vncias dari monaſterio in quo includitur huiuſmodi mulier. Si vero neque deſcendentes neq; aſcendentes habeat, aut aſcendentes cōſenſerint huiuſmodi iniqutati, omnem eius ſubſtantiam accipere monaſterium, illi cōſeruādam: vt per omnes caſus viro pacta dotalibus illata inſtrumentis ſeruentur. [f]

Matrimonio ſine cauſa diuortio aut conſenſu ſoluto, delinquentes in monaſterium mittends ſunt, pœna legitima eis imminente, aut etiam eorum miniſtris: reconciliato autem matrimonio cō ſenſu vtriuſque priuſquā in monaſterium mittantur pœna remittitur: ſed altero recuſante, ille ſolus pœna legitima punitur. Bartolus.

Quia vero aliqui noſtram legem tranſcendere ſtudent, in qua euidenter cauſas enumerauimus, ex quibus ſolùm repudia poſſunt tranſmitti à viro, aut à muliere: iubemus præter illas cauſas nullo modo repudia fieri, aut per conſenſum nuptias ſolui, & concedere inuicem delictis. [g] Si vero præter [h] à nobis definitas cauſas præſumpſerint aliqui ſoluere matrimonium: iubemus, ſi quidem deſcendentes habuerint ſiue ex ipſo, ſiue ex alio matrimonio, ſubſtantiā eorum illis dari ſecundum legum ordinem. & tam virum quàm mulierem in monaſterium mitti in omnibus vitæ ſuæ temporibus, & de ſingulorum facultatibus quaternas vncias monaſterijs in quibus mittuntur, ſeparari: viro nihilominus neque vſum habente datæ partis filijs: quoniā pater rerum filij in poteſtate poſiti non habet vſumfructum. [i] Si vero deſcendentes non habeant, ſed aſcendentes inueniantur: tertiam partem ſubſtantiæ accipere eos, ſi non iniquitati ſolutionis matrimonij conſenſerint: quas vero partes monaſterijs, in quibus vnuſquiſq; mittit, ſepa-

† Côcor. huic text. c. tuę fraternitatis in gl. j. extra de ꝑcu. & ca. gaudemus. de côuer. côiug. quod ca. eſt extractū ex hoc § vt dicit glo. ſuper verbo. clauſtris.

Monachū non facit habitus.

[a] In monaſterium mitti. ſed videtur alteri corpori ad puniendum non dari, vt C. de pœ. l. ne q. quæ eſt contra. Solu. hic ſpeciale: & illa corporibus, non cauſa religionis facta intelligitur.

[b] Metuens. hic corriguntur omnia iura in quibus cauetur vt maritus in adulterio deprehenſam non detineat: vt ff. de min. l. auxiliū. §. in delictis. neque dicat aliquis, q̄ hic loquitur, quando ignorabat maritus: nam eo caſu etiam iure veteri poterat retinere eam, cum ſuam ſcientiam poterat obumbrare, vt ff. de adult. l. maritus. Accurſius.

[c] Habitum. nō tamen eſt monacha, ſecūdū Ioan. quod ex eo probat, quia pacta dotalia locū non habent, niſi ea mortua, vt j. eo. in fi. huius §. ſi autem eſſet monacha, contrarium eſſet: quia pro mortua habetur: vt C. de epiſc. & cle. l. fin. §. j.

[d] Duas partes. immo videtur, q̄ tantum legitimam habeant filij, vt j. de ſan. epiſco. §. ſi qua mulier. quæ eſt contra. Sol. hęc per illam corrigitur. vel hic quando inuita ingreditur, plus habent filij. ibi quando volens, minus habent ſcilicet tertiam, & eccleſia duas partes. & eodem modo opponitur, infra. §. proxi. & eodem modo ſoluitur.

[e] Vncias. ſed cum filij loco monaſterij habentur, vt j. de ſan. epiſco. §. ſed hoc præſ. quare nō eſt prima cauſa filiorum: vt ꝫ: de hęre. ab inteſta. § j Reſpon. hic loquit, q̄ ſi inuita intrauit, ſi autē volens, monaſterium præfertur aſcēdentibus: vt ibi. Vel dic, q̄ tempore huius legis non præſumebat eccleſia pro filio, vnde potior erat cauſa parentū, vt hic: ſed hodie ſic per l. contrariam, vn de ſecundū hoc hæc corrigitur, & parentes nihil habebunt. Vel verius hic non ſe monachauit, ſed tantum totondit.

[f] Seruentur. patet ergo, q̄ prius nō fuit facta monacha: & licet fuerit tonſa. ſed nonne probato adulterio maritus etiam ſine pacto dotem lucratur, vt C. de repu. l. conſenſu. & ꝫ. vt li. ma. & auiæ §. quia vero plurimæ. Reſ. illud corrigi ſecundum quoſdam. Vel dic. q̄ cum eſt ciuiliter conuicta, maritus dotem lucratur ſed cum accuſata & damnata criminaliter ſubſtantia diuiditur: vt hic. Vel hoc cum extraneus accuſat, illud cum maritus.

[g] Delictis. i. delictum.

[h] Præter. hæc verba cancellata ſunt in quibuſdā libris, & dicunt eam eſſe notham. ſed contra eos eſt arg. ꝫ. vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero quædam. colla. viij.

[k] Vſumfructum. & ſic eſt iſte vnus de caſibus ſpecialibus quibus vſusfru. patri non quæritur, vt dixi ꝫ. vt. liceat matri & auiæ. §. t. in fine.

Conſen-

ſeparari. Si vero neq; deſcendentes, neque aſcēdētes inueniant, & aſcendētes conſenſerint [a] facto: iubemus omnem ſubſtātiam monaſterijs, in qb⁹ miſſi ſunt, dari: vt non pp hunc contemptū, & Dei iudiciū contemnatur, & nr̄a lex tranſgrediatur. Sed & miniſtros talis ſolutionis nuptiarum, aut q hmōi infanda inſtrumēta cōpoſuerint, corporalibus pœnis ſubijci iubemus, & in exiliū deſtinari. Si vero ij qui matrimoniū ſoluere præſumpſerunt, voluerint iterum ſibi coniungi, priuſquam mittant in monaſterium: licentiam eis damus hoc facere, & prædictas pœnas concedimus [b] eis, & ꝓprias habere ſubſtātias, & ita adinuicem viuere, tanquam ſi nihil delictū fuiſſet. Vno vero volente matrimoniū reuocare, ſi non cōſentiat alia perſona: contra eū, qui noluerit, teneant pœnæ.

Hæc vero omnia ſeruari iubemus tam in regia hac ciuitate quàm in prouincijs, tam à comite priuatar, quàm à palatinorū ſchola, & prouinciarum iudicib. & officijs eorū ſcientib. ꝙ ſi neglexerint huiuſmodi alicuius delicti, & non omnia hæc cuſtodierint, & exilium & proſcriptionem bonorum ſuſtinebūt. Hæc vero iubemus ſeruare locorū ſanctiſſimos epiſcopos: vt prouidētia eorū traditæ perſonæ in monaſterijs mittantur. & de rebus earū quod à nobis definitum eſt, monaſterijs vindicetur.

Accuſatus de adulterio, & abſolutus, ſi poſtea cum eadem muliere turpiter conuerſatus inueniatur, vel inter eos matrimonium eſſe ſecutum, matrimonium non valet: pœna ei mulieri imminente, nulla alia probatione exquiſita. Bartol.

Si quis vero accuſatus de adulterio, per proditionem iudicum, aut alio quolibet modo à legib. pœnas effugerit, & poſt hoc inueniatur cum muliere de qua accuſatus eſt, turpiter conuerſatus, [c] aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat viuente marito, aut poſt eius mortem: neque matrimonium valere iubemus: ſed eum qui hoc delinquere præſumpſerit, et ſi prius profugeri, attamen licentiam damus omni iudici & comprehendere eum, & poſt tormenta vltimis ſupplicijs ſubijcere: nulla alia executione aut probatione facienda, & mulierem caſtigatam, & detruſam monaſterio mitti iubemus, & ibi manere in omne tempus propriæ vitæ: vtriuſque vero ſubſtantiam ſecundum prædictum ordinem diuidi, periculo (ſicut prædiximus) tam comitis priuatarum, quàm iudicis loci.

C A P. Vlt. De pœnarum omnium moderatione.

Pœnæ corporales & pecuniariæ minuuntur certo modo: præterquam in crimine læſæ maieſtatis. Bartolus.

QVIA vero nos oportet humani generis infirmitatem protegere: corporales pœnas ſēm aliquas partes imminuentes, interdicimus alterutras manus aut pedes abſcindi, aut hmōi quędam inferri ſupplicia, per q̄ articuli diſſoluuntur: [d] quia membrorum diſſolutio grauior eſt vtriuſq; manus abſciſſione. Propter quòd iubemus, ſi quidem tale aliquid delinquatur, vnde leges mortem delinquentibus inferunt, ſēm legum virtutem ſuſtinere eum pœnas. ſi vero tale fuerit crimen, quod morte dignū non ſit, aut caſtigetur, aut in exilium tranſmittatur. [e] Si vero criminis qualitas membri abſciſſionē exigat [f] fieri: vnā ſolā manū abſcindi. Pro furto aūt [g] nolumus omnino quodlibet membrum abſcindi, aut mori: ſed aliter eum caſtigari. Fures autem vocamus qui occultè, & ſine armis huiuſmodi delinquunt, eos vero, qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine armis, in domibus, aut itineribus aut in mari pœnis eos legalibus ſubdi iubemus. Vt autem [1] non ſolum corporales pœnæ, ſed etiam pecuniariæ mediocres fiant: ſancimus eos, qui in criminibus accuſantur, in quibus leges mortem aut proſcriptionem [h] definiunt, ſi conuincantur, aut condemnent, eorū ſubſtantias non fieri lucrū iudicib. aut eorum officijs, ſed neque ſecundum veteres leges fiſco eas applicari: ſed ſi quidem habeant deſcendentes & aſcendentes vſque ad tertiū gradum eos habere. Si vero mulieres [i] habeant, qui condemnati ſunt: omnibus modis iubemus illas & dotem, & antenuptialem donationem accipere. Si vero ſine dote talibus perſonis coniunctæ fuerint: à legibus definitiuam

[a] Conſenſerint. idē in collateralib. conſentientibus, vt C de inceſ. & inutili. nup. l. ſi quis inceſtas. §. teſtandi. Acc.

[b] Concedimus. i. remittimus. Acc.

[c] Turpiter conuerſatus. C. de adul. l. ſi quis. & ī. vt lice. matri & auiæ. §. is quoque Acc.

[d] Articuli diſſoluuntur. vt quia tandiu trahebat ei brachium donec auellebat ab armo. ſimi. prouidētia habetur. C. de pœ. l. ſi quis in metallum.

[e] Tranſmittatur. repete, ſēm legum virtutem &c.

[f] Abſciſſionem exigat, quod ſit quandoque, vt ī. de mand. ptin §. coges col. iij. & C. de ſer. fugi. le. iij. Sed quam? Reſp. in qua minus poteſt. arg. C. de pœn l. penul. Alij. contra.

[g] Pro futuro autem. ſuſpenduntur enim, vt ff. de pœ. l. capitalium. §. famoſos.

[h] Proſcriptionem. aliàs deportationem.

[i] Mulieres. ſcilicet vxores. Filios.

[1] Vt ſciſcet terreātur tali aſpectu: vt dicit ibi text⁹. & in c. cleticus. extra, de co ha. cle. & mulie.

[1] Ex hoc §. ſumpta eſt authē. quę eſt ſuperſi. C. de bo. dā. de qua authē. facie mentionē c ex litteris. in gl. ſup verb. maleficiū. extra de pr. vbi dr̄ ꝙ pp maleficiū viri mulier non puniť, vt hic l vel. ſi vero.

definitiuã partẽ de tota ſubſtãtia cõdemnari eas accipere, ſiue filios [a] habeant, ſiue nõ. Si vero neminem prædictorum habeat qui deliquit, tunc fiſco [b] ſociari eius ſubſtãtiam. In maieſtatis verò crimine condẽnatis, veteres leges [c] ſeruari iubemus. D. Ca. Maij Conſtã. Domi. Iuſtin. PP. Augu.* Baſil. V.C. Conſ.

TITVLVS X.
Nouella 86.

VT DIFFERENTES iudices [d] audire interpellantium allegationes, cogantur ab epiſcopis hoc agere: & vt quando in ſuſpicionem habuerint iudicem, pariter audiat cauſam & ciuitatis eps, & de cautela alia quam omnino oportet epiſcopum agere.

Epiſcopi debent iudices ad iuſtitiam faciendam compellere aut per ſe, aut per litteras ad principem directas, & iudice exiſtente ſuſpecto, adiungi ſibi debet epiſcopus: litigator autem principem adiens priusquam adeat iudicẽ, vel epiſcopum, eſt puniendus. Bartolus.

Imp. Iuſtinia. Aug. edictum.

PRAEFATIO.

[e] EX quo nos Deus Romanorum prępoſuit imperio, omne habemus ſtudium vniuerſa agere ad vtilitatẽ ſubiectorũ commiſſæ nobis à Deo reipublicæ, & illa facere quæ omni difficultate & læſione atque contritione priuent. ne occaſiõe litiũ, & aliorum quorũdam diſcedere cogantur à propria patria, & in peregrinis affligi.

CAPVT I.

Propterea igitur & in præſenti proſpeximus præſens edictum ad omnes dirigere ſubiectos & palam facere omnium ciuitatum & vicorum habitatoribus, quatenus ſi quis habuerit contentionem aduerſus alium ſiue pecuniaria cauſa, ſiue de ſublatione rerũ mobilium & immobiliũ ſeſeque mouentium, ſiue de criminalibus, prius interpellet clariſſimum prouinciæ [e] iudicem, & vt ipſe ſecũdum noſtras leges examinet ea quæ proponũtur, & vnicuiq; iuſtitiam ſeruet. Si vero dum aliquis adierit iudicem prouinciæ, non meruerit iuſtitiam: tunc iubemus eum adire ſuum ſanctiſſimum epiſcopum, & ipſum mittere ad clariſſimum prouinciæ iudicem, aut per ſe venire ad eum, & præparare eum vt omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni iuſtititia ſecundum noſtras leges, vt non cogatur peregre de ſua patria proficiſci. Si vero etiam ſanctiſſimo Archiepiſcopo compellente iudicem cum iuſtitia determinare interpellantium cauſas, iudex differat diſcernere negotium, & non ſeruet litigantibus iuſtitiam: iubemus ſanctiſſimum ciuitatis illius epiſcopum dare ad nos litteras ei qui non meruerit quod iuſtum eſt, inſinuantes quia coactus ab eo iudex diſtulit audire interpellantem, & iudicare inter eum, & qui ab eo cõuentus eſt: vt hoc cognoſcentes nos ſupplicia inferamus iudici prouinciæ qui interpellatus ab eo qui iniuſtitiam paſſus eſt, & coactus à ſanctiſſimo archiepiſcopo, non iudicauerit quæ in dubitationem venerunt. Si vero contigerit quendam [f] noſtrorum ſubiectorum in dubitationem habere iudicem, [g] iubemus ſanctiſſimum archiepiſcopum audire cum clariſſimo iudice, vt ambo per amicabilem conuentum [h] diſſoluant, quæ dubia ſunt, vt aut per annotationem ſcriptis factam, aut cogni-

[a] Filios. quod dic vt ſ. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò legem dudum. collat. 8.

[b] Tunc fiſco. ſ. de inceſt. nupt. §. j. contra. Solũ quidam dicunt iſtam corrigere Alij dicũt ibi ſpeciale, vt eſſet in crimine læſe maieſtatis: vt j. eo. in fi. Alij dicunt non eſſe contrariam. ibi enim confiſcatio fit bonorum eo viuente & in ciuitate permanente, qui deliquit vnde cum eius remaneat. pœnam ſentit amiſſionis bonorum, vbi verò de capitali crimine dãnatur: quia ei nulla eſt pœna confiſcatio bonorũ, vtpote cum bonis amodo non vteretur, merito ceſſat confiſcatio. non enim res deliquit, ſed perſona: vnde perſona tantum puniri debet: per confiſcationem verò non puniretur: vt ſ. de man. princ. §. oportet.

[c] Leges. quæ ſunt C. ad leg. iul. maie. l. fi. §. pe. & l. quiſquis. Accur.

[d] VT DIFFERENTES iudi. &c.

Prima pars expeditur. j. eo. vſque ad § ſi verò contigerit. ſecunda, & vt qñ &c. expeditur poſtea vſque in finem.

[e] EX quo. prouinciæ. hæc eadem dñr, ſ. de man. prin. §. ſit tibi quoque tertium. col. 3.

[f] Si verò contigerit quendam. nunquid tam in actore, quàm in reo hic loquitur? Rñ. vt dixi. ſ. de execu. & ijs, qui con. & re. §. fin.

[g] Iudicem. i. pręſidẽ.

[h] Conuentum. qd dicemus, ſi lex illa nõ corrigit, quæ eſt, ff. de arbit. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. nunquid totus mundus errat. nam omnes videmus partes cogi, vt in ſe compromittant. nam & arbitrium in ſe ſupplices libenter ſuſcipiunt, dico autem non ſuſcipiunt, vt ſint arbitri, ſed arbitratores. & plus dico non arbitrium eſſe, non ſententiam, ſed tranſact. ſicut & venditio quæ ita fit, quãti Titius arbitratus fuerit: vt C. de contrahen. emp. l. vlt. & inſtitu. de emptio. & ven. §. preciũ autem. quod ex eo poteſt apparere, quia non totum id, quod debetur, faciunt præſtari: & interdum reum aduerſus quẽ nihil probatum eſt, aliquid præſtari iubeant.

Arbiter & arbitrator differunt.

gnitionaliter a iudicetur inter litigantes, & forma det iuſtitiæ legibusq; conueniens; vt non cogatur noſtri ſubiecti pp huiuſmodi cauſas recedere à propria patria. Si qs verò exiſtimans habere ſe aduerſus aliquem quálibet actionem, neque clariſſimum prouinciæ iudicem interpellet, neq; ſanctiſſimum ciuitatis epm adeat, & ita veniat huc abſque litteris deo amabilis epi ciuitatis: ſciat qm & ipſe tales ſuſtinebit pęnas, quales futurus eſſet ſuſtinere iudex, ſi iterpellatus ab eo non ſtuduiſſet b ei ſeruare iuſtitiā. Hæc aũt oīa ſancire perſpeximus pp̄ter vtilitaté eorum qui habitant p ciuitates & vicos: ne priuati proprijs prouincijs, & ipſi in peregrinis c affligantur, & res eorum lædantur. Propterea enim iudices gratis facimus, & iuſiurãdum eos iubemus ſubire, vt vnicuique d interpellanti iuſtitiam ſeruent ſecũdum noſtras leges. Si tamen † contigerit quédam noſtrorũ ſubiectorum ab ipſo clariſſimo prouinciæ iudice lędi, iubemus eum adire ſanctiſſimum illius ciuitatis epm: & ipſum iudicare e inter clariſſimum illius prouincię iudicem, & eum qui f putat lædi ab eo. Et ſi quidem contigerit iudice legitimè & iuſtè iudicari a ſanctiſſimo epo: ſatisfacere eum omnib' modis ei, qui interpellauit aduerſus eũ. Si vero refutauerit iudex hoc agere, & peruenerit ad nos ipſa lis: ſi quidem inuenerimus quia iuſte & ſecũdum leges adiutus à ſanctiſſimo epiſcopo, ea quę condemnatus eſt, non fecit: nouiſſimis cũ ſupplicijs ſubdi præcipimus: quoniam qui debet vindicare oppreſſum, ipſum oprimere g reperitur. ſed etiam ſubiectum ei officium iubemus cũ omni ſtudio adminiſtrante clariſſimis iudicibus interpellãtes abſoluere, nihil accipientes præter illa quæ noſtris conſtituta ſunt legibus.

CAP. II.

Epiſcopus de iniuſtitia iudicis, & læſione ſubditorum iudicare debet: & læſo damnum facere emẽdari: pœna contra facientibus imminente. Item in ciuitatibus ī quibus ſunt iudices, ſubditi adire debent defenſorem qui inter eos iudicare debet. Bario.

Si vero hæc non cuſtodiant, h ſubdi iubemus ſupplicijs. Si tamen inuenerimus quendam ſanctiſſimorum epiſcoporum pro gratia cuiuſpiam prodere iuſtitiam, regularem ei caſtigationem inferri iubemus: vt ſtudeant cum timore dei iuſte iudicare: ne non i imperantes k iuſtitiam, cogantur homines relinquere proprias ciuitates atque prouincias, & in loca quælibet alia iniqua concurrere. In ciuitatibus autem in quibus non ſunt iudices, l iubemus eos qui habent cauſas, adire defenſorem, & ipſum diſcernere inter eos. Si vero litem habentes voluerint defenſorem vna cum ſanctiſſimo epiſcopo iudicare, & hoc agi præcipimus. Neque autem monachum, neque clericum, neque epiſcopum iubemus venire hic abſque litteris ſanctiſſimi ſui patriarchæ. m Si verò hoc fecerint, ſciant quia ſemetipſos ſchemate faciũt indignos. Si quis autem magiſterianus, aut præfectianus, n aut cuiuſcunque fortunæ exiſtens acceperit ámplius ſportularum, quám definitum eſt ſacris conſtitutionibus: o iubemus omnibus modis iudicem prouinciæ periculo proprio ſecundum noſtram legem hoc vindicare, & vindictam inferre hoc præſumentibus. Si verò non vindicauerit hoc ipſe iudex, licentiam damus ſanctiſſimo vniuicuiuſque ciuitatis epiſcopo

nunciare

beant. lex nihil poſtea cognoſcet de cauſis: ſed dicet. nequid actor petat amplius de eo qd' primitus petetat, quod ſecus obſeruaretur, ſi eſſet arbitrium: in quo ad inſtar iudicij ſententia dateur. ioan. Item quid ſi eſt iudex vnius, alterius non? Rñ. vt q valeat compromiſſum. Vel dic ſm Bul. intereſſe vtrum ſit iudex rei, & tunc non valeat: an actoris, & tunc valeat: quia forum ex perſona rei metimur. vt C. de iuriſdic. omn. iu. l. iuris ordinem. Acc.

Forum ex rei perſona metimur.

† Facit ad hūc §. C. qñ ī pe. cum gl. j. extra de arbit. vbi dicitur, q iſte §. eſt in arg. q ordinari' pōt eē arbiter. de hoc ēt vide l c. literas. in gl. j. circa medi. extra de pręſump. vbi dicitur q iudex nō pōt cō pellere partes vt in ipſum cōpromittant: ſed ſi partes volūt in eū cōpromittere, hoc bene poſſunt. Magiſtratus durante officio cōueniri non pōt.

a Cognitionaliter. ideſt ſecundum ordinem iuris. Acc.

b Si nō ſtuduiſſet. §. de man prin. §. & non permittere ⁀.

c In peregrinis. pauperes facti propter non ſeruatam eis iuſtitiam, vel ad nos venientes pp̄ter eandem cauſam. Acc.

d Vnicuique. vt §. de defen. ciui §. iuſiurandum. & §. iuſiuran. quod præ. & de iudi. §. antepen.

e Iudicare. ideſt condemnare. Acc.

f Eum qui. ſed quō hoc? duabus rationibus hoc ſtare non poteſt. Prima, quia expreſſe inhibetur, vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. illud. quæ eſt contra. Secunda, quia de maioribus eſt, vnde durante officio conueniri non poteſt, vt ff. quibus ex cau. ma. l. ſed & ſi per p̄torem. §. ij. quæ eſt contra. Solu. dicas q hic de minorib. iudicibus dicitur: vt ff. de iureiu. l. nec magiſtratibus. quod nihil eſt, dic ergo, q hic loquitur in furtis & ſimilibus, in quibus etiā durante officio poteſt conueniri. vt ſ̄d. §. ſ iud. in princ. Item & vbi opprimit ſubiectos. quod & ibi permittitur, vt C. ad leg. iuliam repet. l. iube-

mus. & hoc probat in fine huius §. quoniam qui debet vindicare oppreſſū &c.

g Ipſum opprimere. ex hoc ſumit lo. q non habet locum niſi vbi ratione officij ſubiectos offendit.

h Si vero hæc non cuſtodiant. iudices.

i Ne non. aliàs ne nos.

k Imperantes. vel Imperantibus.

l Iudices. maximi.

m Patriarchæ. vt C. de epiſcopis & clericis. l. ſi qua per calumniam. in fi.

n Si quis aūt magiſterianus aut præfectianus. nomina ſunt officialium ⁀.

o Conſtitutionib. ſic §. vt iudices. §. his quoque ⁀.

DE

† Facit ad hunc tex. c. cum ſit genera le. cũ glo. 2. extra de for. cõpet. vbi dr̃, q iudex qui negligit facere iuſtitiã litẽ ſuã facit.

Maritima conſuetudo nr̃is ſi repugnãs legib⁹ ſeruatur.

DE VSVRIS nauticis.

a Nunciũ. Lex. vt ff. de naut. fœ. l. 1.

b Immutabiliter. no. pro conſuetudine maris ſeruanda: quia tunc tenet eum noſtris nõ repugnat legibus. & ſic intelligitur ff. ad leg. Rho. de iac. l. dominæ Antoninæ. & dicitur ĩ. de ſtatu. & conſtitu. §. pen.

DE

nunciare nobis, quæ de eis aguntur, & qualem habet militiam, aut dignitatem, qui hoc præſumpſerit: vt & iudici periculum inſeramus prætermittenti & deſpicienti noſtram iuſſionem, & ipſum quoq; iubeamus puniri talia præſumentem.

TITVLVS XL.

Nou. 130. Deeſt in Scrimgeriana editione. Cont.

DE VSVRIS nauticis.

Leges antiquæ & conſuetudines in vſuris nauticis obſeruari debent perpetuo & inuiolabiliter. Bart.

† Aliàs Ioanni.

Imper. Iuſt. Aug. Petro † glorioſiſ. præfecto ſacrorum prætoriorum.

NVncium audiuimus à tua celſitudine, cui occaſionem nos ipſi præbuimus. Duos enim iſtos Petrum & Eulogium ſupplicaſſe noſtræ ſacræ poteſtati, & per ſe explanaſſe dicentes, quòd conſueuerunt naucleris ſeu negociatoribus mutuare, & maxime in mari negotia facientibus, & hanc vitæ habere occaſionem. Ipſa vero marina credita vocare noſtra conſueuit lex a traiectitia: & metuere eos, vtpote dubitàtionibus hinc eis exortis, oportere propterea fieri manifeſtum, quæ valeat ſuper his conſuetudo, vt & ſacra noſtra in hac procederet iuſſio, quæ conſuetudinem ad certiſſimam duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoſcere, & hãc ad nos deducere: quatenus manifeſta nobis facta, quod videretur, lege comprehenderetur perpetua: tuamque gloriam hoc à nobis agere iuſſam, conuocaſſe naucleros quibus hæc mutua curæ ſunt, & interrogaſſe quæ aliquando antiqua conſuetudo fuit. Illos autem & iuſiurandum adijciẽtes teſtimonio, perhibuiſſe modos eſſe varios taliũ mutuorum: & ſi quidem placuerit creditoribus, in ſingulis ſolidis pecuniarũ, quas dederint, vnum tritici modium aut hordei imponere, qui mercedem publicis præberent teloniarijs: ſed quantum ad ipſos ſine telonio nauigare naues, & hunc habere fructum, & harum quas crediderint pecuniarum, & inſuper etiam pro decem aureis vnum percipẽre ſolidum pro vſuris: in ipſos autem creditores reſpicere ex euentibus periculum. Si vero non erumpant hanc viam creditores: octauã partem percipere pro ſingulis ſolidis nomine vſurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, ſed donec naues reuertantur ſaluæ. Secundum hoc autem ſchema contingit forſan & in annum extẽdi tempus, in tantum foris moretur nauis, vt annum aut terminos ſuos ſumat, aut etiam tranſcẽdat: citius autem ea remanente, tempus in vnũ ſolum aut duos trahi menſes: & ex tribus ſiliquis vtilitatem habere: vel ſi ita breue ſit tempus, vel ſi apud alterum extra debitorẽ maneat debitum, hoc idem valere: aliam rurſus negotiatoribus profectionem aſſumẽtibus, & per vnumquodque onus definiri ſchema, ſecundum quod competit mutuũ, aut manere aut permutare ſecũdum pactum quod ob hoc conuenerit partibus. Si tamen poſt reuerſionem nauis ſaluæ, nequaquam nauigare propter tempus valentes reuertantur: triginta ſolùm dierum inducias dari à creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis vſurarum cauſa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud alium eſſe debitum non reddendum, duas partes centeſimæ dominis pecuniarum dare vſuras, & mutuare, & mox mutuum in terrenum tranſponere modum: nequaquam maritimis periculis creditoribus moleſtandis. & hæc omnes dixiſſe cum iureiurãdo perhibentes teſtimonium, quæ ad nos nunciaſti, vt nos ſanciremus, quod nobis videretur: & ſuper his dicebas hæc noſtræ nunciare poteſtati. Nos igitur & ipſa legentes geſta, & cauſam edocti, ſancimus ſecundum quod teſtatum eſt corã tua celſitudine, ita nunc & deinceps in omne tempus tenere, eo q neq; iam poſitis repugnet legibus, vt oporteat tunc & decætero ſecundũ quandam propriam legem in naucleris aut negotiatoribus ſuper talium cauſarũ hæc ſeruari litibus, & ſecundum dictum modum prædictarum pactionum ita fieri etiam euentus, & alia omnia quęcunq; in prioribus teſtata ſunt apud ſedem tuam, vnde ſecundũ propriam legem teneant in naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis ita ſeruatũ eſt temporibus, & tenuit immutabiliter, b ſicut teſtimonia apud tuam gloriam definierunt: quomodo nõ eſt iuſtum, & in alijs omnib. valere, quæ poſtea erunt, & eſſe hanc eis rerum tranſactionem ex propria lege valentẽ, & altera quadam diſpoſitione non egentẽ.

ſed

DE INTERDI-ctis collegijs hæreticorum.

Plurimum. Anathematizantur. nota quòd hæretici excõicandi ſunt, vt hic, & C. de ſum. tri. l. 2. §. quid vero. & §. 1. & 2.

b Cõſtitutionib⁹. vt C. de hæret. l. cũcti. & l. quicunq; . §. vniuerſi. & §. nullũ pręterea. & C. de epiſ. & cle. l. conuenticula.

DE RAPTIS mulieribus &c.

Legis. Cõpetere. vt C. de leg. & conſti. l. fina.

d Dubiũ. vt C. de leg. & conſti. l. j. & ff. de vulg. ſubſt. l. ex facto.

† Aliàs. collectis.

e Legem. vt C. de rap. virg. l. 1.

f Excepto raptore. vt in Lombarda de rapto. virg. l. vlt.

ſed in nauclerijs ſeu negotiatorijs occaſionibus in omne tẽpus valentẽ, vtputa generalem exiſtẽtẽ legiſlationẽ, & nauclerijs ſeu negotiatoribus & eorũ cõctib. expoſitã? Quę debet ẽt pars fieri iã à nobis poſitarũ legũ, & iudicãtes ad hãc reſpicientes ꝓferre ſñiam. Quę igitur placuerunt nobis, tua celſitudo iugiter ſeruare feſtinet.

TITVLVS XII.

Nou. 132. Edictũ de fide.

DE INTERDI-ctis collegijs † hęreticorum.

Hæretici adulteras collectas & adultera baptiſmata facere prohibentur. Bart.

Imp. Flauius Iuſt. felix, inclytus, victor ac triumphator ſemper Auguſt. epiſcopo Conſtantinop.

Plurimum eſſe & maximum bonũ oibus hominibus credimus veræ & immaculatæ Chriſtianorum fidei rectam confeſſionem, vt ꝑ omnia hæc roboretur, & oẽs orbis terrarum ſanctiſſimi ſacerdotes ad concordiam copulentur, & conſonè immaculatã Chriſtianorũ cõfeſſionem prædicent, & oẽm occaſionẽ, quę ab hæreticis inuenit, auferant: ſqđ oſtenditur ex diuerſis conſcriptis à nobis libris & editis. Sed qm̃ hæretici neq; Dei cogitant timorẽ, interminatas talibus pœnas ex legum ſeueritate conſiderantes, diaboli opus implent, & quoſdam ſimplicium ſeducẽtes ſanctæ fidei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, adulteras collectas, & adultera baptiſmata latenter faciunt: pietatis exiſtimauimus, ꝑ præſens noſtrum edictum monere eos qui tales ſunt, quatenus & ipſi recedant ab hæretica veſania, & nec aliorum animas per ſimplicitatẽ perdant, ſed magis cõcurrant ad ſanctã Dei eccleſiam: in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreſes cum principibus ſuis anathematizantur. a Noſſe. n. volumus oẽs, quia ſi decætero aliqui inueniantur aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectionẽ, nequaquam omnino eos ſed domos quidem vbi aliquid delinquitur, ſanctæ aſſignamus eccleſiæ: his autem qui colligunt, aut apud ſe colliguntur, ex conſtitutionibus b pœnas inferri omnibus modis iubemus. D. prid. Non. Apri. Conſtan. Dn. Iuſti. PP. Aug. * Baſilio Conſ.

TITVLVS XIII.

Nou. 143. Latinè primum edita. ideo non eſt in Scrimgeriana editione.

DE RAPTIS MVLIERIBVS quæ raptoribus nubunt.

Mulier rapta ſubſtantiam raptoris lucratur, niſi nupſerit raptori: quo caſu ad ſuos parentes deuoluitur, ſi tali matrimonio non conſenſerint, aliàs ad fiſcum debet peruenire. his obtinentibus in caſibus futuris ac etiã præteritis. Bartolus.

Imp. Iuſti. Aug. Areobindo glorioſiſ. prætoriorum præfecto, expræfecto almę vrbis, & exmagiſtro militum.

Legis interpretationem culmini tãtũ principali competere, c nemini venit in dubium: d † cũ promulgandæ quoq; legis auctoritatem, fortunæ ſibi vendicat eminentia. Meminimus itaq; pro raptu mulierum, ſiue iã deſponſatæ fuerint, vel maritis coniunctę, ſiue non, vel etiam ſi viduæ ſint, legẽ antè poſuiſſe, & capitis ſubieciſſe ſupplicio non tm̃ raptores, verum ẽt comites eorũ, necnon alios qui eis auxilium tpe inuaſionis contuliſſe noſcuntur, & non tm̃ parentibus mulierum, verum ẽt conſanguineis, & tutoribus & curatoribus hmõi dediſſe per eandem legem vindictam, & præſcriptis pœnis locum dediſſe, ſi iam nuptæ vel deſponſatæ mulieres rapiantur, cum non ſolum raptus mulieris, verumetiam adulterium per huiuſmodi temeritatẽ committitur: & ſuper alias pœnas, raptoris etiam, necnon aliorum qui cum eo fuerint, patrimonium raptæ mulieri vindicari per eandem legem e præcipimus: vt dotis etiam marito dandæ legitimo copia per raptoris ei miniſtraretur ſubſtantiam. Illo quoq; ſpecialiter adiecto, vt nulla ſit mulieri vel virgini raptæ licentia, raptoris eligere matrimoniũ: ſed eni parentes voluerint (excepto raptore f) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptę permiſſa, raptoris ſe coniungere matrimonio, ſed parentes etiam, ſi tali conſenſerint

† Cõcor. cum hoc ptin. c. inter alia. de ſen. ex com. ante medi. ibi. vt igitur vnde ius ꝓdit &c.

a Siue volentem. Ideo ꝙ voluit, quo punietur poſtea adulterium? Rñ ꝙ patri iniuria facta eſt, vt ff. de iniur. l. j. §. vſque.
b Raptoris. & in hoc male dicebant debere habere ſubſtantiã raptoris. Azo.
c Prohibuimus. ſ. & adhuc hoc prohibemus. Ioan.
d Vel, pro ſaltem.
e Cenſuimus. no. interpretari veterem legem per nouam.

Lex noua veterẽ interpretatur.

f Vindicare. ſunt & alij caſus, quos diximus inſtitu. de leg. §. legari.
g Raptoris. ſ. bona.
h Transferri. not. dominium transferri ſine poſſeſſione, vt dixi. C. de pact. l. traditionibus. Acc.
i Mulierẽ. habentẽ.
k Competit. not. pœnas imponi delictis, vt hic, & ſ. vt nulli in. §. quoniam. & præmia merentibus: vt hic, & C. de ſta. l. vt virtutum.
l In præteritis. No. ꝙ lex ad prterita trahitur facta. ſic. C. de leg. & conſti. l. leges

Secundum iſta iura mulier rapta non poterat cõtrahere cum raptore, ſecus eſt tamen de iure canonico, vt i c. ſi. extra de rapto.

DE COLLAtoribus &c.

m Qvcunque. ſ. iugo. ſ. bonum. Accur.
n In vnoquoque. ſm conſuetudinem. n. ſunt menſuræ: vt ff. de cõtrah. emp. l. Imperatores. Accurſ.
o Et octobrẽ. innuit ꝙ in octobri: & in ſeptẽbri aptabantur ad præſtationem tributorum. Accur.

Si vero

matrimonio, deportari præcipimus. Sed mirati ſumus, quod conati ſunt aliqui dicere, raptam mulierem, ſiue volentem, a ſiue nolentem, et ſi raptoris ſit amplexa matrimonium contra noſtræ conſtitutionis tenorẽ, debere tamẽ eã raptoris b habere ſubſtantiã, vel quaſi legis præmiũ, vel ex teſtã forte, ſi hoc ẽt factum eẽ contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerũt ꝑdictæ legis ſeriẽ intelligere non potuerũt. Quia enim tale ſtare matrimoniũ, et ſi rapta voluerit, ꝓhibuimus, c & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis ſubiecim[s] pœnæ, ſi hmõi conſenſerit mr̃imonio: qũo raptas mulieres, raptorũ eligentes connubiũ, ꝓmijs honoraſſemus raptę datis mulieri? Superfluã igitur eorum dubitationẽ vel d in poſterũ reſecãtes, priorẽ legem per præſentem interpretari cẽſuimus, e Sancimus, † itaque, ſi rapta mulier, cuiuſcunque ſit cõditionis vel ætatis, raptoris nuptias eligendas eſſe cenſuerit, parentibus præſertim non conſentientibus: nec ex beneficio legis, nec ex teſtamento raptoris hæreditatem ſuſcipere, vel quocunque modo ſubſtantiam vindicare, f ſed præmium quod per legem noſtram rapiæ mulieri datum eſt, vt raptoris, g & eorum qui ei auxilium tempore inuaſionis præbuerint, bona vẽdicet, hoc ad parentes, ſi ambo, vel vnus ſuperſit, qui nuptijs ſpẽliter nõ probant conſenſiſſe, ex tpe raptus ipſo iure transferri: h & patrimoniũ raptoris ad raptam iã habere mulierem, i quæ coniugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas transferri, quas ſuperius nominauimus ei non cõſentientes coniugio. Nã nefarios † huiuſmodi coitus pœnis corrigi, non præmijs competit k honorari. Quòd ſi parentes iam deceſſerunt, qui huiuſmodi ſceleri conſenſerunt: ſubſtantia raptoris, necnon & aliorum qui facinoris fuerint participes, fiſci iuribus vendicetur. Quam interpretationem, non in futuris tantummodo caſibus, verum in præteritis l etiã valere ſancimus: tanquam ſi nr̃a lex ab initio cũ interpretatione tali promulgata fuiſſet à nobis, pater cariſſime atque amantiſſime. Quæ igitur per hãc legem noſtra ſtatuit æternitas, tua celſitudo effectui mancipari, obſeruarique præcipiat.

† Cõcor. l. qui contra. C. de ince. nup. & in c. j. in gl. j. in fin. extra de dona. inter vir. & vxo.

TITVLVS XIIII.
Nouella 128. De publicis tributis.

DE COLLATORIBVS & alijs capitulis.

Diſpoſitiones & denunciationes collationum per ſingulas prouincias & ciuitates collatoribus fieri debent temporibus hac conſtitutione poſitis, exemplarijs petentibus ſoluentibus datis, & de ſuſcepto ſecuritate præſtita: iudicibus ac etiam executoribus contra facientibus pœna imminente. Item ille cui ſuperindicta poſſeſſio eſt, ſi ſenſerit ſe grauatum, permittitur licentia appellandi Bartolus.

Imp. Iuſt. A. Petro glorioſiſ. ſacrorum prætoriorum præfecto.

Qvæcunque ad vtilitatem noſtrorũ collatorum pertinent per Iulium & per Auguſtum menſem vniuſcuiuſque indictionis: particulares diſpoſitiones collationum futuræ indictionis in foro vniuſcuiuſque diœceſis glorioſiſſimorum noſtrorum præfectorum ſub confectione monumentorum manifeſtari: declarantes quantum vnicuique prouinciæ ſiue ciuitati pro vnoquoque iugo, m aut villis, aut centurijs, aut alio quolibet, tam in ſpecie, quàm in auro, fiſcalium cauſa imminet: iudicantes quoque ſpecierum æſtimationem ſecundum mẽſuram in vnoquoque n loco tenentem, & quicquid ex his in arcã inferri, aut in vnaquaque dari, aut expendi oportet. Si igitur compoſitas tales diſpoſitiones prouinciarum iudicibus mox deſtinari in principijs vniuſcuiuſque indictionis, † & per eos proponi in ciuitatibus ſub eis conſtitutis intra Septembrem aut Octobrem. o menſes, ſed & volumus exemplaria eorum ex foro glorioſiſſimorum præfectorum ſine dilatione dari: vt collatores cognoſcant quemadmodum debent collationes inferre.

† Hinc colligit Alcia. li. viij. parerg. c. j. à Calẽdis Septẽbribus vnãquanque indictionẽ incipere: quem aperte redarguit Beda lib. de tẽporibus, ſcriben incepiſſe. 8. Cal. Octobris.

Si

a Si verò ẽm. ſic C. de apo. pu.l.t. Ac.
b Diſpoſitiones. in prouincias. facit ℥. vt lit.in. §.& hoc. & C. de ſac. pa.& temp.l. pen.in fi.
c De ſuſcepta.i.ſcriptură de ſuſceptis: vt ℥. de man.prin.§. coges.col.3.& ℑ. pro xi.§.
d Exigi pœnă. ℥.ſcenicas.col. 5.
e Fiſcalium deſcriptionum.C.de eden. leg. tuſtũ eſt. & C.de fi. inſtr.l. illata.
f Et in hoc quoque. ℥.de eccl.tit.§.ſi quis autẽ l ſua.& ℑ.de ſanctiſſ.epiſ.§. ſi quis rapuerit,& C. de ſuſce. l.iuſta.& l.exactiões.
g Et hoc cuſtodiri. i.conſeruari.C. de ol agro deſer. l. locoru.
h Et ẽm leges.℥.de iudi.in fi. Acc.
i Enthecis. de quib. habes exempla. ff.de penu leg. & de ſup. leg.
k Qualitatem & ſic conſcribunt bona ab eo,cui ſuccedit fiſc⁹.
Eos

Si vero ante inſinuationem, in alios titulos præter eos, qui continentur particulari diſpoſitione anni, collatores fiſcalia exſoluant, aut in prouincia expendant: iubemus eis in eiuſdem indictiõis collationes hoc reputari: vt nullum ipſi patiantur damnum. Si vero ẽm a à nobis definitum tempus non diriganturhmõi particulares diſpoſitiões: b qui quidem per tẽpus gubernant nrum prætorium, triginta librarũ auri pęnă perſoluant, vniuſcuiuſque vero prouinciæ cõtractæ quinq; & viginti librarũ auri pœnă exigantur. Si autem iudex miſſus eaſdem particulares diſpoſitiones in prouincijs nõ propoſuerit: x.libr. auri pœna damnabitur, & ſpoliationẽ cinguli ſuſtinebit: eius quoque officium v.libr.auri exigentur. Iubemus vero ſpecierum quidem illationem mox ex principijs vniuſcuiuſque indictionis incipere: argenti vero illationis titulum ſecundũ definita tempora. Pro fiſcalibus autem collationibus de ſuſcepta, c ſiue ſecuritates particulares aut plenarias omnibus ab ijs, qui fiſcalia ſuſcipiunt fieri definimus, manifeſtantes, & ſolidorum qualitatem & ſpecierum, necnon & iugorum ſiue villarum, ſiue centuriarum, & nomina poſſeſſionum, pro quibus functiones ſuſcipiunt. Si verò ſecundum prędictum modum de ſuſcepta, ſiue ſecuritates non fecerint, iubemus eos, & pœnam x.libr.auri exigi, & tormentis ſubdi: ſimiliter iudicem prouinciæ x.libr. auri exigi pœnam d ſi de hoc interpellatus non iudicauerit, & compulerit de ſuſcepta, ſiue ſecuritates ſecundum quem definimus ordinem ſcribi. Hoc autem iubemus obſeruari, ſi quis forſan collatorum dubitat de poſſeſſione, pro qua fiſcalia exiguntur, aut pro qua fiſcalium quantitate: omnibus modis fiſcalium deſcriptionum e cuſtodes cogi à locorum ſanctiſſ.epiſcopo eas proferre, & fiſcaliũ oſtendere quantitatem, & ſeruitutem publicę deſcriptionis exigi poſſeſſorem. Et in hoc quoque f adiuuare noſtros collatores perſpeximus, vt non neceſſitas inferatur poſſeſſoribus ſub hypothecis decimationes nominare in auro collationis, vt non aliquam ex hoc ipſi patiantur læſionem: ſed eos, quibus in vnaquaq; prouincia aut ciuitate periculum fiſcalium exactionum imminet, ſiue iudices ſint, ſiue curiales, ſiue exactores, aut canonicarij, aut alij quidam: proprio periculo & ſuſcipere pecunias, & tranſmittere, & expendere, in quibus deputatæ ſunt vtilitatibus. Et hoc cuſtodiri g iubemus, canonicarum talẽ in prouinciam deſtinari, qui poſſit periculo ordinantium eum exigere fiſcalia tributa, & per nullam occaſionem impulſorem poſt eum mitti, & damnum ſubiectis inferri impulſionis: & ipſum vocabulum de cætero perimimus. Si vero non opportunus inueniatur canonicarius, non impulſor mittatur, ſed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Ipſum quoq; canonicarium contẽtũ eſſe iubemus deputatis conſuetudinibus, & nullã ſubiectis inferre læſionem. Sin autẽ aliqñ contigerit ſuperindictionem cuiuſlibet poſſeſſionis conſeruæ aut contributariæ fieri, ex illo tempore iubemus ſuperindictum ſuſcipientem, exigi pro eo fiſcalia, ex quo tradita eſt ei ſuperindicta poſſeſſio. Non aliter autem ſuperindictũ fieri, niſi ex reſcripto de hoc examinatio fiat apud prouinciæ iudicem, & ſententia eius procedat definiens eum qui debet ſuperindictum ſuſcipere. Si quis autem putauerit ſe lędi, liceat ei prouocare: vt in foro glorioſiſſimorum præfectorum appellatio examinetur, & ſecundum leges h terminum ſuſcipiat. Si vero aliqñ contigerit dominum cuiuſcunque poſſeſſionis aut nõ apparere, aut ad fiſcalium ſolutionem nõ ſufficere, vt ex hoc ſuperindictionis neceſſitas ſuſcipiatur: iubemus hanc repente tradi ijs, qui conſerua aut contributaria poſſident cũ omnibus, qui in ea inueniuntur agricolis, & peculijs eorum, & enthecis, i & fructibus, & animalibus, & omni alio inſtrumento ibi inuento. Si vero aut perſona quę debeat eam ſecundum legem ſuſcipere, non inueniatur, aut alio quocunque modo differri ſuperindictum contigerit: iubemus geſta confici apud prouinciæ iudicem ſignificantia, & qualitatem, k & ſtatum eius poſſeſſionis, & omnia in ea inuenta: vt ſic eam curiales, aut exactores aut officiales ſuſcipiant: & ſi poſtea inueniatur qui debeat eam ſecundũ leges ſuſcipere: non aliter fieri, niſi vt quod per occaſionẽ exactorum,

a Eos aũt q̃. C. de ca- no. larg. per totum. & C. de exe. & exac. l. 1. lib. 12. Acc.
b Impoſitas. Not. ꝑ ſnia Pla. vt diximus. C. de procu. l. 1.
c Denominato infer re. C. qñ fiſ. vel priu. l. pen. Acc.
d Exigẽtiũ. ſ. de mã. prin. §. fi. & ſ. vt oẽs obe. iud. ꝓuin. col. 5.
Exige-

aut curialiũ, aut iudicũ, aut officialiũ eius peius aut minus factũ eſt, ei, q ſuſcipit, reſtituatur. Hoc quoq; iubemus vt ꝓ pecunijs aut ſpeciebus ĩ ꝓuincijs expenſis non exigant collatores ea, q̃ dñr tranſmiſſoria: pro ijs aũt, quæ tranſmittunt, nõ amplius ꝑberi horum, quę ex initio in vnaquaque prouincia deputata ſunt.

CAP. II.

Executores in prouincias miſſi, exactiones inchoare non debent, niſi prius coram prouinciæ præſide mãdatum inſinuauerint: hoc & in priuatis negotijs ſeruando, & executores & exactores nullam in cauſis priuatis executionem committere debent. Item debitor debitoris tributarij in ſubſidium debiti veritate probata conueniendus eſt, & exactorum excuſatio ex eo, quod in loco ſacro reſideant, admitti nõ debet aduerſus eos, à quibus ſe læſos eſſe dicunt. Item exactores iuſtis ponderibus & menſuris vti debent. Bart.

Eos aũt q [a] in ꝓuincias pro qbuſcunq; publicis exactionib. dirigunt: non aliter inchoare exactioné, niſi prius prouinciali iudicio inſinuauerint ĩpoſitas [b] ſibi de hoc iuſſiones: vt exſoluentes fiſcalia tributa, nulli ꝓ his periculo aut damno ſubijciant: hoc ipſo & ſuper priuatis negotijs obſeruando. Hoc quoq; iubemus eis quib. fiſcaliũ exactio iniungitur, nullã priuatarum cãrum exſecutionem cõmitti: ſed & ſi quid eis tale iniungat, nullo mõ pręſumere eos hoc agere: ne occaſione publicarũ functionũ noſtri ſubiecti lædant. Si aũt aliquis pro veritate publica debẽs tributa, dicat exſecutori eſſe ſibi aliũ debitorem, non licere exſecutori moleſtiam aliquã denominato inferre, [c] niſi prius debitor ꝓbetur nullo oĩno mõ poſſe publica tributa ꝑſoluere. Hoc tñ prius requiri apud iudicem prouincię, ſi ꝓ veritate debitor eſt is qui denominatus eſt, & ita fiat exactio. in vtroq; verò caſu ſi quis aut exſequi aut exigere citra ea q̃ à nobis diſpoſita ſunt, ꝑſumpſerit: & cingulo nudabit, & confiſcabitur, & exilio tradetur. Qui aũt iniunxerit aut præceperit iudex, x. librar. auri exigatur pęnã, & officium eius quinq; libr. auri ſubiaceat pœnæ. Nulli verò penitus liceat publica tributa exigentium, [d] neque cenſualibus aut rationum ſcriptorib. aut alijs quibuſdam publi. miniſtrantibus excuſationem vti, ꝙ in ſacro loco reſideant, ꝓ eos qui dicunt ſe læſos ab eis in fiſcalium exactione. Nullus autem penitus moleſtetur pro tributis terrarum quas non poſſidet, ſed etiam ſi contingat agricultores alicui cõpetẽtes aut adſcriptitios propriam habere poſſeſſionem, illos moleſtiam ſuſtinere, niſi forte propria voluntate tali functione ſe fecit obnoxium. Eos autem qui publica tributa exigunt, iuſtis ponderibus & menſuris vti præcipimus: vt neq; in hoc noſtros tributarios lædant. Si aũt collatores putant grauari ſe ſiue in menſuris, ſiue in ponderibus: habeant licentiam ſpecierum quidẽ menſuras & pondera à glorioſiſſimis præfectis: auri verò & argenti & reliquorũ metallorum pondera à glorioſiſſimo per tẽpora comite ſacrarũ largitionũ accipere, & has menſuras & pondera in ſanctiſſima vniuſcuiuſq; ciuitatis eccleſia ſeruari: vt ſecundum ea & grauamẽ collatorum, & fiſcalium illatio, & militares & aliæ expenſæ fiant.

CAP. III.

Exactor pecuniam tributariam ſine dilatione & ſine deminutione præbere debet: nulla etiam poſſeſſoribus & habitatoribus deminutione facta; & ſingulis annis epiſcopus cum quinque primatibus rationem exigere debet exactorum periculo. Item omnibus eſt adempta licentia loci ſeruatores mittendi. Bartolus.

Ciuitatum vero noſtræ reipub. & habitantium eas perfectè proſpicientes, iubemus nullam omnino eſſe licentiam fiſcalium exactoribus communicare pecunijs quæ operibus & frumentis ciuitatum, & aquæductibus, aut alijs quibuſlibet ſolennitatibus, aut ſalarijs deputatæ ſunt: aut retinere aliquid ex ijs, aut ad proprium lucrum redigere: ſed ſine aliqua dilatione aut imminutione has ꝓbere, vt proficiant ab initio in quibus deputatæ ſunt operibus: ſed neque poſſeſſores aut habitatores ciuitatum præſumere quolibet modo auferre aliquid ex ipſis pecunijs, aut nomine deſcriptionum, aut pro ſportulis dare aliquid ex his aut expẽdere. Si quis autem dare aut accipere ex his præſumpſerit: iubemus eum de ſuo in duplici quantitate hoc ciuitati reddere. Sed neque prouinciarum iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquod ad prædictas pecunias, aut eorum diſpenſationi ſemetipſum miſcere: ſed ciuitatis ſanctiſſimum epiſcopum & primates, necnon & eius poſſeſſores conſtituere quidem patrem ciuitatis, & frumentarios, & alios huiuſmodi diſpenſatores. Singulis autem annis im-

pletis

[a] Exigere eos. C. de epiſ.aud.l.iubemus.
[b] Denominãt eos. facit.ff. de decret. ab ord.fac.l. qđ eſt.& ff de mu.& ho.l.vt gradatim.& C. de ſuſce. & arca l. exactores.
[c] Damus. ar. q; prælatus ex ipſa electione aliquod ius hẽt: nec poſtea eligentes mutare cõſiliũ pñt. extra de elec.cauſam q̃ inter. Item ꝫ 3. de man. prin.§.eos autẽ.coll.3. & 8. de admi.§. illud, col. 7. ꝫ. Solu vt ibi. Item ff. de off.procon.l. 4. §. 6.ꝫ.Sol. hic nouum.
[d] Latrocinia. C. de epi & cle.l.ſi quis in hoc.& ff.de offi .prę. l.congruit.

pletis ſanctiſſimum epm̃ cũ quinque primatibus ciuitatis rationes exigere eos [a] qui ab ipſis ordinati ſunt: & ſi quid ex talibus ratiocinijs apparuerit debitum, aut remanſiſſe: exigi hmõi diſpẽſatores periculo eos conſtituentiũ,& vtilitatibus q- bus deputata ſunt, reſeruari. Si quis autem ex p̃dictis diſpenſatorib. inefficax inueniatur: repente hũc remoueri iubemus, aliumq́; pro eo à ſanctiſſimo ciuitatis ep̃o,& reliquis poſſeſſoribus (ſicut p̃dictũ eſt) ordinari: ſcientibus ijs qui denominant eos: [b] quia ſi qđ damnũ ciuitati contigerit, ex proprijs ſubſtantijs hoc medebuntur. Nulli verò liceat eorũ, qui in officio ſunt glorioſiſſimorum p̃fectorũ, aut in alio officio, aut in ſchola conſtitutorũ, talia ratiocinia committi, neq; ex pręcepto cuiuſdã adminiſtratoris, aut alterius iudicis ſcriptis: nec ſi pragmaticã, aut aliam ſanctionẽ, aut ſacrũ commonitorium accipiat præcipiens ei aliquid tale. Sed ſi quid fiat hmõi, licentiã habere vniuſcuiuſq; ciuitatis ſanctiſſimum ep̃m, & eius primates, non reſpondere pro memoratis capitulis talibus p̃onis: referre aũt ad nos, vt hoc agnoſcentes,& illatũ ciuitatibus damnum ex eorum ſubſtantia reſtitui iubeamus, & competentem vindictam talibus inferamus. Super hoc iubemus ſcriniarios operũ ſub præfecto ſacrorum p̃toriorũ conſtitutos, nullum participium ad talia ratiocinia oino habere vacantibus oĩb. per quæ eis ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter aliquid tale pridem conceſſum eſt, aut poſtea impetretur. pro prędictis.n. cauſis rationes nulli committi volumus, niſi nos prodeſſe ciuitatibus exiſtimantes, virum opinionis bonæ, & dignitate ornatum elegerimus, qui debeat à nobis in ſcriptura diuina iuſſionem percipere continentem noſtram piam ſubſcriptionem: & illius nomen & dignitatem, & cauſas & tempora quorum ei ratiocinia committimus. Eos aũt, qui à talibus perſonis rationes exigũtur, omnem habere tutelã iubemus, aliquã quęſtionem nullatenus ſuſtinentes. CAP. IIII.

Loci ſeruatores regulariter prohibentur. fallit, ſi iudex ex iuſta cauſa ad prouinciam venire impediatur: tũc enim vicarium mittere poteſt. Item fallit cum ex principis mãdato ad aliam mittitur regionem. Bart.

Ad hæc ſancimus in nullo noſtræ reipublicæ loco eundem ep̃m & iudicem eſſe, & loci ſeruatore glorioſiſſimorum p̃fectorũ, aut magiſtrorũ militaris cinguli: ſed nec aliquã exactionem fiſcalium tributorũ agentẽ, loci ſeruatorem eſſe glorioſiſſimorũ p̃fectorum, aut magiſtrorum militum. Et ſimpliciter dicendum eſt nullũ in prouincijs fieri loci ſeruatorem p̃fectorum, niſi per noſtrã iuſſionẽ in expeditionibus, vbi vtilitas exigit loci ſeruatorem mitti eiuſdem præfecturæ, qui debeat prouidere militaribus expenſis. Si quid aũt extra hoc delinquatur & committatur: qui quidem loci ſeruatorem ſuum fecit 30. libr. auri pœna exigetur, reſtituturus oẽdamnum quod per eum qui ab eo directus eſt, aliquis pertulerit. qui vero fieri præſumpſerit: ꝓprio cingulo & dignitate & militia priuabitur, & x. libr. auri pœna multabitur. Ad hæc ꝓhibemus & in prouincijs exiſtentes iudices ciuiles & militares, in ciuitatibus aut caſtris loci ſeruatores in commiſſis ſiue ꝓuincijs facere, ex quo videlicet in prouinciã acceſſerint, & in quantũ in ea adminiſtrant: quinq; auri libr. pœna imminente tam faciẽti loci ſeruatorẽ iudicis, quàm fieri p̃ſumẽti. Antequam verò in prouincijs veniant iudices, damus [c] eis licentiam vices agentes ſuos inſtituere, qui debeant omnia vſq; ad ſui p̃ſentiam agere, quæ pñt ipſi iudices facere: citra tñ nouiſſimum ſupplicium, aut mẽbri inciſionem. Sed ſi quis ex iudicibus ſm iuſſionem noſtram in aliam regionem mittatur: liceat per ſimilem modum loci ſeruatorem ſuum facere. CAP. V.

Omnes iudices per ſe requirere debent delinquentes, et non per latronum inſecutores, pœna contra facientibus imminente: & iudices debent per prouinciam proficiſci: eorum adminiſtratione finita quinquaginta diebus debent in prouincia permanere, niſi ex principis iuſſione ad aliam vocẽtur alias læſo ſacramento præſtito, omne damnum ſecundum quod iurauerint, præſtare debent: & pœna pecuniariæ fiſco applicari debent. Bartolus.

IVBEMVS autem omnes iudices tam militares quàm ciuiles per ſe requirere eos, qui latrocinia, [d] aut violentias, aut rapinas rerum, aut fœminarum, aut alia quælibet in prouincijs illicita committunt, & ſupplicia eis legitima inferre, neque pro his cau-

ſis accipere aliquid conſuetudinis noie: Vt omnes vndique noſtri collatores illæſi ſeruentur. nō .n. permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici, aut latronum inſecutores, aut violētiarum inhibitores, aut tribunos pro talib. cauſis in prouincijs ordinare, aut qui debeant aliquos examinare: vt non per tales occaſiões ampliores violentiæ inferantur prouincialibus. Si quis iudicum hoc non cuſtodierit: cognoſcat non ſolū ſe commiſſo ſibi cingulo ſpoliādū, ſed decem librarū auri pœnā exſoluere, eo ꝙ prçſumpſerit talem cām aſſumere: poſt tormenta verò & confiſcationem ſubſtantiæ in exilium redigendum & relegandū. Ad hoc iubemus [a] prouinciarū iudices, & officia eorū, ſi qū de ciuitate ad ciuitatem [b] veniūt, neq; angarijs, neq; deſcriptionibus, aut alijs expēſis collatores grauare: ſed ex deputatis ſibi de fiſco annouis expenſas facere. Super hoc ſancimus, [c] prouinciarū iudices oīb. modis poſt depoſitioné cinguli qnquaginta dies in prouincijs commorari, & conuentiones aliquas contra ſe mouentibus reſpondere. Si vero contigerit aliquem ex eis ante completos quinquaginta dies deſerere prouinciam: iubemus oēs ab eo damnum aliquod paſſos ſimul ingredi apud ſanctiſſimum metropoleos epm eiuſdē prouinciç: & ſub geſtis monumentorū vnūquenq; tangentē ſancta euangelia, palam facere illata diſpendia: [d] & ex illius ſubſtantia ꝯ quem talia facta ſunt monumenta oē damnū læſis reſtitui prouidētia & periculo per tpſ præfectorum eiuſdem prouinciæ: ſcientibus quia ſi hoc complere neglexerint, ipſi de proprijs facultatib. oia damna læſis reſtituere compellentur. [e] Si quis aūt ex iudicibus prouinciarū aut remouetur ad aliam adminiſtrationē, aut opus ad aliā prouinciā ei credatur: iubemus eū legitimo procuratore conſtituto cōuentiones pro damnis proponentibus rſidere. quod niſi fecerit, ſancimus monumēta apud ſanctiſſimū epm (ſicut ſuperius dictū eſt) agi, & pro damnis illatis eis iurantibus ſecundum geſtorū virtutē omne damnum reddi: prouidentia ſimiliter & periculo ꝑ tpſ præfectorū vniuſcuiuſq; prouinciæ tractatorum. Oēs autē pecuniarias pœnas quæ pñti lege continentur, à comite per tpſ priuatarum rerum exigi eos qui pñtem legem non ſeruant, & noſtro fiſco vindicari [f] ſancimus: qui niſi eas vindicauerit, ipſe cum adminiſtrante ſibi ſchola ex propria facultate hmōi quantitatem ſoluere cogatur. Quæ igitur per præſentem legē noſtram ſalutarem, in perpetuum valituram, pro vtilitate & ſtatu noſtrorum collatorum diſpoſuimus, tua gloria inuiolata & immota per omnia ſeruare feſtinet, & ad omniū notitiam peruenire faciat: edictis quidem in hac regia ciuitate ſolenniter propoſitis: præceptis autem ad clariſſimos prouinciarū iudices directis, vt per eos omnibus collatoribus manifeſta fiant. Dat. Idi. Iun. Dom. Iuſt. PP. Aug. * Baſil. V.C. Conſ.

TITVLVS XV.

Nouella 123. De eccleſiaſticis diuerſis capitulis.

DE SANCTISSIMIS EPISCOpis, & Deo amabilibus & reuerendiſſimis [g] clericis & monachis. [h]

Epiſcopi debent eligi forma hic tradita: & ſi hi ad quos electio ſpectat, eligere negligāt per ſex menſes, electio deuoluitur ad ſuperiorem: & ſi electus fuerit poſt electionem de crimine accuſatus, ordinatio differri debet, donec de crimine iudicetur. et epiſcopus non per pecuniam, ſed meritis eligi debet: pro conſuetudine tamen debet dare pecuniam à iure ſtatutam. Item ordinatus in epiſcopū, à ſeruili & adſcriptitia liberatur fortuna, & à patria poteſtate. Bart.

Imp. Iuſt. A. Petro glorioſiſ. magiſtro ſacrorum noſtrorum officiorum. † [*]

DE gubernatiōe, & priuilegijs, alijſque diuerſis capitulis ad ſanctiſſimas eccleſias, & alias venerabiles domos pertinentibus, iam q̄dā diſpoſuimus. [i] ſup ſanctiſſimis aūt epis & clericis & monachis dudū in diuerſis conſtitutionib. [k] & diſpoſita cū cōpetēti correctiōe hac com-

[a] Ad hoc iubemus. ꝟ. de mā prin. §. illā. & ꝟ. vt iudi. ſine quo quo ſuf §. illud. col. 2. & ff de offi. procō. l. obſeruare. in prin.
[b] Ad ciuitatem. aut de municipio ad municipium.
[c] Super hoc ſancimus. C. vt oēs tam ci ui. q̄ mi & ꝟ. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. neceſſitatem. & ꝟ. de admi § 1. col. 2.
[d] Diſpendia. fac C. qū & q. quarta pars debe. l. 2. & C. de eur ſu pu. l. nō patimur.
[e] Compellentur. C. de bo. q̄ lib. l. cū non ſolum. §. vbi autē. & C. de iudi. l. properādum. §. ſin autem.
[f] Vindicari. vt ꝟ. vt nul. iud. § ſi quis vero. colla. 9. Acc.

DE SANCTISSIMIS epis &c.

Et hoc dicitur ĵ. eo. vſque ad §. clericos.
[g] Reuerendiſſimis. hoc dicitur. ĵ. eod. §. clericos. vſq; ad §. iubemus.
[h] Monachis. hoc dī ĵ. eo. iubemus. vſque ad fi. conſtitutionis.
[i] De gubernatiōe. Diſpoſuimus. vt ꝟ. de non ali. col. 1. & ꝟ de eccl. tit. col. 9. & ꝟ. de eccl. re. immo. alie. col. 4. Acc.
[k] Conſtitutionibus.

[*] Præfecto prætorio ſcribitur in veterib. manuſcriptis: quāuis in editione vulgata ſit eadē inſcriptio quæ hic. Contius.

comprehendere lege ꝑſpeximus.

In editionibus Haloãdrinis duæ hic paginæ inſarciũtur, q̃ nec in Scrimgerina editione, nec in meis manu ſcriptis reperiuntur. Contius.

CAP. I. De ordinatione epiſcoporum.

Sancimus igit † quoties opus fuerit epiſcopũ ordinari, clericos & primates a ciuitatis cuius futurus eſt epiſcopus ordinari, mox in tribus perſonis decreta facere, propoſitis b eis ſacroſanctis euangelijs, periculo ſuarum animarũ dicentes c in ipſis decretis, d quia neq; propter aliquam ꝓmiſſionẽ, aut amicitiam aut aliã quamlibet cãm: ſed ſcientes eos e rectę & catholicæ fidei, & honeſtę eſſe vitæ, & litteras noſſe, hos elegerunt: & quia neque vxorem, neq; filios aliqui eorũ habent, neq; concubinam f aut filios naturales cognoſcũt g eos habuiſſe, aut habere: ſed ſi prius vxorẽ aliquis ex eis habuit, ipſam & vnam & primam, & neque viduam neque viro coniunctam, h neque legibus aut ſacris cõſtitutionibus i interdictam: ſed & ꝙ neque curialem aut officialẽ hũc eſſe k cognoſcunt: aut ſi curiali vel officiali ſubiacet fortunæ, ſciũt eũ l in monaſterio nõ minus quindecim annis monaſticam conuerſationem impleſſe. Hoc m quoq; decretis n oportet inſeri, quia non minus quàm trigintaquinque ætatis annos habet is qui eligitur ab eis qui cognoſcunt ꝑſonam, vt ex trium o ꝑſonarum pro qbus talia decreta ſunt, melius ordinetur p electione & ꝑiculo ordinantis. q curialem vero vel officialẽ, † qui, ſicut dictum eſt, qndecim annis in monaſterio conuerſatus eſt, & ad epiſcopatum ꝓuocatus, liberum eſſe propria fortuna: ita tñ, vt liberatus à curia quartam partẽ ſuæ ſubſtãtiæ ſibi retineat: r reliquis eī rebus ſcḋm noſtrã legẽ curiæ & fiſco vindicandis. Damus aũt licẽtiam decreta facientibus, ſi quempiam laicorum ꝑter curialem & officialẽ dignũ memorata electione eſſe putent: hunc cum alijs s duobus clericis aut monachis eligere, vt ſi laic⁹ hoc modo ad epiſcopatum eligatur, non repẽte epiſcopus ordinetur, t ſed primo clericis non minus tribus mẽſibus connumeretur, & ita ſãctas regulas & cotidianum eccleſiæ miniſteriũ edoctus, epiſcopus ordinetur. qui enim u † alios debet docere, poſt ordinationẽ ab alijs doceri non debet. Si vero (vt euenit in quibuſdam locis) non inueniãtur tres perſonæ ad talẽ electionẽ opportunæ, liceat decreta facientibus in duab. & in vna x perſona decretum facere: eos tamen omnes iam dictas à nobis habentes teſtationes. Si verò qui debent epiſcopum eligere, citius ipſa decreta intra ſex menſes non faciant: tunc periculo propriæ animæ ille quem competit y ordinare epiſcopum, ordinet omnibus alijs quæ diximus obſeruandis. Si qs aũt citra memoratam obſeruationem eṗs ordinetur, z iubemus hunc oib. modis epiſcopatu depelli. Sed ẽt illũ qui pſumpſerit ordinare, ſegregari vno anno à ſacro miniſterio, & oẽm eius ſubſtantiam q̃ quolibet tpe aut modo in eius dñium deducta eſt,

bus vt ī. qũo oport. epiſc. & ī. de monc. col. j. & ī. vt cler. e pud ꝓprios epi. col. vj & ī. apud quos oportet. Acc.

a Primates. ſ. eccleſiaſticos, vt archipreſbyteros & archidiaconos, qui primates eccleſiaſtici dicuntur vt ī. eod. §. ſancimus aũt reuerendiſſimos. non loquit̃ de laicis: qa illi non debẽt eligere, ſed facta electione debẽt conſentire, vt in decr. lxij. diſt. c. docendus. & 63. diſt. c. nullus &c. non eſt.

b Propoſitis. non tactis. ſic ĩ. eo. §. nulli.

c Dicentes. dicti primores. Acc.

d Decretis. in qbus eligunt illos tres.

e Eos electores futuros. Acc.

f Concubinam. ſic eſt in quolibet clerico, vt j. eod §. clericos autẽ. & fa. ī qũo oportet epiſ. §. hoc de deo, & §. ſancim⁹.

g Cognoſcunt. quem electuri ſunt in epiſcopũ, vt ꝓxi. in nul. tur. Azo. & ſic inepte mutat materiam.

h Coniunctã. olim.

i Conſtitutionibus .ſ. fornicam, vt in nouel. ro titu.

k Hunc eſſe. ſ. futurum electum.

l Eum electum.

m Hoc. ī. de electoribus nunc de eligẽdo incipit.

n Decretis. qñ p ſe eligũt dicti electores.

o Et triũ. ſic cõſtrue, vt ex electiõe trium &c. Et ſic no. ꝙ xxxv. an. dẽt hẽre eṗs, ſicut & pſbyter. vt ĩ. eo. § pſby. Itẽ no. ꝙ tres debẽt eligere, ſufficit tñ duos cõſentire, vt C. de dec. l. nominationum & ideo tres, & ſi quatuor, vel duo: qa naturaliter hoies diſcordant. & illis caſib. poſſet eſſe, ꝙ ſi ſ. uenirent̃ pers maior, vt ff. de arbi. l. item ſi vn⁹. § principaliter.

p Ordinet̃. puta archiepiſcopus.

q Ordinãtis. nã deponeret̃, ſi talis nõ eẽt.

r Retineat. olim econtra tres retinebat & quartã curiæ dabat, vt ī. qũo opor. epiſc. §. neq; ex officio. & ĩ. eo. §. ſed hoc quidem. Acc.

s Cũ alijs. licet olim laicus non eligeret̃, vt. ī. qũo opor. epiſ. §. igitur.

t Ordinet̃. ſed hodie hoc correctũ eſt in iure canonũ. nam nõ eſt eligendus in eṗm, niſi fuerit ante diaconus, aut pſbyter, aut in ſubſidiũ diaconus, vt in decr. diſ. xl. c. vlt. ſed poſtea ij põt, vt diſtin. iaj. Oſius. Sed hodie ſubdiaconus ſine poſtulatione ipſo iure eligit̃, vt extra de tempo. or. ca multis. Acc.

u Qui eñ ridiculum eſt enim eos velle docere, q nondũ diſcere didicerunt, vt ait Tullius. & hic. & ad hoc. ff. de eden. l. ſi quis ex. §. ꝓhibet. & C. de epiſ & cleric. l. cũ clericar. §. ipſe vero. & ī. ꝗſti. q̃ de dig. ibi eum nenque &c. & ff. ad legẽ Iuliã de adul. l. vxor. §. index.

x Vna. vnus ergo ꝑ oĩbus eligit, vt ff. qd cuiuſq; vni. l. itẽ. §. j. & ī. de qſt. §. j. & ar. C. cõmun de leg. l. ſi duobus. & arg. ff. de iud. l. nonnunquam.

y Competit. i. is cui congruit, eſt autem is qui præeſt epiſcopo archiepiſcopus, vel ſimilis: ſed hodie vſq; ad tres menſes, extra de elec. c. cum nobis olim.

z Ordinetur pu-

† Not. in hoc §. qualis debet eſſe eṗs, & quãtæ ſanctitatis, quod vtinã hodie bene ſeruaret̃.

† Taceo quoq; Iulianus. Contius.

† Facit ad hũc. §. c. officij tui, cũ gl. j. in verb. ſed quare ſi potuit. extra de elect. & c. quamuis cũ gl. ſi. circa fin. extra de ætate & qualit. vbi dr̃ ignominioſum eſſe eṗo. ſi cũ alios docere dẽt, q̃rat ab eiſs edoceri.

ēta eſt, pp culpā quā fecit, dño eccleſiæ cuius epiſcopus eſt, vindicari:

CAP. II. De accuſatoribus Epiſcoporum.

Si quis aut electum ad ordinationē epiſcopatus accuſauerit in qualibet cā quæ poſſit ſm leges aut canones eius impedire ordinationem, differatur hmôi ordinatio: & prius contra eum propoſitam cām, ſiue pſente accuſatore, & ab eo propoſitam cām exſequente, ſiue etiā deficiente [a] per tres menſes † ſuam accuſationem implere: diligenter examinari ab illo à quo futurus erat eps ordinari: & ſi qdē obnoxiū eū accuſator inuenerit ,phibeaẗ ordinatio. ſi vero obnoxius ñ oſtēdat, ordinatio qdē ñ īpediaẗ: accuſator aūt, ſiue ñ ,pbauerit, ſiue ēt fugit propoſitā à ſe accuſationē, à ,puincia ī qua habitat abijciatur. Si qs aūt ante examinationē [b] accuſatū ordinauerit, ordinatus quidē à ſacerdotio repellatur: q vero talem ordinare feſtinauerit, ſuperius dictæ [c] ſubiaceat pœnæ, tam annali prohibitioni ſacri miniſterij, quam etiā vt oēs eius res eccleſiæ vindicētur. Præ omnib. illud ſeruari ſancimus, vt nullus per ſuffragium auri, aut aliarū [d] rerū, eps ordineẗ. Si quid aūt tale committaẗ: ipſi ſemetipſos, & dantes, & accipientes, & mediatores eorū, ſm ſacras ſcripturas & ſanctas regulas damnationi ſubijciunt. & propterea q dat, & qui accipit, & mediator eius factus, ſacerdotij aut cleri honore remoueaẗ, qđ aut ,p hac cā datum eſt, eccleſiæ illi vindicetur cuius voluit ſacerdotiū cōparare. Si vero laicus forte pro hac cā aliqd accipiat, aut mediator rerum factus eſt: datas res in duplū eū exigi iubemus, eccleſiæ vindicandas. Non ſolum autē q ſm hunc modū danẗ, vindicari pcipimus, ſed ēt oēm cautionē pro hoc quolibet mō expoſitam. & pignorū vel fideiuſſorū [e] dationem, vel oblationē, & oēm quālibet aliam cautionē vacuare ſancimus. Et q ſuper hoc promiſſionē accepit, non ſolū profeſſionem reddat: ſed ēt aliud tantum quantum profeſſio continet, exigatur: quod debet eccleſiæ dari.

CAP. III. Si quis epiſcopus ante ordinationem vel poſtea eccleſiæ res ſuas obtulerit & quid pro cathedratico dari conueniat.

Si qs aūt epōrū ſiue añ ſuā ordinationē, ſiue poſt ordinationē voluerit proprias res aut partē earū eccleſiæ offerre, cuius ſacerdotiū accepit, ñ ,phibemus, & oī ɔdēnatiōe & pœna pręſentis legis liberū eū eſſe ſācimus: ſed ēt oī laude dignum iudicamus: qm̄ hoc non eſt emptio, ſed oblatio. [f] Pro conſuetudinib. [g] aūt illa ſola permittimus pberi ab ordinatis epis, q̄ ſubſequenter pſenti lege inſerta ſunt. Iubemus igitur beatiſſimos archiepiſcopos & patriarchas, hoc eſt ſenioris Romæ, [h] & Conſtantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos, [i] & Hieroſolimorum, ſi quidem conſuetudo habet, epiſcopis & clericis in eorum ordinatione nō minus quam viginti auri libras dari, ipſa ſolummodo pberi q̄ conſuetudo recognoſcit: plus aūt ab hac quantitate nihil ſupra viginti auri libras pręberi: metropolitas autem à ,ppria ſynodo, aut à beatiſſimis patriarchis ordinatos, & alios omnes epōs qui à patriarchis, aut à metropolitis ordinanẗ, dare pro inthroniſticis quidē ſolidos centum: notarijs aūt ordinantis, & alijs miniſtrantib. ei, & ſolenniter accipientibus, ſolidos trecentos. Si vero eccleſiæ redditus minus qdem quam triginta auri libras per annū reddant, nō minus aūt decem, dari pro introniſticis ſolidos ducentos. Si verò minus quidem quam decem, non minus aūt quinq; auri libras eccleſiæ redditus eſſe contigerit: pro introniſticis quidem dari ſolidos quinquaginta: oībus autē alijs ex conſuetudine percipientibus, ſolidos ducentos. Si autem minus quàm quinq; non minus autem duas auri libras eccleſiæ redditus habeat, pro inthroniſticis [k] ſolidos decem & octo, oībus aūt alijs ex conſuetudine percipientibus ſolidos vigintiquatuor. Si autem minus tres, non autem minus quàm duas auri libras quātitas

redituum

---

ta q̄a per ſuffragium eſt electus, vt j. §. præ omnibus.

a Siue ēt deficiente i. differente vſque ad tres menſes. nam interim nulla facienda ē examinatio, cū accuſator deſiſtit, vt in nouellis eo. tit. & fa. ad §. iſtum. ī. qūo. opor. epiſ. §. ſi quis adt. & §. ſi tamen. & §. ſi vero.

b Examinationē. ſ. accuſationis quæ infertur epo eligendo.

c Superius dictæ. vt ī. eo. §. ſi quis autem. circa ſi.

d Aut aliarum. de iactum. ſiue ab ordinato, ſiue ab alio: arg. ff. de calum. l. generaliter. & fa C. eo. l. ſi quenquam & ī. qūo opor. epi. §. ſed neq; & §. & bene. Sed qd ſi ignorauerit electus? Rñd. debet cum ſcit, renunciare in manu conſecrantis: & tunc ipſe eum poteſt reeligere, vt j. quæſt. v. c. plenitinm.

e Vel fideiuſſorum No. par delictum, dediſſe & promiſiſſe, vt hic. & ī. qūo opo. epiſ. §. ſed neq; & §. & bene & C. ad leg. Fal. l. fin. Acc.

f Sed oblatio. q ſi ita dixit palam offero vt eligat in epiſcopum: licitum eſt ei ſm io. vt ff. de polli. l. j. §. non ſemper. & ff. de offic præto. l. Barbarius. Acc.

g Pro conſuetudinib. i. ſ. quia ſic eſt cōſuetudo, & bona vt in aliquo ſeruet: vt ſubijcit. ſecus ſi eſſet mala. nam non ideo præſtatētur, q eſſet conſuetudo, vt ī. vt nulli iud. in prima col ibi, malè eſt, &c. q eſt contra. Ac.

h Romæ. i. Papam Romanum, vt in nouel. eo tit & iſte vere dat Romenis, ſed non ſedm formam huius titu.

i Theopoles i. Antiochiæ.

k Pro intronisticis. ī. pro cathedratico, in nouellis. eodem titu.

Permit-

Conco. cū hoc te. in c. qm̄ frequēter §. ſi vero aliter. in gl. ſup verbo in ſacris canonib. circa fin. verſi. ſed in epiſcopatu dantur 3. menſes. extra, vt lite non conteſta.

Promittere & dedere, in delictis æqui. valent.

Conc. ī. ſi. de cō ſue. extra

redituum eccleſiæ cõperiant, dare pro inthroniſticis qdem ſolidos xij. pro omni vero alia conſuetudine ſolidos ſex. Epiſcopũ enim eccleſiæ minus duas auri libras reditus habentem, neque pro introniſticis, neque pro alia qualibet conſuetudine dare aliquid permittimus. a Hæc aũt quæ ꝓberi diſpoſuimus, prim⁹ ꝑsbyter b ordinãtis epi & archidiacon⁹. ſuſcipiẽtes, ex conſuetudine ꝑcipiẽtibus diuidant hæc. Igitur iubemus hæc oĩb. modis obſeruari: vt non ex talibus occaſionib. eccleſiæ debitis ꝑgrauentur, & ſacerdotia venalia fiãt. Si qs aũt vltra quantitatẽ à nobis definitam pro inthroniſticis, aut conſuetudinibus quolibet modo ꝓſumat accipere: iubemus quicquid plus acceperit triplũ ex rebus eius vindicari eccleſiæ dantis. c Sed hæc qdẽ pro epõrũ ordinatione dicta ſint.

CAP. IIII. Vt epiſcopatus à ſeruili & adſcriptitia fortuna hoiem liberet.

Poſt ordinationẽ verò ſeruili † & adſcriptitia fortuna epos liberos eſſe ꝑcipim⁹, niſi curialis aut officialis citra ꝓdictã d obſeruationẽ ordinentur. tales enĩ epatu remotos, curiæ aut officio reſtitui iubem⁹: vt ñ ex tali fortuna ſacerdotio fiat iniuria. Illos aũt qui ãn hãc nr̃am legẽ ex curiali fortuna inueniuntur epi ordinati, hmõi qdẽ fortũa liberos eẽ: legitimã verò partẽ ex ꝓprijs reb. curię & fiſco dare: ſic tñ, vt nullã imminutionẽ eccleſiaſtica iura ſuſtineant in reb. quas in epatu acquiſitas, eccleſię eorũ cõpetere diſpoſuimus. e Si vero cõtigerit ordinãdũ epm ſub ꝓprij parẽtis ptãte eſſe: ex ipſa ordinatione ſuæ f ꝑtãtis ſit.

CAP. V. De ꝑsbyteris & diaconis & ſubdiaconis iure ad tutelam vel curam vocatis.

Epiſcopis & monachis tutelæ & curæ officium interdicitur, presbiteris autem & alijs clericis permittitur in aliquibus caſib. regulariter aũt perſonis eccleſiaſticis ſecularia negotia interdicuntur, fallit in certis caſibus a iure permiſſis. Bar.

Deo aũt amabiles epos & monachos, ex nulla lege tutores aut curatores cuiuſcũq; ꝑſonæ fieri ꝑmittimus. presbyteros g autẽ, & diacanos, h & ſubdiacon⁹ i iure & lege cognationis k tutelã aut curam ſuſcipere hẽditatis ꝑmittimus. ꝓprio & ſoli gradu cognatiõis ad tutelã & curã vocatis, hmõi ſuſcipe adminiſtrõnem ꝑmittim⁹: l ſi tñ intra quatuor mẽſes ex quo vocati ſũt, apud cõpetẽtẽ iudicẽ ſcripto declarẽt talẽ adminiſtrõem ꝓpria voluntate ſuſcepiſſe. & ſi qs eorũ fortãn hoc fecerit, m nullũ ex hoc in alia tutela aut cura ꝓiudiciũ patiat.

CAP. VI. Vt clerici à muneribus perſonalibus, & negotijs ſæcularibus abſtineant.

Alium autem n fieri ſuſceptorem aut exactorem fiſcalium functionum, aut conductorem publicarum o aut alienarum poſſeſſionum, aut curatorem domus, p aut procuratorem litis, q aut fideiuſſorem pro talib. cauſis r epiſcopum, aut œconomum, aut alium clericum cuiuſlibet gradus, aut monachum ſ proprio nomine, aut eccleſię aut monaſterij ſubire non ſinimus: vt nõ per hanc occaſionem & ſanctis domibus damnum fiat, & ſacra miniſteria impediant. Si au-

tem

a Permittimus. ſic alias pro viliꝰ cũ nõ ꝓſtant ſportulæ, vt ſ. de ind. §. ne aũt, in fi.

b Presbiter. qui archipresbyter dr̃, ab archos, quod eſt princeps, quaſi maior inter alios ꝑbiteros.

c Dantis. alias donatus. Acc.

d Citra prædictam ſ quod quindecim annis ſteterint in monaſterio. vt dixi. ſ. eo. §. ſed neque, & §. curialem. Accur.

e Diſpoſuimus. vt ſ. de eccle. titu. §. interdicimus.

f Suæ. vt ſ. conſtit. quæ de dig. §. illud. colla. vj.

g Presbyteros. vel presbyteris.

h Diaconos. vel diaconis. Acc.

i Subdiaconos. vel ſubdiaconis. Ac.

k Cognationis vel agnationis: cum hodie non ſit differentia: vt ſ de her. ab inteſt. §. ex his. hac col.

l Permittimus. aliud in milite ſæculari: q nullo mõ admittitur vt inſtit. de excu. tut. §. idem & in milite. Sed nunquid põt eſſe teſtamentarius, vel datiuus? Rñ. non, vt hic à cõtrario, arg. ff. de offic. eius cui mã. eſt iu. l. j. §. j. Acc.

† Facit ad hunc tex. rubr. de ſer. nõ ordina. ꝑ totum ti. extra.

m Hoc fecerit. i. ſi declarat hoc. Intra quatuor menſes &c. ergo ſi nõ fecerit, præiudicat ſibi in alijs ſm P. & eſt pro eo ſ. de hæ. & Fal. §. non aut. & ff. de off. eius cui mã. eſt iu. l. j ſm Ioan. & Py. contra. dicunt. n. in alijs ſibi nõ præiudicare. C. de excu. tuto. l. voluntaria. & C. de his q ſpõ. tu. mu. ſub l. 2. li. x & quod hic dicit, & ſi quis hæc fecerit &c. exponunt. i. ſi eam tutelã ſuſceperit ſolẽniter. nec tñ aliter ſuſcipere debet. nullã circa aliam &c. hoc aũt priuilegium clerici habent, qui ſtant vt clerici, nõ alias: vt C. de epiſ. & cler. lex. generaliter. ſed quid de lectore & cãtore

Clericus qñ debet

& alijs clericis q nõ prohibent? Rñ. ſm Ioan. vocari poſſunt communi iure ſecundum leges. Accur.

gaudere priuilegio clericali.

n Aliũ aũt. q. d. clericum: vt ſubijcit. j. ibi epiſcopum. Acc.

o Publicarum. ſ. vectigalium. Acc.

p Domus. ſ. noſtræ priuatæ.

q Litis & cuiuſlibet.

r Cauſis. ſ. prędictis publicis & alijs. & dic exemplum, vt publicis ſalinis, aut argenti fodinis, vel ſimilibus. nam hæc publica ſunt: vt ff. de ver. ſig. l. inter. & ff. de pub. l. ſed his. in prin. & ff. de ver. ſi. l. inter. ſed œconomus vr̃ admittendus ad fideiuſſionem: vt C. de epi. & cler. l. cũ clericis. §. memorater. quæ eſt contra. & extra de fideiuſ. ca. pe. & h. Solu. hic in ſpãlibus caſibus loquitur. vt h. e. innuit, ibi pro talib. cauſis &c. Item vr̃ q poſſit eſſe procurator litis ſicut eſt œconomus: vt j. e. §. ſportularum. in fin. quæ eſt cõtra. Sol. hoc ſpeciale his caſibus, vt dixi. Not. ergo clericum ab hmõi actibus prohiberi. idem de milite: vt C. de proc. l. milité. idem de curiali: vt C. loc. l. curialis. idem de tutore: vt C. ne tu. vel cu. l. j.

ſ Monachum. monachum dico: quod plus eſt, etiã eccleſiæ vel monaſterij.

Quadam

† Nota q appellatione clericorum oẽs ſuperiores continentur. & conco. ita cap. clericos, in gl. j. poſt me di. ibi appellatione enim clericorũ extra, de offi. vica.

Facit ad hũc text. c. vnic. cũ glo. 2. circa medium: ibi item põt eſſe laic⁹. extra. de ſyndic.

tē eccleſijs aut monaſterijs poſſeſſiones quędam adiacentes a inueniant, & voluerint diſpenſatores ipſarum venerabiliū domorum in conductionem aut emphyteuſim has accipere: tunc oībus clericis & monachis pro his cauſis in ipſo inſtrumento ſub geſtis monumentorum conſentientibus: & manifeſtantibus pro vtilitate venerabiliū domorum hoc fieri: talē conductionem & emphyteuſim procedere finimus. ſed etiam ipſis ſanctiſſimis eccleſijs, & alijs venerabilibus domib. damus licentiam cōductiones & emphyteuſes facere adinuicem: b & clericis ſimiliter propriarū eccleſiarum poſſeſſiones cōducere c & gubernare, cum voluntate tñ epī & œconomi pmittimus: exceptis pſonis d quas per aliam legem hoc facere phibuimus. Si quis autem contra ea quæ dicta ſunt, aliquid fecerit: ſi quidem epīs fuerit, oēs ei9 res ex qualibet cā vel perſona, ſiue ante epiſcopatum, ſiue poſt hoc fuerint ad eum venientes, eius eccleſiæ vindicari ſancimus. Si autē œconomi aut alij clerici fuerint hoc delinquentes: pecuniariam eos pęnam, qualem epīs eorum probauerit, e exigi, eccleſiæ vindicandam: cum ēt conductionem teloniorum, f aut cuiuſlibet poſſeſſionis, aut publicarum collationum pceptionem, aut exactionem, aut ſollicitudinem domus eis credentes, aut fideiuſſores eos pmemoratis cauſis ſuſcipientes: nullam cōtra eccleſiam, aut monaſterium aut res eius, aut gubernātiū, aut ɔtra illas pſonas qbus crediderint, aut cōtra facultates aut fideiuſſores eorū, habeant actionē. Illi verò q publicarū collationū aut tributorū ſuſceptionē aut cōductionē aut exactionē memoratis pſonis crediderit, g aut fideiuſſores eos acceperint: ſi quod publico dānum cōtingat, hoc ex propria facultate reſtituere compelluntur. h

CAP. VII. Ne epiſcopus dicendi teſtimonij cauſa euocetur.

Nulli licet epiſcopos coram ſe ad teſtimonium compellere: ſed ad eos mittere debet: vt propoſitis euangelijs dicant: & à iudice in iudicium venire cogendi non ſunt. Bartol.

Nulli verò iudicū licebit deo amabiles epos cogere ad iudiciū venire p exhibendo teſtimonio: i ſed iudex mittat ad eos quaſdam ex perſonis miniſtrantium ſibi: vt ppoſitis k ſanctis euangelijs, ſecundum quod decet ſacerdotes, dicant quæ nouerint.

CAP. VIII. Ne propter quamlibet cauſam epiſcopus ad ſæcularem iudicem trahatur.

Sed neque pro qualibet pecuniaria cā vel criminali epm ad iudicē ciuilem aut malitarē inuitum pducere aut exibere citra imporialem iuſſionē pmittimus: ſed iudicem qui tale l aliquid ſiue ſcripto ſiue ex non ſcripto præſumpſerit imperare, a poſt cinguli priuationem, viginti librarum auri pœnam exſoluere iubemus eccleſiæ cuius epiſcopus produci aut exiberi iuſſus eſt: exſecutorem ſimiliter poſt cinguli priuationem, & verberibus ſubdendum, & in exiliū deportandum.

CAP. IX. Ne epiſcopi proprias eccleſias relinquant.

Epiſcopi in ſuis eccleſijs debent reſidentiam facere, & eas non relinquere ſine ſuperioris litteris, vel ſine principis iuſſione: & tunc non amplius vno anno. Item patriarchæ & archiepi-

a Quædam adiacentes. i. confines, vt in nouel. eo. tit.

b Facere adinuicē. vt ſ. de non alienā. §. hoc vero iubemus. colla. ij. & ſ. vt decere. non ſi. §. illud. coll. v.

c Conducere. tepete damus licentiam.

d Perſonis. ſ. œconomis, & eius cognatis: vt ſ. de ali. & emphy. §. œconomis, & de hac l. hic dicit. Vel dic, q de hæreticis hic dicit, quibus non pōt dari ab eccleſia: vt ī. de eccle. tit. §. iubem9: & ſic de iſta facies mentionem.

e Probauerit. i. impoſuerit, vel ſtatuerit. Al. arg. C. de modo mu. l. ſi.

f Teloniorum. qdā habent teloniorum: & quidam, teloniceorum. & exponit Al. ideſt menſurarum publico loco poſitarum. tu dic teloniorum. i. vectigalium. & erit ſenſus eius litteræ: quia credentia eis. ſ. pdictis clericis qui conducunt vectigal. q. d. locando eis, vel credentes cōductionē cuiuslibet publici, aut pceptionem publicarū collationū, aut exactionē aut ſollicitudinē domus, ſ. nſæ priuatæ: vt dixi ſ. §. aliud. aut ſuſcipientes eos fideiuſſores &c. nullam actionem &c.

g Perſonis crediderint. ne fiſcus damnū patiat vt arg. ſ. vt nulli iudic. §. & hoc vero iubemus. hac colla.

h Compelluntur. vt ſunt publici adminiſtratores, ad quos pertinet facere tales locationes.

i Exhibendo teſtimonio. vt C. eo. tit. l. nec honore. Alij aūt cōpellunt venire, ſi ſunt de eadem prouincia: alià non, niſi in cauſa criminali. vt ī. de teſta. §. quoniam. in ſi.

k Propoſitis. ſed non teſtis r. ſecūdū Ioan. ſic & in iudice.

Conco. c. vit. ex-

C. de iudi. l. rem non nouam. Item ex eo quod dicit, dicant q nouerint. nota duo. Primū: qa teſtis veritatē dēt dicere. non autē q credat tñ. vt ſ. de hær. & Falc. §. ſi vero abſunt. C. de teſtibus. l. teſtium. ſecus in iuramento calumniæ, vt C. de iuramento calū. l. ij. §. qd obſeruari. ſcdm noīa. ex eo. q indefinitē dicit q pro vtra que parte debeant teſtimoniū ferre: ſicut & alibi dī. q veritatem non debet ſupprimere, vt C. eodē. l. pſbyteri & ſ. de teſtib. § ſi vero ignoti, in fine § & hæc oīa in pecuniarijs. Item adinuicē ſpectat inquirere veritatē: vt C. de eden. l ij. hic tñ ſi iuramento dixeris ſe nihil ſcire, audiē. vt arg. ff. de re iudi. l. ſi vni.

l Tale. q epīs veniat corā iudice ad dicendum teſtimonium.

Cum tra de iura. calum. cū glo. ij. poſt prin. vbi dī. dicit Papa epo beluacenſi, q ſi per te tīn ppoſitis. ſed nō tactis &c. & alleg. glo. 2. hana auth.

archiepiſcopi debent omnes ſub ſe conſtitutos omni anno ad ſe conuocare, & exponere quæ agenda ſunt. Item epiſcopi vel clerici ad tabulas ludere, vel ludi participes vel ſpectaculorum fieri prohibentur. Nec cogendus eſt epiſcopus clericum ſuum ab eccleſia dimittere, & alijs tradere. Bart.

Interdicimus aũt Deo amabilibus ep̃is proprias relinquere eccleſias, & ad alias regiones venire. Si verò neceſſitas faciendi hoc contigerit: non aliter niſi cum litteris [a] beatiſſimorũ patriarchæ aut metropolitæ, aut per imperialem videlicet iuſſionem hoc faciant: ita tñ vt nec illis epiſcopis, q̃ ſub beatiſſimo archiepiſcopo Conſtantinopoleos, & patriarcha fuerint, liceat citra permiſſionem eius, aut noſtræ iuſſionis ad regiã ciuitatem venire. Si vero [b] ẽt ſecundũ hunc modum epiſcopus cuiuſcũq; loci profectus fuerit: non amplius vno anno ſuam relinquat eccleſiam, epiſcopos autem in regiam ciuitatem, ſicut dictum eſt, venientes cuiuſlibet fuerit diœceſis, præ omnibus ire ad beatiſſimũ archiepiſcopum Conſtantinopoleos & ad patriarcham, & ita per eum ad noſtram introire tranquillitatem. Citra autem hanc noſtrã diſpoſitionem aut proficiſcẽtibus, aut vltra definitum [c] vnius anni tempus extra ſuam eccleſiam facientibus moram, primum quidem nõ miniſtrari ab œconomis propriæ eccleſiæ expenſas: deinde admonere eos per litteras ſacerdotum ſub quibus agunt, vt reuertantur ad ſuas eccleſias: differentes aũt reuerti, ſecundum ſanctas reuocari regulas. & niſi intra definitum à ſacris canonibus tempus reuertantur ad ſuas eccleſias: ipſos quidem ab epiſcopatu expelli: alios autẽ pro eis meliores ordinari ſcd̃m præſentis legis virtutem: hoc ipſo & ſuper clericis valituro, cuiuſcunque ordinis fuerint aut miniſterij.

CAP. X. Vt archiepiſcopi & patriarchæ ſæpius annis ſingulis concilia & ſynodos celebrent.

Vt autẽ omnis eccleſiaſticus ſtatus & ſacræ regulæ diligenter cuſtodiantur: iubemus vnumquemq; beatũ archiep̃m & patriarchã & metropolitã ſanctiſſimos ep̃os ſub ſe conſtitutos in eadem prouincia ſemel aut ſecundo per ſingulos annos ad ſe conuocare, & omnes cauſas ſubtiliter examinare, quas ep̃i aut clerici aut monachi adinuicem habeant: eaſq; diſponere, & ſuper hoc, quiquid extra regulas à quacunque perſona delinquitur, emẽdare. Interdicimus aũt ſanctiſſimis epiſcopis, presbyteris, & diaconis, & ſubdiaconis, lectoribus, & omnibus alijs cuiuſlibet venerandi collegij aut ſchematis [d] cõſtitutis, ad tabulas ludere, aut alijs ludẽtibus participes aut iſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculorum ſpectandi gratiã venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis à venerabili miniſterio prohiberi & in monaſteriũ redigi. Si aũt in medio tp̃e oſtenderit dignã ſui vitij pœnitentiam, liceat & ſacerdoti, ſub quo conſtitutus eſt, minuere tp̃s, & hũc rurſus proprio reddere miniſterio: ſcientibus quoque ſanctiſſimis ep̃is debẽtibus hoc vindicare, quia ſi tale aliquid agnoſcentes nõ vindicauerint, ipſi rationem Deo pro tali cauſa perſoluent. Nullum aũt [†] epiſcopum inuitum cogi quemlibet clericũ ſub ſe conſtitutum de proprio clero dimittere, & alij dare.

CAP. XI. Ne quis ante cauſæ exitum excommunicetur.

Epiſcopi & presbyteri ſine iuſta cauſa aliquem excommunicare non debent: alias ſi ſit, abſolutio à ſuperiore dari debet. Item epiſcopis nõ licet proprijs manibus aliquem percutere. Item epiſcopus ab epiſcopatu repulſus ad ipſum redire non poteſt. Bart.

Oĩbus aũt ep̃is & presbyteris interdicimus ſegregare aliquẽ à ſacra cõione antequã cã monſtret, [e] pp̃ quã ſanctæ regulæ hoc fieri iubẽt. Si quis aũt p̃ter hoc à ſancta cõione quẽquã ſegregauerit: ille q̃dẽ q̃ iniuſtẽ à cõione ſegregatus eſt, ſolutus excõicatione à maiore ſacerdote, [g] ſanctã mereat̃ cõionẽ. Qui vero aliquẽ a ſancta cõione ſegregare p̃ſum p̃ſerit, modis oĩb. à ſacerdote ſub quo cõſtitutus eſt, ſeparabit̃ à cõione quanto tp̃e ille p̃ſpexerit: vt qđ iniuſtè fecit, iuſtè ſuſtineat.

Sed

---

[a] Cum litteris. ſic C. de epiſ. & cler. l. ſi qua per calumniam. & ĩ. vt diffe. iudi. in prin. col 9. Acc.

[b] Si verò. hęc quę dicuntur hic, & ĩ. proxi. § ſunt ĩ. quo opo. §. illud. & §. non aliter. collat. t. & ĩ. vt nul. fabricet ora. do. §. illud col. 5.

[c] Definitum. ſ. xxx. dierum in vnaquaque dilatione, arg. ĩ. de liti. §. omnem autem. Acc.

[d] Aut ſchematis. i. ordinis. ſchema n. p̃ ordine plerunq; ponitur ĩ. vt cũ de appel. cog. §. ſi vero libri. & facit ad hunc §. C. e. l. plac. 2. & l. decernimus. Quid de ſchachis? Rñ. p̃t, cũ non fortunæ virib⁹, ſed naturali ingenio conſiſtat ille ludus. Item nunquid gratis ad tabulas p̃t? Rñ. non: cum etiam ſpectacula hic prohibeat.

Schachorũ ludus nõ ẽ clericis prohibetur.

[e] Cã mõſtretur. Not. ſine cauſa tranſactionem non fieri, vt ff. de tranſact. l. cũ hi. §. ſi prætor. & de pœ. l. reſpiciendum.

[f] Communione. eſt ergo excommunicatio à corpore Chriſti: vt hic. Item eſt alia. ſ. ab ingreſſu eccleſiæ: vt ĩ. de interdi. colle. hær. in fi. & C. de ſum. tri. l. 2. i fi.

[g] Sacerdote i. archiepiſcopo.

[h] Suſtineat. ff. quod quiſ. iu. l. 2. in prin.

[†] Cõcor. cap. bonæ memoriæ .1. cũ glo. ſup verb. ex gr̃a ex. de poſtu. prælat.

Con-

Sed neque proprijs manibus liceat epiſcopum aliquem percutere. hoc.n. extraneum ſacerdoti eſt. Si quis aūt ep̄s ſecundùm eccleſiaſticas regulas ſacerdotio pulſus, præſumpſerit ingredi ciuitatē ex qua pulſus eſt, relinquēs locum in quo iuſſus eſt degere: iubemus hūc in monaſterio in alia regione conſtituto [a] tradi: vt quod in ſacerdotio deliquit, degens in monaſterio corrigat.

CAP. XII. Quales eſſe debent qui in clericos ordinantur.

Presbyteri & clerici ac etiam diaconiſſæ ordinari debent, qui ſint ætatis hic inſertæ. & ſint recta fidei, & vita honeſta, & caſte viuentes, & caſtitatem vouentes. & ſi contradictor apparuerit, ordinatio differri debet, donec plenè ſiat examinatio. Bart.

Clericos aūt † nō aliter ordinari p̄mittimus, niſi literas ſciant, & rectā fidē, vitamq; habeant honeſtam: & neq; cōcubinā aut naturales habuerint aut habeant filios, ſed caſtè viuētes, aut vxorē legitimam, & ipſam vnā & primā h̄ntes, neq; viduā, neq; ſeparatā à viro, neq; aliter legibus aut ſacris canonibus interdictam.

CAP. XIII. De ætate presbyterorum & cæterorum clericorum.

Presbyterum aūt minorem 30. ann. [b] fieri nō permittimus. Sed neque diaconum aut ſubdiaconum minorem 25. neque minorem lectorem decē & octo. annor. Diaconiſſam verò non ordinari in ſancta eccleſia, quæ minor eſt an. 40. [c] aut ad ſecūdas venerit nuptias.

CAP. XIIII. De vxoribus clericorum.

Si autem tempore ordinationis clerici cuiuſcunque collegij, aut ordinis accuſator aliquis apparuerit, dicens eum indignum ordinatione eſſe: differatur [d] ordinatio, & vniuerſa procedant tā pro examinatione, q̄ pro multis cauſis quas in ep̄orum ordinationib. ſanciuimus. [e] Si verò futurus ordinari diaconus non habuerit vxorem (ſicut prius dictum eſt) coniunctam ſibi, non aliter ordinetur, niſi prius ab ordinante eum interrogatus promiſerit poſſe poſt ordinationem, & ſine legitima vxore honeſtè viuere: non valente eo qui ordinat, in tempore ordinationis permittere diaconum aut ſubdiaconum poſt ordinationem vxorem accipere. [f] Is autē qui permittit epiſcopus expellatur ab epiſcopatu. Si verò poſt ordinationē presbyter aut diaconus, aut ſubdiaconus vxorem duxerit: expellatur à clero, & curiæ ciuitatis illius in qua clericus erat, cum proprijs rebus tradatur. [g] Si verò lector ſecundam ducat vxorem, aut primam quidem viduam aut ſeparatam à viro, aut legibus vel ſacris canonibus interdictam, nequaquam ad alium eccleſiaſticum ordinem proue hatur: ſed & ſi quolibet modo ad maiorem ordinem perducat, expellatur eo, & priori reſtituatur.

CAP. XV. Quibus caſibus curiales clerici ordinari poſſunt.

Curiales & officiales non debent clerici ordinari, niſi monaſticam vitam per xv. an. impleuerint, pœna contra facientibus imminente. In prædictis tamen caſibus iura vetera ſeruantur. Item clerici merito & non ſimoniacè ordinari debent: eccleſiis tamen in quibus ordinantur bona eorum ante & poſt donare poſſunt. Bar.

Sed neq; curialē aut officialē clericum fieri permittimus: [h] vt non ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si verò tales perſonæ in clero conſtituantur: tanquam nec ad ordinē perducti, propriæ fortunæ reſtituantur, niſi forſan monaſticam [i] vitam aliquis eorum non minus xv. annis impleuit. Tales enim ordinari præcipimus, legitima videlicet parte [k] curiæ & fiſco danda, ſi in clero conſtituti, monacho concedentem vitam impleuerint. Si verò poſt clericatus honorem aliquis eorum vxorem duxerit, aut concubinam habuerit, curiæ & officio cuius fortunæ ſubiacebat, reddatur, etiam ſi maximè tali eccleſiaſtico gradu tenebatur, in quo quis conſtitutus non prohibetur ſacris canonibus

---

Apoſtata officio curiæ traditur.

† De ætate iſtorū ordinãdorum vide c. cum in cūctis. ex de elect.

[a] Conſtitutio. & p centū milliaria remoto, vt C. de epiſc. & cle. l. quicunque.

[b] Minorem. 35. annor. tantum ēs tempus d̄et habere ep̄s: vt ĩ. eo §. hoc quoq; decretis.

[c] Annor. xl. lex. C. dicebat de 50. ann. quæ corrigitur: vt C. eo. l. nulla. & eodem modo corrigitur alia q̄ dicit de 50. an. ĩ. quō opo. epi. § quāta igit.

[d] Differat. ſed nō differt exſecutio ſnię p̄fecti præ. ſupplicatione facta: vt ĩ. vt ſpō. larg. §. aliud. q̄ eſt ĩ.

[e] Sancimus. vt ĩ. eo. §. ſi quis autem.

[f] Accipere arg. q̄ ſacerdos nō p̄t dando pœnitentiā p̄mittere retineri ꝯcubinā. ſed arg. contra ff. de leg. 2. l. ſi quis in princi. teſtamenti. §. 1.

[g] Tradatur. q̄ d̄r clericū apoſtatanı̄t, officio curiæ dari: vt hic & ĩ quō opor. epiſc. §. ſemel, & à ſacerdotio cadere: vt hic, & ĩ. de nup. §. ſed & ſi quis. & ĩ. q̄do opor. epiſc. §. neque. ſic ēt de monacho: vt ĩ. de monach. §. ſi vero relinquens.

[h] Permittimus. ſed olim fiebat cū diſtinctione: vt C. de epiſ. & clet. l. officiales.

[i] Monaſticam. nō tamen erat monachus. aliàs propriā ſubſtantiam habere nō poſſet: vt ĩ. de monac. §. illud q̄d j̄. d̄r. Sed quō hoc, cū j̄. dicat, idē eſt in alijs monachis? R̄ſ. nun ponit reſpectiue. ſic ĩ. vt de fun. ſeu fun. §. 1. col. 5. Quare ergo vxorem ducere prohibetur? R̄ſ. quia habitū habuit. & quia ſatis eſt clericati curialē.

[k] Parte. ideſt dodrante, ſecundùm Al. vt ĩ. eod. §. curialem. Vel dic verius de ea de qua dicitur C. eo l. officiales. prima verior eſt.

Et

nibus & legibus vxorem accipere. Hoc autem & ſuper alijs omnib. monachis tenere ſancimus, q- de monaſterijs ad quemlibet eccleſiaſticum trāſferūtur gradum, ēt ſi nulli fortunæ ſubiecti fuerint. Et generaliter ſancimus, nulli licere in quolibet eccleſiaſtico gradu conſtituto, diſcedere ab eo & ſæcularē fieri: ſciētibus tale aliquid facientibus, quia & quaſi appoſito ſibi cingulo aut dignitate aut militia nudabuntur, & curiali [a] fortunę propriæ ciuitatis tradentur. Qui autē ante noſtrā legē clerici ordinati ſunt ex curiali fortuna: p ſubſtitutas perſonas [b] pecuniaria munera complere à corporalibus autem liberos ſeruari.

CAP. XVI. Vt ordinationes gratis fiant.

Sed neq; clericum cuiuſcunq; gradus dare aliquid ei à quo ordinatur, aut alij cuilibet perſonæ pmittimus: ſolas aūt præbere eum conſuetudines ijs qui ordinantium miniſtrantes ſunt, ex conſuetudine accipiētibus, vnius anni emolumēta nō trāſcendentem. [c] In ſancta vero eccleſia in qua conſtituitur, ſacrum complere miniſterium, & nulla penitus proprijs clericis dare pro ſua inſinuatione: nec ob hanc cauſam proprijs emolumētis aut alijs portionibus hūc priuari. Sed neque xenodochum aut noſocomū aut ptochotrophum, aut aliū quēlibet venerabilis domus gubernatorem, aut quamcunq; eccleſiaſticā ſolicitudinem agentē, dare aliquid illi à quo conſtituit, aut alij cuicunque perſonæ pro cōmiſſa ſibi gubernatione. Qui vero præter hæc quæ diſpoſuimus, aut dat, aut accipit, aut mediator ſit, ſacerdotio, aut clero huiuſmodi cōmiſſæ ſibi cuiuſcunq; gubernationis nudabitur ijs quæ accipiunt, vindicādis venerabili loco cuius talis pſona ordinationem aut ſollicitudinem aut gubernationem accipit. Si autem ſæcularis ſit qui accipit, aut mediator factus eſt, quod datum eſt, duplum repetitur, & venerabili loco in quo talis perſona ordinationem aut gubernationē aut ſolicitudinem ſuſceperit, præbeatur. Si quis autem clericus cuiuſlibet gradus, ſiue gubernator cuiuſlibet venerabilis domus, aut ante ordinationem commiſſam ſibi cuiuſcunque gubernationis aut ſollicitudinis, aut poſtea aliquid voluerit ſuarum rerum offerre eccleſiæ in qua ordinatur, aut loco cuius gubernationem aut ſollicitudinem ſuſcepit: non ſolum non prohibemus [d] hoc fieri, ſed etiam magis inuitamus eos talia pro ſalute animæ ſuæ facere. Nos enim illa ſolum dari prohibemus, quæ proprijs perſonis quibuſdam præbeatur, non quæ ſanctis eccleſijs, aut alijs venerabilib' locis offerunt.

CAP. XVII. Quomodo ſeruus ordinari poſſit, aut adſcriptitius.

Domino ſciente & non contradicente poteſt ſeruus clericus ordinari: eo ignorante non: & ſi conſtitutus ad ſæcularem vitam redibit domino reſtituendus eſt. adſcriptitij vero præter dominorum voluntatem poſſunt ordinari. Bartol.

SI ſeruus ſciente & non contradicente domino in clero ordinatus fuerit: ex hoc ipſo q conſtitutus eſt, liber & ingenuus [e] erit. Si vero ignorante [f] domino ordinatio fiat: liceat domino intra ſpacium vnius anni & ſeruilem fortunam [g] probare, & ſuum ſeruum recipere. Si vero ſeruus ſciente domino ſiue inſciente (ſicut diximus) eo q in clero conſtitutus eſt, liber factus eccleſiaſticum miniſterium reliquerit, & ad ſæcularem tranſierit vitam: ſuo domino ad ſeruitium [h] tradatur. Adſcriptitios autem in ipſis poſſeſſionibus quarum ſunt adſcriptitij, clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: tamen, vt clerici facti, impoſitam ſibi agriculturam adimpleant. [i]

CAP.

---

[a] Curiali. imo videt q in monaſterium mittat: vt ī. eod. §. ſi monachus. quæ eſt contra. Sol. ſi ſemel fugiat, mittit in monaſterium: ſi ſecundo dat iudici: vt ibi & hic dī. Sed quo datur curiæ: cum ex delicto non pmium, ſed pœnam debeat pati. C. de decur. l. nequis. ff. de inter. & rele. l. relegatorū. in ſi & l. ſequen. quę ſunt contra. Sol. non traditur curię, vt ſit decurio, ſed vt ſeruiat decurionibus, & facit ad hunc §. ī. de mona §. ſi vero relinquens.

Pœna eſt delicti merces.

[b] Subſtitutas perſonas. ar. q per ſubſtitutum quis ſeruit: vt C. eo. l. quiſq. & l. ad ſimilitudinem.

[c] Non tranſcendentem. conſuetudo [1] facit, vt aliquid poſſit dari, quod aliàs non liceret: vt ī. eod. §. præ uibus. & §. pro conſuetudinibus, ſed arg. contra ī. vt nulli iu. §. 2.

[1] Cōcor. xij. diſt. c. quemadmodum. vbi de hoc late tractatur.

[d] Non prohibemus. eadē de epiſcopo dicta ſunt ī eod §. præ oibus §. ſi vero laic' & §. ſi quis autem epiſcoporum. & fac. C. eod. l. ſi quēquam.

[e] Liber & ingenuus. olim clericus eſſe dño volente fieri nō poterat. C. eo. l. iubemus. §. ſeruos. ſed monachus ſie volente eo. vt C. eod. titu. l. ſerui hodie autē fieri poſſunt clerici etiā ſc ēte dño: vt hic & ſic nota, patientiam conſenſui comparari. ſic ff. ad mu. leg quoties.

Patientia conſenſui cōparat.

[f] Ignorante. quod pſumitur. vt C. qui milita. non poſ. l. ſuper ſeruis.

[g] Fortunam. i. quod poſſedeiit eū vt ſeruum tpe ingreſſus. nec enim amittit poſſeſſionem ob ingreſſum. aliàs male ageret cum eo, ſi ſtatim onus probandi in le reuolueretur. & eſt arg. C. de agr. & cenſ. l. ſi quis. lib. 11.

[h] Ad ſeruitiū. Imò curiæ: vt ī. eo. §. ſed neq; curialē. in ſi. q eſt contra. Sol. curialis vel liber curiæ datur: vt ibi: ſeruus verò dño ſuo: vt hic. & ſic ibi de libero: & hic de ſeruo dicit.

[i] Agriculturam adimpleant. etiam per ſubſtitutum: vt C. eo. l. ad ſimilitudinem. & l. quiſquis. & not.

CAP. XVIII. De ædificatoribus eccleſiarum.

Clerici à patrono præſentari debent, & ab epiſcopo ordinari: aliàs quoſcunq; putauerit meliores, ordinare poteſt: & clerici in ſuis eccleſiis morari debent. Bart.

Si quis oratorij [f] domũ fabricauerit, & voluerit in ea clericos ordinare aut ipſe, aut eius hęredes: ſi expenſas ipſis clericis miniſtrãt, & dignos denominant, denominatos ordinari. Si verò q̃ ab eis eliguntur, tanquã indignos prohibent ſacræ regulę ordinari: tunc ſanctiſſimus epiſcopus quoſcunq; putauerit meliores, ordinari procuret. [a] Sancimus aũt reuerẽdiſſimos clericos ſuis eccleſijs obſecũdare, & oẽ eis cõpetens eccleſiaſticum miniſterium adimplere hoc requirẽte vniuſcuiuſque ciuitatis ſanctiſſimo epo, & cuiuſcunq; ordinis eccleſiaſtici primatib^9, eos q̃ hoc ñ cuſtodiũt, regulari multę ſubdẽtib^9.

CAP. XIX. Vt omnes clerici res ſuas in ſua poteſtate habeant.

Presbyteri & omnes clerici res ad ſe pertinentes in ſuo dominio habere debent atq; poteſtate, & eas donare, & de eis teſtari poſſunt ſi ſub parentum exiſtant poteſtate, dũmodo filijs, aut his non extantibus parentibus eorũ relinquãt. Bar.

Presbyteros aũt & diaconos & ſubdiaconos, cãtores [b] & lectores, quos oẽs clericos appellamus, res quolibet mõ ad eorũ dominium venientes habere ſub ſua poteſtate p̃cipimus, ad ſimilitudinẽ [c] caſtrenſium [d] peculiorum, & donare ſecundum leges, & in his teſtari, licet ſub parẽtum ſint poteſtate: ſic tamen, vt horum filij, aut his non exiſtentibus parentes eorum legitimam partem ferant. [e]

CAP. XX. Quibus pœnis ſubijciantur clerici q̃ falſum tulerint teſtimoniũ.

Presbyteri, diaconi, & alij clerici ſi falſum perhibeant teſtimonium in cauſa pecuniaria vel criminali, pœna hic inſerta ſunt puniendi.

Reuerendiſſimis autẽ presbyteris aut diaconis ẽt ſi inuenti fuerint pro pecuniaria cauſa falſum perhibuiſſe teſtimoniũ, ſufficiat pro verberib. [f] tribus annis ſeparari à ſacro miniſterio, & monaſterijs tradi. Pro criminalibus autem cauſis ſi falſum teſtimonium dixerint clero nudatos, legitimis [g] ſubdi pœnis præcipimus: reliquos autem omnes in alijs etiam eccleſiaſticis ordinibus conſtitutos, ſi falſum teſtimonium cuiuſlibet cauſæ ſiue pecuniariæ, ſiue criminalis dixiſſe conuincantur, non ſolum eccleſiaſtico officio repelli, ſed etiam verberibus ſubdi.

CAP. XXI. Vt clerici apud proprium conueniantur epiſcopum.

g Sancimus. hic dicit q pœnæ quæ ante legem illam fuerunt impoſitæ circa caſus huius conſtitutionis, valent etiam ante hanc legem: ſed quæ impoſitæ p hãc ſunt, non valent niſi in futuro: vt C. de legi. & conſti. l. leges. Accurſius.

† Cõcor. cum decoré cum gl. 1. extra de vita & hon. cleri. vbi tenor hui⁹ text. recitatur.

† Iudicari.

DESVNT HIC PERMVLTAE NOVELLAE,

Quas ſequens collatio ordine complectetur.

CODICIS

DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI IMPER.

Repetitæ Prælectionis

INCIPIT LIBER DECIMVS.

TITVLVS I.

DE IVRE FISCI. a 1

In dubio donatarius à fiſco conuentus hypothecaria, debet probare donationem præceſſiſſe, ut abſolutio ſequatur. Bart.

I. Imp. Alexander. A. Attico & Seuero. a

SI prius q̃ b fiſci rõnib. c pr̃ueſter obligaref, d pfect.i e p̃diorũ donationẽ feciſſe fuerit p̃batus: f quod cõtra fraudẽ creditorum g geſtum eſt, nõ reſcindit.

Computatio facta à tabularijs, ſeu à calculatoribus, vim ſententiæ nõ habet quo ad condemnationem & obſeruationẽ: niſi p iudicẽ cõfirmetur. B.

II. Imp. Gordianus. A. Serenio.

INſtar rei iudicatæ obtinere minimè poteſt cõputatio h à tabularijs facta: niſi ſnia procuratoris fuerit comprobata.

Debitori fiſci ſoluenti reſtituitur res eius indebitè alienata. Bart.

a DE IVRE FISCI. Occaſione criminum, de quibus ſuperiori libro dixit, augetur fiſcus: iõ de eius iure dicit. vel dixit de iure publico circa crimina: nũc circa bona fiſco q̃rẽda & cõſeruanda: qđ & ipſum ẽ publicũ alio reſpectu, q̃ ſ. ut ff. de iuſt. & iu. l. 1. §. publicũ. Itẽ fiſcus dr̃ ipſa imperialis, vel imperij camera, 1 nõ dico patrimonij imperatorũ: 2 vt C. de qua. pr̨. l. bñ à Zenone. l. prio. Quicq̃d iñ ſpecialitatis hẽt fiſcus, & Cæſaris & Auguſtæ rõ ſolet habere: vt ff. e. l. fiſc⁹. §. fi. q̃ fiſcalis loco rei Romanæ ſucceſſit: vt ff. de conſti. prin. l. 1. & dr̃ fiſcus, quaſi fixus, i. firm⁹: q̃a ſemp eſt diues, & ſoluẽdo: vt ff de fun. do. l. 2. itẽ q̃d differt hic tit. ab illo de priui. fiſ. Rñ. hic de ſp̃ali iure & cõi qđ hẽt fiſcus, dicit: ibi de cõi: vt j. l. j. 2. & j. & alijs de ſp̃alis: vt j. l l. p̃hibitũ ſed ibi de cõi tñ. Itẽ hic titulus eſt ĝnalis ad oẽs ſequẽtes. & ſic patet, q̃ differat ab illo titulo j. de bo. va. l. quia hic genus. & eſt ſic ff. de ſerui. & de in integr. reſti. qui ſunt generales ad omnes ſeq. titulos. Acc.

b SI prius quam. nã ſi poſtea, reuocaretur per hypothecariam, quocunq; mõ eſſet facta alienatio: vt ff. eo. l. in fraudem. in prin. & ſ. de priui. fiſ. l. cum patrem. c Fiſci rationibus. ideſt fiſco.

d Obligaretur. perſonaliter ex ɔ̃ctu, vel quaſi p hoc bona tacite tenentur, vt ff. eod. l. aufertur. §. fiſcus & C. quibus ex cauſis pig. taci. contra. l. 2. & videbatur fauore fiſci trahi obligatio ad præterita alienata: qđ remouet: vt ſ. de priui. fiſ. l. ſi debitor. & de bo. proſcrip. l. ſi quis poſthac. § pen.

e Perfectam. perfecta dr̃ ẽt ſine traditione: vt inſtit. de don. §. aliæ. ſed hic demum facta traditione, alias caderet in obligationem ſi tradita non eſſet: vt ff. de contrah. emp. l. quod ſæpe. § ſi res. Acc.

f Probatus. ſed à quo? Reſpon. donatarius conuenie batur hypothecaria: vnde ipſa probat. ſed tunc eſt ɔ̃. ff. de pigno. l. & quæ nondum ſunt. §. & quod dr̃. vbi creditor debet probare tam in bonis debitoris fuiſſe. Solu. ſpecialẽ 3 hic pro fiſco. Vel probat reus eo ipſo q̃ non probatur ɔ̃. ſic j. qui mili. nõ poſſ. l. ſi p ſeruis. vel verius dicas: hic vtraq; pars fatebat̃ fuiſſe patris. qui donauit: vñ p̃ſumit̃ duraſſe vſq; dũ ɔ̃xit cũ fiſco: vt ff. de reg. iu. l. id quod noſtrũ 4 & ſecundũ hoc quod dicit in frau. cred. q. d. nec hac rõne põt reuocari, cũ nõ fuerit factum in frau. cred. qui nec erant adhuc, vel dic caſum q̃ agitur Paulia na contra donatarium, & non poteſt eadem ratione: quia adhuc fiſco nĩl debebatur, & tunc ſufficeret fiſcus ipſa re tñ, cũ haberet oĩulũ ĩpetratiuũ: vt ff. q̃ in frau. cre. l. j. §. 1. & l. q. aut. §. ſimilis mõ. Et ẽm p̃dictos duos modos dic, q̃ filij donantis defendebãt donatarios, cũ fortè donans promiſiſſet de euictione: vt C. de euict. l. 2. Vel dic tertio q̃ agitur actione in factũ ɔ̃ hẽdẽ alienãtis. de qua habes. ff. q̃ frau. cre. l. ait p̃tor. §. ſi. quæ põt agi, licet nõ antiqua, quia nõ aeq̃ſiuit idoneũ emolumentũ: vt Inſti. de act. §. ſi. ſed iſta ſic: vt ff q̃ in frau. credit. l. fin. in fi. qua actione hoc caſu non agitur, cum adhuc nõ erant creditores. Sed tunc qualiter reſcinditur dato q̃ agere poſſet? Reſpon. videtur reſcindi quo ad votum agentis: quia hoc vellet, ſed non poteſt, licet habeat intereſſe: ſic. C. de his quib. vt indi. l. Pollia. item nota hic, quod legitime factum eſt, ex ſuperuenienti cauſa non retractatur, vel vitiatur: vt & ſ. de inter. ma. l. 3. & de do. ante nup. l. de rebus. & ff de ſal. l. de eo. §. 1. & ſ. de vect. & com. l. 1. & de bo. proſcri. l. ſi quis poſt. Accurſius.

g Creditorum. p̃ſentium: cum tunc eos non habere. Acc.

h INſtar. Cõputatio. i. traderatio nẽ de ſolutis: vt ff. de condi. & dem. l. cum ſeruus. & dicuntur tabularij, qui cum ſuſceptoribus ad prouincias deſtinabantur: 5 vt j. de ſuſce. l. duos. & eorum officium eſt ingerere frequenter modum debitorum & reliquorum, non vero computare: vt hic, & j. de num. & actu. l. 2. lib. 12. horũ ergo tabulariorum computatio non eſt valida (vt hic dicit) niſi fuerit comprobata à procuratore. ideſt à præſide prouinciæ illius: vt j. de apo. pu. l. 1. hoc eod. libro, vel dic procuratore. i. Cæſaris 6 poſtea cognoſcente inter fiſcum & priuatum de hac computatione, cum denuo fiſcus petat: vt C. ſi aduer. fiſ. l. 2. & ſunt hæc vera, ſi fuit facta per errorem. ad quod ff q̃ ſen. ſi. ap. l. 1. §. 1. ſed tunc ſi ſnia procuratoris per errorẽ eſt data, an valeat? Reſp. ſic, vt C. de erro. cal. l. vnica. niſi error fuerit expreſſus: vt d. l. quæ ſnia ſine appel. l. 1. Vel dic q̃ ẽt ſi non fuerit erratum hic à tabularijs, tamen non valet: quia eorum nõ erat officium in hoc. Item ſi male eſt facta computatio, ẽt ab eo. qui poteſt computare, retractatur vſq; ad 10. annos, 7 ſi per errorem: ſed ſi per gratiam, vſque ad 20. vt no. ff. de admi. rerum ad ciuit. pertinen. l. calculi. Item not. hic arg. q̃ ſi aliquis quaſi delegatus, cum nõ eſſet, tulit ſniam. & ille qui potuit delegare, ratificet: q̃ valeat. ſed ɔ̃dico: vt no. ff. de iudi. l. licet. 8 item ad illam quæſtionem, ſi tres fuerint delegati, & duo abſente tertio iudicent ſuo & abſentis nomine, q̃ poſſit ille habere ratum, eſt arg. d. l. licet. Item pro hoc ff. de re iudi. l. duo. Sed ɔ̃. ff. de arbi. l. ſicuti. quod verum puto q̃ non poſſit, quaſi in præiudicium publicum & alterius tãtũ habeat, nõ ẽt ſuũ proprium: vt in procuratore. Item no. q̃ per iudicem eſt faciendum, quod non põt per notariũ expediri. ſic ſup. de dña. l. a procedente. Et no. quod

1 Subaudi, in qua recepta? q̃rq̃d ad cõmodũ pecuniariũ, vel regni pertinet: vt l. ſed Celſ⁹. ff. de ɔ̃hẽ. emp. Ioã. de Pla.

2 Quia tũc imperator capitur, vt priuatus: & tũc ei⁹ p̃curator differt à p̃curatore fiſci. Bar. & Io. de Pla.

3 Addebãt veteres, & populi: vt Paulus li. 5. ſentẽt. cod. tit. & Lãpridius in Alexandro ait eũ leges de iu. fiſci & populi moderatas & infinitas cũ liſſe. Cõt.

4 Hoi⁹ legis ſcriptio ſic ex manuſcript. libris reponẽda eſt. Impp. Seuerus & Antonio AA. Attico & Seuero. Cont.

5 Hoc eſt falſum, q̃a nec i⁹, nec æquitas hoc dictat: q̃a actore nõ p̃bante, reo incũbit onus p̃bãdi. l. q accuſare. ſ. de a-

den. ſecũdũ Bart.

4 Hodie ſuſceptores vocantur theſaurarij, & cũ iſtis mittebantur aliq. notarij, ſm Bar. & Ioan. de Pla.

5 Mucatraolo, vt ſ. l. 7. De reſcin. vẽ.

5 Recte. Contius.

6 Et bñ. & dic q̃ poſt 30. annos habet vim ſentẽtiæ. Io. de Pla.

7 Cõcor. 9. qõ. 2. c. nullus. in gl. 2. p le. An. io regula, ratã in mercu.

8 ideſt ĩpediũt ipſo iure ualiditatem ɔ̃ctus. Bar. Iol. & Pla. hic.

III. Idem A. Acticæ.

SI minori [a] precio, [b] quàm res eſt, aperta fraude [c] emptoris vel gratia, quæ obligata ſunt fiſco, [d] venierint: aditus procurator meus [e] debitam quantitatem inferenti [f] reſtitui ea prędia iubebit.

Publicatio bonorum ſtatu integro remanente, non impedit quem ſuccedere. Bart.

IIII. Impp. Dioclet. & Maximi. AA. Nicetæ.

CErta forma ſuper metroicis [g] data eſt, qui iuſſu principis in aliam ciuitatem tranſlati ſunt. Nam prædia eorũ, quæ antequàm demigrarent, [h] habuerint: ſi ab ijs diſtracta non eſſent, fiſci rationibus vindicari iampridẽ decretum eſt: [i] niſi aliud ſpeciali pręcepto Auguſta maieſtas decreuerit. Vt igitur a principibus ſalubriter ſtatutum [k] eſt, ita ſaluis his quæ vtiliter placuerunt, [l] parentibus hæredes eos exiſtere minimè oportere, nulla legis ſanctione ſtatutũ eſt. [m]

Nuncijs principis non creditur ſine literis: & ipſis volẽtibus aliorum bona capere, quilibet cuius intereſt, poteſt de facto reſiſtere. Bar.

V. Exemplum ſac. liter. eorundem AA. ad Flac.

PRohibitum eſt cuiuſcũq; bona, qui fiſco locum feciſſe [n] exiſtimabitur, capi, [o] priuſquam à nobis forma [p] fuerit data. Et vt omni pręuiſiõis genere occurſum ſit Cæſarianis: [q] ſancimus licere vniuerſis, quorum intereſt, [r] obijcere manus his qui ad capienda bona alicuius venerint, qui ſuccubuerit legibus [s] vt etiam ſi

hac hius commune habet fiſcus.

[a] SI minori. Debebatur fiſco annua præſtatio, pro qua habet tacitam hypothecã. vt C. ſi propter pu. pen. l. 1. vel aliquod ſingulare debitũ, vbi eſt & tacita hypotheca: vt ff. eo. l. aufer. §. fiſcus. hoc pignus ſi fiſcus vendat, debent multa interuenire, ſ. quod ſit debitũ, & quod ſit ceſſatum in ſoluendo, & quod bonæ fidei ſit emptor: quod hic non fuit: & aliæ ſolennitates: vt j. de fi. inſtr. & iu. ha. fiſ. l. 2. & ſ. ſi pro. pu. pen. l. 2. & ſi aduer. fi. l. fi. aliàs reuocatur res: vt hic, & dictis legibus.

[b] Precio. etiam ſupra dimidiam iuſti precij, cũ ſit dolus, vel gratia: vt ſ. de reſcind. vendi. l. ſi quos.

[c] Fraude. hoc fuit vt venderet, vel viliori precio venderet gratia & ſine dolo emptoris: omnia tñ vitiant: vt d. l. ſi quos. poteſt tñ & pro gratia habenda fieri dolus ab emptore.

[d] A fiſco. aliàs fiſco. & dic, venierint per procuratorem fiſci, vel à fiſco. Sed intra quantum tẽpus poſt ceſſationem? Reſp. 1 anno. & dic, vt no. C. ſi propter pu pen. l. j. in alio debito dic, vt in alio creditore: vt ſupra. de iur. do. impe. l. fin § primo.

[e] Meus. ſ. Cæſaria.

[f] Inferenti. debitor infert, id eſt ſoluit quod debuerat. Sed cui? Videtur emptori: vt ff. de rei ven. l. ſi emptor. & ſupra ſi ven. pig. aga. l. 1 & de præ. mil. l. vtere. dic econtra non emptori, & ſic fiſco: vt ſ. de præſc. 30 ann. l. 1. in fi. & j. de prædi. curia. l. 1. in fi. Sol. ſi precium eſt verſum in vtilitatem debitoris, quia fiſco debebatur: tunc emptori infertur, vt in primis legibus: aliàs non, vt in alijs. dic ergo emptori, ſi ſoluerat fiſco: & ſecundum hoc dic debitũ, ſ. quondam. & ſi non ſoluerat precium, tunc fiſco infertur: & propriè dr debita. vt ff. de reſcin. ven. l. fundus. in fi. Vel dic, ſi contractus nõ tenuit, vt quia prohibitus à lege, vel quia dolus dedit cauſam contractui: & tunc fiſco, aliàs emptori, ſi ſoluerat fiſco, ſed oppo. ergo fiſcus habet bis 1 rem. ſemel vt debitum, & ſemel pro delicto emptoris: vt ff. eo. l. Lucius. licet participauerit venditor delicto: vt C. de ſac. ſanc. eccle. auth. q. rẽ. Itẽ ſi traditus erat fundus, quo procurator Cæſaris eſt iudex inter priuatũ & priuatũ: immo præſes prouinciæ: vt d. l. fundus? Reſp. ſi non tradiderat fundum fiſcus. Vel dic, ſi tradiderat, adhuc habet fiſcus: quia poteſt vindicare ad inſtar œconomi, qui fecit ſimilem venditionem: vt C. de ſacroſan. ecc. l. iubemus §. ſanc. nec liberat cedendo actionẽ: quia nõ ideo tenetur quod actionem habet: ſed quia male vendidit: vt no. ff. de pecu. l. quod debetur. & ſm hoc agit cõtra fiſcũ act. pig. ſi aũt cõtra emptorẽ agat rei vin. quod põt per l. fundus. vel interdicto fraudatorio: vt ff. de ſolu. l. pupilli. præſes ſit iudex. Vel certè & tũc eſt procurator iudex. cũ enim dẽat facere reſtitui fundũ per fiſcũ. & fiſcus nõ habet, ſed emptor: oportet quod & ad emptorẽ manũ porrigat: quia eſt iuriſdictio &c. ſ. de iur. om. iud. l. 2. & eſt notãdum, quia aut legitimè eſt facta venditio, & emptor eſt ſecurus: vt ſ. ſi an ti. cre. l. obligata. aut venditor tñ commiſit dolum in odium debitoris: & tunc tenetur ipſe ſolus: vt vt ſ. ſi ven. pig. ag. l. j. tñ. aut vterq;, & tũc emptor in ſubſidiũ: vt ea l. in fi. ſi autem emptor ſolus: tunc ipſe. & hoc vbi tenuit contractus: aliàs licet vterq; participet fraudẽ, et prius poterit emptor cõueniri: vt hic. & ſ. ſi vẽ. pig. l. cũ §. Item quid ſi emptor velit hic ſupplere precium? Reſpon. vt not. in d. l. cum contra. Item fortè hic emptor tenetur in quadruplũ: vt j. eo l. qui in contractibus. Acc.

[g] CErta. Metroicis. hi tranſlati ſic dicuntur à metron, quod eſt menſura: quia menſurata ciuitatis terra dabatur eis in reſtaurationem ſuam. metron enim Græce, Latinè menſura villatum dicitur. hæc tamen tranſlatio videtur abolita, cum ex ea nil aliud acceſſerit reipublicæ niſi bellum ciuile: vt ſ. de La ti. liber. tol. l. 1. in prin. Acc.

[h] Demigrarent. id eſt recederent. ſic ponitur. ff. de migrando. & facit infra non lice. habita. metro. lege prima.

[i] Decretum eſt. à principibus: vt infra ſtatim.

[k] Statutum. de dictis prædijs confiſcandis, ſi diſtracta non fuerint.

[l] Placuerunt. de dicta confiſcatione.

[m] Statutum eſt, ergo vbicunque parentes morabãtur, quod enim non prohibetur, permitti intelligitur: vt ff ex quib. cau. ma. l. nec non. §. ſed quod ei. & ſic nũ quod præterita perdit. & noua quærit. ſic. ff. man. l. ſi mandauero § is cuius. Acc.

[n] PRohibitum. Feciſſe. ſi locus fiſco multis modis, vt ff. eo. l 1. Acc.

[o] Capi. per officiales fiſci vſque nunc.

[p] Forma hæc forma datur in literis, vt inf. dicitur, & j. de bo. va. l. ſi. Acc.

[q] Cæſarianis. id eſt, officialibus fiſci: vt infra dicitur.

[r] Quorum intereſt. quia habent ius in bonis: vt j. de bo. vac. l. fin. Acc.

[s] Succubuerit legibus. ſuccumbit legibus ille. cuius bona ad fiſcum deuoluũtur pro delicto, vel alio modo. Accur.

Dic, quod iſtud relinquitur arbitrio iudicis ſm Saly. in d. l. j. ſ. ſi pp pu. penſ. ſm Io. de Pla.

Metrocis legendum docet Alcia. ti. de iura fiſ. 1 ptin. ann ſuarũ ad ites li. C. & Pyrrhus hic. Metęci, & Apęti aduenæ dicunt l. pupillus. §. aduena. de ver. ſigni.

Reprobatur per Bar. & Io. de Pla. quia qui habet actionem ad rẽ, non põt conueniri vt poſſeſſor: vt l. Põponius. §. ſi is. in gl. ſi. ff. de acq. poſſ. Ideo dic, quod ſi fiſcus non poſſidebat: põt conueniri tñ actione pignoratitia perſonali ad intereſſe. Bartol. & Pla.

Legẽdũ ſuccubuerint, i. ceciderit in cãm eadem duci.

Intellige iſtud in reb. imobilib. nõ autẽ in mobilib⁹: quia illa ſecũ portare põt: & ſic ceſſat rõ prohibitiõis. ff. de pub. l. licitatio §. fiſcus. Pla.

Deſiſtere.

a Deſiſtere. capiendo ſine forma.
b Reſiſtentibus. Not. q etiam principis officialibus reſiſtitur, ſi excedāt in ſuo officio. ad quod C. de appe. l. quoniam. & infra. de meta. l. deuotam. & ſupra. quando ite. vnicuique. l. j. Accurſius Florentinus.

officiales auſi fuerint à tenore datę legis deſiſtere a ipſis priuatis reſiſtētibus, b à faciēda iniuria arceātur. Tūc.n. is cuius intereſt bona alicuius nō interpellari, officialibus volētibus ea capere, debet acquieſcere, cū litteris nr̄is c cognouerit nō ex arbitrio ſuo Cęſarianos (.i. officiales d) ad capiendas eaſdē veniſſe facultates, ſed iuſtitiæ vigorem e id fieri ſtatuiſſe.

Procuratore fiſci agente ante tempus actio perimitur, ſicut quolibet priuato agente. Bartolus.

VI. Imp. Conſtantinus A. ad prouinciales.

IVſtas f ēt, & q̄ locū habēt, g fiſci actiōes pcipim' cōcremari h ob hoc ſolū, q ſuis temporibus prolatæ nō ſunt: vt iā i calumniæ priuatorū eo ſaltē arceant exēplo, quo k iuſtas fiſci lites ſilere pcipimus. l Dat. III. Cal. Iun. Conſtantino A. V. & Licinio Cæſ. Coss.

Contra fiſcum licet cuilibet ſe defendere: & ante ſententiam bona non auferuntur, ſed poſt ſententiam ſollicitè inueſtigabuntur: quod etiam in officialibus locum habet. Bartol.

VII. Idem A. ad Voluſianum præfectum vrbi.

DEfenſionis m facultas danda eſt his q bus aliquam inquietudinem fiſcus n infert: cum facultates eorundem adhuc controuerſia pendēte o inquietare deſcribique p fas q non ſit. Vbi ergo controuerſia extiterit fiſco alicuius patrimonium vindicante: apud eum r omnibus facultatib' cōſtitutis cognitio s vētileť: vt cū rei exitus t debere eas vēdicari pbauerit, tūc demū res pſeq liceat, & ſup modo facultatū ac rerū interrogationē u haberi q̄ p cōditionales x ſeruos inueſtiganda eſt: vt ſi qd ſubtractū fuerit, exigat, & extrinſecus integrum y tantum aliud multę nomine

c Literis noſtris. ad hoc ſ. de mand. prin. l. 1. & ſ. de epiſc. & cler. l. ſi qua per calūnia §. 1. & j. de exact. tri. l. 1.
d Officiales. ſi appono tur. C. de bo. proſcrip. l. ſi quis poſthac. in fi. & ſunt palatini, quod dic vt infra de bo. vacā. l. fin.
e Vigorem. id eſt principem, qui eſt vigor iuſtitiæ: vnde dicitur lex animata: vt in authen. de conſu. in fin. & ius prætorium, vox iuris ciuilis: vt ff. de iuſtit. & iur. l. nam. & no. aliquid eſſe, quod ſine authoritate ſuperioris non licet fieri: ſic ſupra de pigno. l. nominatori. & ſupra, vt nemo pri. l. 2. & ſupra neqs in ſua cau. iudi. l. j. & infra de exact. tri. l. 2. ſ. vnde vi. l. meminerint. & ff. eod. l. aufertur. §. actores. Accur.
f IVſtas. alias ſi ſuo tēpore agerentur. Accur.
g Habent. id eſt qui ſunt efficaces, ſi ſuo tēpore agereť.
h Concremari. id eſt amitti, vt in fi. l. colligitur.
i Vt iam. aliàs iam. alias vt iā &c. ſic ergo idē ius eſt in fiſco & in priuato. vt arg. ff. de peti hære. l. itē veniunt. §. ait ſenatus, ſ. vt agēdo ante tempus perdať actionem hic, & inſtit. de ac. §. ſi quis agens. ſed hodie duplicanť induciç, & redduntť impenſæ: vt inſtitu. de excep. §. hodie. & ſecundū hoc hæc l. fuit de legibus Codicis anoq, quē non habemus, ſ. Gregoriani, cū per Inſtituta corrigatur: ideo forte poſita vt notaret ſimile ius in fiſco & priuato. Vel poteſt dici q ea actione per pſcr. amiſſa agiť quod nō poteſt: ſicut nec priuatus agit: & pdiť fiſcalis actio viginti an. vt ff. de diuer. & tēp. pręſcri. l. in omnibus. & ff. eodem lege. 1. §. præſcriptio. prima verior.
k Quo. aliàs quod. & aliàs quo.
l Præcipimus. ſed quo agente perdit fiſcus? Reſpō. procuratore fiſci, qui habet liberā adminiſtrationē. vt & Cæſaris: vt ff. de offi. pc. Cæſa. l. j. & not. q hac l. fiſcus conſequitur ius commune. Acc.
m DEfenſionis aliàs facultas, aliàs defenſionis incipit lex: & differt ab illa ſupra. eod. l. prohibitum. quia illa de facto, t hæc iure permittit defenſionem. Accur.
n Fiſcus. id eſt procurato fiſci, vel officialis, vel etiā delator, cum petantur bona aliqua fiſco obuenientia occaſione delicti, vel ſucceſſionis: vt infra de bo. vac. l. fina. & eſt hæc l. ius commune.
o Pendente. ſ. an bona compe:ant fiſco, vel non, q2 dubiū eſt, an deliquerit: vel an alius fiſcum pcedat. primo enim cauſa criminis tractari debet: vt ſ. vbi cauſæ fi. l. j. & an alius pcedat fiſcū in ſuccedēdo j. de bo. vac. l. pe. Quid aūt ſi de hia liquet, ſed referť q̄ſtio quaſi hæc nō ſint de bonis illius? Rñ. & hoc primò inquirendū: vt hic. & ff. de re indi. l. à diuo. §. ſi ſuper. & j. de bo. va. l. fin. hodie autem in delictis immutatur in aliquo: a vt in auth. vt nul. indi. §. fin. Item vbi non eſt qui controuerſiā referat, & aliquid aut publicationa aut alia ratione iutis eſt addendum fiſcalibus ſubſtantijs per communem rerū priuatarū & p rationalē in ſingulis quibuſcunque prouincijs poteſt incorporatio impleri: vt infra. de bo. va. l. ſi qū. & ſ. de bo proſcri. l. ſi quis. infra.
p Deſcribi. ad hoc ſ. vt nemo pri. l. 2. & ne liceat ſine iudi. au cto. l. 1.
q Fas. id eſt honeſtum. Acc.
r Apud eum. qui patitur controuerſiam à fiſco.
s Cognitio. ſed ſub quo? Reſpondeo ſub præſide, qui eſt iudex rei? vt infra de bon. vac. leg. fina.
t Exitus. id eſt cauſæ finis: vt ſententia. ad quod ff. de re iudicata. l. prima. & ſupra quorum appellac. l. abſtinendum.
u Interrogationem. & cum tormentis à ſuſpectis: ſupra de quæſtio. l. fina. & in auth. de teſti. & ea quę pa. §. ſancimus. Acc.
x Conditionales. id eſt notarios, l qui ſerui dicuntur: vt hic, & ff. de adm. l. nō aliter, à ſeruiēdo. & cōditionales ideo, quia hominum conditiones & contractus faciunt: vt ſupra, qui pot. in pig. ha. l. ſcripturas. Vel erant veri ſerui & notarij. id eſt notatores: vt ſupra. de pig. l. ſi obi. nō tabelliones: vt infra de tabel. l. generali. Acc.
y Integrum. aliàs eſt integrum, & aliàs deeſt. & not. q qui facit fraudem fiſco in quærendis, in duplum puniť: vt hic, & ff. de publ. l. ſi multi. & ff. eo. l. aufertur. §. j & ſecundum hoc dicitur non facere fraudē fiſco, ſ. vt vltra duplum teneať: vt ff. eod. l. cum quidam. ſed ſi in quæſitus, A tunc in quadruplū teneať vt ff. eod. l. aufertur. §. fin. & infra de his qui expu. leg. prima. & infra l. proxi. ſed in caſu in quadruplū

Co. Th. eo. ti. l. 3.

t Intellige in defēſione neceſſaria ſecus in voluntaria, q bene poteſt tolli p ſtatutū: vt in nou. in c. cū in ter, extra de excep.

Co. Th. eo. l. 5.

a Et bene. Bart. & Pla.

l Iſtam gl. ſequiť hic io. de Pla.

A Iſta gl. approbať per Bart. & Ioā. de Pla. in l. ſequen.

etiam in non q̃ſitis: vt ĩ. de exeu. mu. l. placet. Itẽ cõ eos. ſ. de bo. proſcri. l. ſi qs intra. in fin. & de iure de li. l. ſi. §. illo. Item ſunt & alij qui puniunt pro hac fraude: vt infra de bo. va. l. ſi. in ſi.

a Cæſariani. i. officiales: vt ſup. eo. l. prohibitum.

b Inciderit. in hac quæſtione. ſ. quia dicitur aliquid ſubtraxiſſe. Acc.

c Ad vſurpationẽ. ſ. quin puniatur pœna huius conſtitutionis. immo præcipue iſti debent teneri: quia conſueuerũt talia facere. & ſic no. dno. Primum: quia officiales plura mala ſciunt & committunt quàm alij: vt in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. j. & in authẽ. de exhib. & intro. reis. §. j. & ſic ad proximum dictum, vel ad prin. §. refeſas: vt ĩ. dices. quod non placet. Itẽ q̃ propter conſuetudinem delinquendi plus vel facilius eſt quis puniendus: vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. quantitas. & de epiſ. audien. l. j. in ſi. Accur.

d Quibus, ſcilicet fraudibus.

e Prædicti. ſcilicet Cæſariani. & aliàs, prædicta.

f Temerare. coram p̃ſide, vel temerare, ideſt corrumpere.

g Exceptionem. i. vt eos excipiamus. i. cõprehendamus ſub hac l. ſic & ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac. §. parentes. vnde ſcriptor dicitur exceptor: vt ff. lo ca. l. ſed addes. §. ſin. Vel põt ſecundo dici, q̃ ſi officialis ceciderit in hac quæſtione, i. q̃ velit aliqua bona quæ debet defendere cõ fiſcum, q̃ non det ei facultas defendendi propter conſuetudinẽ. n. excipiẽdus ab hac conſtitutione. ad qđ facit. C. de epiſ. audien. l. iij. §. ſi. & in authen. de eccl. titu. §. interdicimus. col. ix. quaſi omnia quæ habet, præſumantur fiſci, vt ibi dicitur in prælato. h ſed prima tutior.

quãtũ fuerat p fraudẽ ablatũ. Sane ĩ huiuſcemodi q̃one ſi Cęſariani [a] nomẽ ĩciderit, [b] ad vſurpationẽ [c] cõſtitutionis iſtius non debebit accedere, ſi qdẽ cõſuetudo fraudũ, qb[d] [e] p̃dicti [f] oĩa temerare cõſueuerũt, exceptionẽ [g] eorũdẽ meruit. D. Pr. Cal. Ian. Sirmio, Cõſtãtino. A. VII. & Cõſtãtio Cęſ. C.

Qui in fraudem fiſci ſuper rebus fiſco incorporatis contrahit: punitur in quadruplum. Bartol.

VIII. Impp. Valẽtinia. & Valens AA. ad Dracontium vicarium Africæ. †

QVi in cõtractib. [h] ſceleſtis, [i] ac fiſco pnicioſis ĩteruerſorũ [k] maculoſis ſeſe fraudib. implicuerint: quadrupli [l] redhibitiõe teneant. Da. xv. Ca. Dec. Adrumeti, Val. & Valẽte AA. Coſ.

Forma & lex data & conſuetudo antiqua in electione officialium eſt ſeruanda. Bartol.

IX. Imp. Honorius & Theodoſius AA. Patricio comiti rerũ priuatarũ. †

SVper creãdis [m] ſuſceptorib⁹ piculo pcuratorũ rei dñicæ, [n] diſpoſitionẽ tuæ ſublimitatis firmã eſſe pcipim⁹: ita, vt oĩ ambitione ceſſante, q̃ ſtatuta ſunt, q̃ q; antiqua cõſuetudine cõmẽdant ĩ pabulis, [o] vel ſumptu familiæ miniſtrãdo, intemerata pmaneãt: ſup Irenarca [p] & optione [q] ſibi antiqua cõſuetudine [r] obſeruãda. Dat. III. Calẽ. Ian. Cõſtãtinop. Th. A. VIIII. & Conſtantino. II. Coſs.

Bona delinquentis mortui nõ ptinẽt ad fiſcũ: niſi viuẽs fuerit cõdenatus. B.

X. Idẽ. AA. Palladio p̃fecto pretorio Oriẽtis. †

EOrum [s] patrimonia mortuorũ, q vitę ſuę tpe diuerſis conſcientiã ſuam dicunt polluiſſe criminib⁹, fiſci rõnib⁹ nequaquã cõpetere, vel ab eo alienari cẽſemus, niſi poſt publicã accuſatiõnẽ eos cõſtiterit fuiſſe cõuictos.

h QVt in contractibus. In hac l. eſt ius ſingulare. Accurſius.

i Sceleſtis aliàs ſceleſtis: & aliàs, ſceleſtibus. i. ſ qb⁹ cõmittit ſcelus: & pone exẽpla: vt ĩ. de his q ex pub. ratio l. j. ſcẽ ſi in aurotus l. s. I e. ti. Itẽ pone p. l. ſ. e. l. ſi minori, nã ibi q̃ſitũ erat pignus.

k Interuerſorũ. aliàs peruerſorũ: aliàs interuerſorũ & dic, i. eorũ q ſub p̃textu credendi interuertunt. ſiue ſint exactores, ſiue tabularij, ſiue autarij, ſiue alij officiales, qui ſuper pecunia publica contrahunt.

l Quadrupli. in quod ſolum tenent, etiam ſi multi ſunt tam accipientes, quã dantes ſm Py. licet ſecus ſi furto facto priuato: vt ff. eo. l. aufert. §. fina. facit ĩ. de exeu. mu. l. placet. Sed contra. ĩ. l. proxi. & ff. eo. l. aufertur. §. j. Sol. ibi in quærendis. Acc.

m SVper creandis. Hæc lex mittit comiti rerũ priuatarum, & dic, ſuſceptoribus auri vel argenti ſeu quarumcunq; ſpecierũ deuoluendarũ ad fiſcum: vt ĩ de ſuſcep. per totum, & maxime in l. ſi.

n Res dominicæ. Hi ſubſtant comiti rerum priuatarum & eligebant ſuſceptores p̃ſentibus multis publicis perſonis, vt ĩ. de ſuſ. l. exactores. & periculo ſui eligentis: vt hic, & ĩ. de ſuſce. lege. exactores.

o In pabulis. aliàs inculpabiles. ſ. conſuetudine, ſecus ſi culpabiles: vel auth. vt nulli iudi. §. j. aliàs, in parabolis. ſ. in verbis commendatitijs, & aliàs, in pabulis, & hæc verior. & dic familię. ſ. publicæ. q̃ erat cum ſuſceptoribus. Vel dic: familiæ deferẽti ſpecies auri vel argenti. quæ ſacris largitionibus ex more: redduntur. vt ĩ. de naui cularijs. l. 4.

p Irenarcha. qui p̃ſonali funguntur munere, & de ſuo nihil erogare cogit: & pabula & ſumptus de publico ei adminiſtrandi ſunt: vt ff. de mune & hono. l. ſi. §. Irenarchæ. & hũc eligunt decuriones iudicis præſidis: vt ĩ. de irenarchis. l. j.

q Opinione. vnum genus exactorum publici debiti vocatur optio: qđ colligit. ĩ. de apo. pu. l. quicũq; & ĩ. de ero. mili. an. l. opinatoribus. eo forte, quia percipit quod optat. aliter dicitur electio militum: vt arg. ſupra eo. l. ſi.

r Conſuetudine. in præſtando ſumptum, vel etiam in electione: & ſic nn. pro conſuetudine. ad quod ĩ. de paſcu publ. l. j.

ſ EOrũ. Pone caſum tribus modis. Primo modo ſic: decedẽs in reatu [t] habet hæredem non fiſcum, niſi viuẽs fuerit conuictus. ſubaudi, & cõdẽnatus, vt ff. de accu. l. ex iudiciorum. in prin. hoc autẽ fallit qñ crimen eſt tale, vt ad hæredes trãſeat, vt maieſtatis, & ſimilia, vt ibidem no. Idẽ fallit, ſi erat iam damnatus, & appellatio pẽdet. nam tunc diſtinguitur, etat ſnia bonorũ tacita, vel expreſſa, vt C ſi pen. appe. reus vel accu. mor. fue. l. ſi & ff. ſi pen. app. l. j. in princ. huic enim criminoſo ſolui poteſt. & bona ſua adminiſtrat. ff. eo l. aufert. §. ſi in reatu. & de ſol. l. reo. Secundo pone q̃ mortuo criminoſo ex crimine quo hæredes tenẽtur, fiſcus vult bona. ſed hæres negat crimen fuiſſe commiſſum à defuncto: non poteſt fiſcus habere, niſi primò cõuincatur mortuũ fuiſſe criminoſum, vt hic, & ff. eo. l. ter. Tertio dic [u] ſecundum Py. & Ioann. quòd conſcinerit ſibi mortem criminoſus: & ſecundum hoc quod dicit criminibus ſubaudi, & per hoc q̃ conſcius ſibi mortem.

Nam

† Co. Th. eo. ti. l. 10.

a Iſtam expoſitionẽ ſequuntur Bart. & Pla. hic.

a Immo dic, quod ſecus eſt in officiali, vt non p̃ſumatur quæſiuiſſe de bonis fiſci Bar.

a Approbatur per Io. de Pla.

a Iſtam Io. ſequũ-

tur Bar. & Pla. hic.

† Co. Th. e. ti. l. 17.

† Aleiatus l hũc ti. opinionẽ dici putat militem. qui agios antecedat, tanquam eorum vicẽ, ſi vſus venerit. gerere ſit paratus.

ſ Iſta lectura pcedit quantũ ad pœnam criminalem inferẽdã: ſed ſi agatur ciuiliter, pœna tranſit in hęredem. Barto. Pla. hic.

ſ Oẽs lecturę ſunt bonę ſm Bar. & Io. de Pla. hic.

nam & tunc non debent accipi bone, niſi pp crim conſciuit ſibi mortẽ nõ tædio vitæ: vt ff.e l.in frau. dem.§.eius.& ĩ.de bo e.l.3. in prin. & niſi crimẽ fue rit pbatum poſt mortem: vt hic, & ff.eo.l.in fraudem.§.eius & niſi in vita fuerit accuſatus, vel poſtulatus, vel in crimine deprehenſus: & crimen eſt tale, vnde viuens damnatus bona pdit: vt ff.de bo. eo.l fin. & facit ad l. ff.eo. tit.l.ei qui. ſed hodie reſtringitur: vt in Auth. vt nulli iudi. §. ſi. ĩ.colla. ix.

DE CONVEnlendis fiſci debitoribus.

a Non Iniuſta. Tribus modis põt intelligi. Primo q aliqs adminiſtrabat negotiũ publicũ, p quo vos pmiſiſtis indẽnitatẽ fideiubendo. Primo ergo principalis q̃ fideiuſſor conueniendus eſt: vt ĩ. de decur. l. 2.licet in alijs fideiuſſorib. ſit ſecus iure iſto: vt C. de fideiuſ. l.iure noſtro.ſed hodie idẽ. vt in Authen. de fideiuſ. §. 1. coll. 1. & ſm hoc nil facit finis, mercati eſtis.& ſub. ẽt. Itẽ dicas pmiſſa in idem à nobis. Vel ſecundo dic q ipſi gerẽtes negotiũ publicũ promiſerũt indẽnitatẽ, & cõ xerũt reliqua: & vos, qui emiſtis ab eis, cõuenlemini nũc hypothe. vt ff. de iu fiſ l. Moſchis. ſic facit ĩ. de deb.ci.l. fin. item facit ad vtranq; poſitionem. ff.de admini.rerum ad ciui. pertinen.l. curatores.§.fin.Vel dic tertio, q qui geſſit, indemnitatem promiſit: & vos qui emiſtis, adhuc non ſoluiſtis precium: & ſi fiſcus conuenit debitorem ſui debitoris, ſuo debitore non condemnato: dummodo conuento prius, & inuento non ſoluendo: vt ff. de iure fiſ.l.4.§.multa.& ĩ.qñ fiſ.vel priua.l.nõ prius. ſecus in priuato. qui demũ cõdẽnato debitore & tũc p officium executoris: ſed hoc iure actionis, ſ.condictionis ex.l. vel ilia vtili quam cõ debitorem habet directam: vt ĩ.quando fiſ. vel priua. l. 2. & 3.& facit. ff. manda.l.ſi mandato meo. §. fina.& commo.l. vnde quæritur. in prin. & ĩ.de ſuſcep.l. 2. & ff. de fideiuſ.l. ſi dubitetur.& ſupra depoſiti. l. ſi is. Accur.

b Priori.aliàs principali, aliàs priori.& not. q hac.l. habet fiſcus ſecundũm R. ius commune: i.imo certè ſpeciale.Et adde quod no. ff. de iu. fiſ.l. 3. §. multa.

c Reliqua. reliqua trahere, ideſt effici debitorem: vt ĩ. de teſta.manu. l.cum teſtamento.& de condi.& demonſtratio.l cum ſeruus.

d Ab his.ſcilicet principalibus.

e Fiſco. Argentum. hoc argentum ſolutum non peruenit ad fiſcum: vel ſi peruenit, nõ liberat ſolutione eius quod debet, vt & aliàs ĩ.de non num. pe. auth. cõ qui pprij & hoc ideo, qa ſubſcriptum non fuit.

f Rõnibus. ſ.publicis. ſoluiſti. ſ.exactori. Sed ob. quia ſi ſoluit, non eſt rõ q teneatur: immo eſt rõ q non teneatur. Sed dic, quia ſi ſoluiſti ſine ſubſcriptione: & ſic eo modo quo non debuiſti. Et no. q cautio debet fieri de ſuſcepto: vt ĩ. de colla. fun. pa. l. placuit.& in Authen. de eccle.re. immo. alie. § ementibus. & in auth. de col. §. iubemus. cui debet ſubſcribere vn⁹ de tab. duobus: vt ĩ. de ſuſce. l. duos. & ſi ſic fiat, ſtatim ſoluens eſt ſecurus: vt ĩ. de qua. præ. l. 2. in fi. & de non nu. pe. l. in cõtractibus. ſed eo modo facta non fuit hic. Accurſius.

g Subnotauit. ideſt ſubſcripſit: vt C. de pba.l. exemplo.

h Datur. fiſco.& facit ĩ. de nume. l. 2. ſed arg. contra C. de col.l. fine. & ſi tutor vel tutor.l. 3.

i Quoniam. Reliqua. tributorũ. vel aliorũ debitorũ ſiſci: quæ dicuntur reliqua, etiam ſi nihil ſit ſolutum: vt ff. de verbo. ſignificati. l. poteſt. & l. cæterorum.

Dat. viij. Idus Iul. Rauennę Euſtathio & Agricola Conſ.

Conſtitutio xi. Græca hoc loco deſiderata, ex Prætermiſſorum claſſe infra ad finem libri xij. repetatur.

TITVLVS II. DE CONVENIENdis fiſci debitoribus.

Fideiuſſor officialium non poteſt conueniri, niſi principali excuſſo: etiam ſi de bonis principalis aliqua bona emerit. Barto.

I. Imp. Gordianus A. Saturnino & alijs.

Non iniuſta [a] rõne deſideratis, repromiſſa fiſco indẽnitate, eos priori [b] loco cõueniri, qui reliqua [c] contraxerũt: mox ad vos puениri, qui ab his [d] quædam mercati eſtis.

Cautio quæ non probat contra fiſcum, ſed contra officiales, facit vt officiales primo cõueniãtur. B.

II. Impp. Valer.& Gall. AA.& Valerian. C. Erophilo. †

Fiſco quidẽ cõ te manet actio, q argẽtũ [e] quod inferre debebas, rõnib. [f] fuerit relatum, ſi cautionẽ quę tibi ſup eo expoſita eſt, tabulari⁹ nõ ſubnotauit: [g] æquũ tñ eſt, vt prius de bonis eius qui exactor fuit, ſi ſoluẽdo eſt, & cõueniẽdi eius facultas datur, [h] indẽnitati fiſci ſatisfiat: tũc à te, ſi ſeruari hic modus non poſſit, repoſcatur.

Si diuerſa eſt adminiſtratio à iudice, vel ab eius officialib. primo conueniuntur gerẽs, fideiuſſores et noĩatores ipſius, quã p ueniatur ad collegã. B.

III. Impp. Diocletia. & Maximia. AA & CC. Ianuario & alijs.

Quoniam Augerio ac filio eius ad exigenda reliqua [i] conſortes vos atque cõſocios [k] eſſe dicitis, eiſque [l] certorum † dumtaxat nominum [m] exactionem mandatam: [n] nec inter eũ [o] & cæteros [p] qui exactores fuerant nominati confuſæ exactionis mutuũ [q] periculum conſtitutum, ſed ſeparato muneris [s] ob

† Sic repoſuimus ex exemp. Victoriano, cũ antea legeretur cæterorum.

k Cõſocios.aliàs ſocios: aliàs ſociatos: quia cum eis vel poſt eos ad idem officium electi eſtis.

l Eiſque.ſcilicet Augerio & filio.

m Nominum.obuenientium pro reliquis prædictis.

n Mandatam. à nominatore: per quod videtur vos prohibuiſſe, & illos ſolos exigere voluiſſe: vt ff. de procurato.l.itaque.& C.de procurat.l.maritus.& ſic adminiſtrationem diuiſiſſe, vt ſubijcit. ſi autẽ dicas ipſos exactores inter ſe diuiſiſſe: planum eſt. Accurſius Florentinus.

o Eum.Augerium. Acc.

p Cæteros.ſcilicet vos,& alios, ſi qui ſunt.

q Mutuum.i.commune, ſ.diſtincte: ſed cũ diſtin. l.quæ ſequit. bene eſt periculũ cuiuſq; in ſolidũ: vt ſubijcit, & ff.ad munici. l.imperator.

s Muneris. ideſt officij exactoris: quod eſt munus perſonale: vt ff. de mune. & honor.l.fina.§. qui annonam.

a Diſcretam. ideſt ſeparatam. ſi ergo ſeparata non eſſet, omnes exactores ante nominatorem conuenirentur: vt infra, quo quis ordi. l. ij. in princip. Accurſius.

b Exactorum. prædictorum nominum ſpecialiter commiſſorum.

c Nominatores. qui ſint, & qualiter nominentur, habes ſ. de ſuſcep. l. exactores. Accur.

d Rationalis. ideſt procurator Cæſaris: vt infra, de modo mul. l. ij.

e Etiam vos. licet ſeparatim geſſeritis, ſed hoc ita, ſi tempore depoſiti officij collegæ fuerint non ſoluendo: alias ex perſona eorum conueniri non debetis: vt ff. ad munici. l. imperatores. & ſ. de periculo. no. l. j. ſic ergo primo gerens, ſecundo nominator, tertio collega conuenitur. Sed videtur primo debere conueniri collega: vt C. de mag. con. l. aduerſus. Solut. ibi omnes geſſerunt: hic vero non omnes, in quantum eſt in illis nominib. Item ſi dicas diuiſionem factam à iudice, ſeu nominatore, ad quid tenetur alter? Reſpō. ad nihil. Vel dic factam eſſe à ſeipſis, vel ſi à nominatore, dicas eum conueniri en caſibus quibus & tutor non gerens, ſi eſt diuiſa à iudice, ſ. ſi debuit ſuſpectum facere: vt ff. de adminis. rerum ad ciui. perti. l. fin. §. antepen. & ff. de admini. tut. l. Lucius. §. antep. & pen. & ad de his diſtinctionē, quia aut omnes geſſerunt: & ſimul ſuls indiuiſū, aut diuiſim diuiſione facta à ſe, aut à iudice: aut tantū vnus geſſit. Primo caſu omnes collatores, & etiam ſi deinſſores coram ante nominatorem cōueniuntur: vt ſ. quo quis ordin. con. l. j. in prin. idem in tutoribus: vt C. de ma. conue. l. aduerſus. ſi diuiſim à iudice: tunc obtinet quod hic dicitur, & ſ. quo qs ordi. ha. §. s. l. in caſibus in quibus & tutor. vt modo no. ſi autem ipſi diuiſerunt: tunc primò nominator, & non gerens: vt ff. ad muni. l. imperator. & de admi. re. ad ciui. perti. l. curatores. in prin. & aliud in tutoribus: vt C. de diui. tu. l. ij. in fin. ſi autem vnus tantum, cum tamen omnibus ſit iniunctum: tūc idem quod in ſuperiori caſu: vt ff. ad muni. l. qd ergo. & ē ſō quare prius nominator in prædictis caſib. cōueniri quia rōne fidei, ſed collega negligētię nomine conuenitur: vt d. l. imperator. in fi. & ſ. ſ. de fabricen. l. iu-

ſequio, diſcretam [a] ſollicitudinis rōnem fuiſſe adſeueratis: à iure nō diſcrepat, vt veri[e] ex bonis exactorum [b] qui principali loco ad exactionē fuerant deſtinati, indemnitati fiſcali ſatisfiat: poſtque eos, ſi ſolidum debitū ex ſolutum nō ſit, nominatores [c] cōueniri. Rōnalis [d] igitur noſter iuris ordinem ſequetur: excuſſisq; exactorum facultatib. necnon ēt nominatorū, ſi fiſcus in vniuerſi debiti quantitate ſecuritatē indēnitatis ɔſecut[9] nō fuerit, ēt vos [e] ad reſtituēda fiſcalia debita adſtringet.

Debitores fiſci exiguntur ſummatim, nec poſſunt impetrare, vt eodem modo debitores ſui exigantur: ſed eorum exactio in ordinario iudicio repetēti reſeruatur. Bartol.

IIII. Imppp. Valent. Valens & Grat. AAA. ad Archelaū Com. Orientis. †

HI qui fiſco noſtræ māſuetudinis obnoxij ſunt, omiſſa fruſtratione [f] teneantur, [g] vt quod ſuis nominib. [h] debent, de ſuis facultatibus cogantur exſoluere: ſeruatis [i] cum compleuerint, allegationib. ꝓprijs, ſi quas aduerſus quoſcūque ex ſuis ɔ̄ctib. debitores cōpetere ſibi ex iure crediderint: ita vt aduerſus eos quos ſibi obnoxios adſeuerant, legib. [i] & iudicijs experiundum eſſe cognoſcat. Dat. III. Non. Iul. Nouioduno, Valentiniano. NB. P. & Victore Co. s.

Scriptura proria nō facit fidem pro ſcribente, vel eius herede: etiā ſi fiſcus ſibi ſucceſſerit. Barto.

V. Iidem. AAA. Fortunatiano co. rerū priua. †

INter chartulas confiſcati [k*] breuis [l] quidam adſeueratur inuentus, q̄ noia cōtinebat debitorū, ſeu ɔ̄ctuū, cum tū neq; teſtib. credita pecunia probet, neq; cautionibus [m] ea q̄ breui inſerta ſunt, oſtendant. iniquum eſſe pſpeximus, vt ſub ꝓpria adnotationis manu vnuſquiſq; ſibi faciat debitore.[n] Occaſionis igitur hmōi calūniā pn̄ti volumus iuſſione cohiberi vt breui vanitate [o] reiecta, nullus ad redhibitionē [p] de his, quorū noia cō

re ꝓuiſum. & de ſuſce. l. ij. & ſ. ſi plu. vna ſentē. l. j. in prin. & ſ. qui. cau. pig. vel hypothe. taci. ſ. l. ſatis.

f HI qui, Fruſtratione. fruſtrabantur dicentes ſe nō habere adhuc precium rei fiſcalis ab emptore. cum hic eſſet adminiſtrator fiſci, & illicite vē dediſſet. nam non liberatur etiam cedendo: vt arg. ff. de pigno. acti. l. pen. idem ſi ex quacunque alia cauſa prætendat ſe non conueniri debere niſi ſuū cōueniat debitorem, vel q̄ dicebatur fiſco vt conueniret debitorem ſui debitoris, quod non licet: vt hic, & ſ. ſi cer. pet. l. non aduerſus. & ſ. quando fiſ. vel priua. l. non prius. niſi in caſibus. vt ff. de iur. fiſ. l. iij. §. mulla.

g Teneantur & ſoluant.

h Nominibus. ideſt creditoribus, ſcilicet fiſco. vel dic. ideſt obligationib. quibus tenetur fiſco.

i Legibus. Not. iure & non vi debitorem conueniendū: vt ff. quod met. cau. l. extat. & ſupra de act. & obli. l. negantes. & ſ. de iud. l. nullus. & de pign. l. iij. & ſ. vnde vi. l. ſiquis in tantam. & ff. ad l. Iul. de vi pri. l. creditores. & ſi ven. no. mu. l. j. §. j. & de re. iur. l. non eſt ſingulis. in prin. & in authen. vt qui ob §. j. Sed ar. contra. ff. de fur. l. qui ves. in principio. ſed ibi auctoritate iudicis. & not. quòd ex hac. l. fiſcus habet ius commune.

k INter chartulas confiſcati. ex cauſa delicti vel alia quacunque, vel, ideſt hominis. & dicitur aliquis confiſcati, quando eius bona confiſcantur.

l Breuis. ideſt ſchedula vel quaternus.

m Cautionibus. ſcilicet publicis.

n Debitorem vt ſupra de probationibus l. exemplo. & l. rationes.

o Vanitate. alias vanitate: alias varietate: quia aliqui dicebant valere, & alij non. ſed econtra ſi dicat ſolutum, ſecus eſt: vt in authenti. de reſtitutionib. §. & licet. vel illum honorum dominum quandoque debuiſſe: ſecus ſimiliter ſi ſcripſit ſua manu: ſi modo adeſt cauſa: vt ff. de probationibus. l. cum de indebito. § finali. alias ſemiplene probat: vt ſupra de probationibus. l. inſtrumenta. Accurſius Florentinus.

p Ad redhibitionem. ideſt ſolutionem. Acc.

Margin: † Co. Th. li. 10. tit. 16. l. 2.

Margin: † Co Th. eo. ti. l. 3.

Margin: * In Cod. The. erat deportati, ſed Tribonianus elegit nomē generalius.

Simi-

a Similibus, ſ. priuatis, ad quod ſupra eti. j. l. iuſtas.
b Cauſis, ſcilicet publicis.
c DE FIDE INSTRVMENTORVM, ET iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionibus. Alias inſtrumenti, & iura haſtæ fiſ. &c. nã & de inſtrumento facto vel cõmiſſo in contractu fiſcali dicit. vt j. l. ſ. & iij. alias deeſt inſtrumẽtis. & dic. de fide & iure haſtę &c. i. venditionis quæ fit cũ ſubhaſtatione à fiſco. q venditio facilè conuelli non debet: vt ſ. de remiſſio. pig. l. ſi hypothecas. & quod de alienationibus ſubijcit, dic vt j. eo l. ſi tempora.

ſcripta ſunt, vrgeat, qđ & i alijs ſimilibus a cauſis b obſeruandum eſſe cẽſemus. Dat. Pr. d. Non. Iul. Hierapol. Gratia. A. iiij. & Merobaude Coſs.

TITVLVS III.

DE FIDE c * ET iure haſtæ fiſcalis, & de adiectionibus.*

Si probatur, quod in venditione res debitoris fiſci, debita ſolennitas non ſeruetur: reſtituitur res cũ fructibus perceptis, & percipiendis.

I. Imp. Antonius. * A. Curtiæ.

Quod in libellũ d contuliſti: procuratori meo, ad cuius officium deſiderium e tuũ pertinet, allega. cui ſi probaueris, non auctore procuratore, f vel eo, cui vendendi fuit facultas, g neq; habitis h haſtis, neque omni ordine i peracto venditas res eſſe: & id quod ex cauſa iudicati debes, k exſolueris, reſciſſa vẽditione mala fide l facta, eaſdẽ res recipies m cũ fructibus quos ad emptorẽ mala fide perueniſſe, vel peruenire debere n cõſtiterit. PP. Non. Ian. Antonino. A. IIII. & Balbino Coſs.

Si in venditione debita ſolennitas non fuit obſeruata: res vendita retrahitur. Bartol.

II. Imp. Gordianus A. Heracleoni.

Duplex ratio deſiderium o tuũ iuuat: & quòd prætermiſſa haſtarum p ſolennitate, poſſeſſiones tuas ex officio diſtractas ſuggeris q & quòd pretij vilitate r ob exiguum debitũ, gratioſam emptionẽ in fraudem tuã, in vtilitatẽq; s t rationum mearum, aduerſarium cõmentũ fuiſſe dicis. qua propter illicita iſta redargue, t tã in-

* Perperã antea legebat, de fide inſtrumentorũ, cum in C. The. legatur de fide & iure haſtæ.

* Perperã etiã antea legebatur ad dictionibus. id autẽ adiectionibus, licitationes. Raro ad dit vale ge cõmiſſoria.

* Sic ex manuſcr. reſtituimus cum antea legeret. Imp. Alexander &c.

d Quod in libellũ. cõtinẽtur. ſ. fiſco in centum cuiuſdẽ res capta ex [illegible] iudicati vẽdita fuerat minus ſolẽniter per fiſcum. ſupplicat pro te recuperanda. Accurſ.

e Deſiderium. deſiderat enim rem ſuã recuperare: ſed contra quem agit, & qua actione? Dic vt not. ſ. de iura fiſ. l. ſi minori.

f Procuratore. fiſci ſcilicet, qui ius habet vendendi: vt j. eod. l. quicunque. nã procurator Cæſaris non vendit rem Cæſaris ſine ſpeciali mandato: vt ff. de offic. procura. Cæſa. l. j.

g Facultas. vt quia habet mandatum à principe, vel etiam à procuratore fiſci: vt ar. ff. man. l. ſi procuratorem. §. t. & ad hoc ſ. ſi pro pu. pen. l. ij. ab his enim facta venditio valet ſi modo precium ſit ſolutum: nec valet promiſſio dupli: vt ff. de in. fiſ. l. ſi procurator. Accur.

h Habitis haſtis. alias habitis iſtis. ſ. perſonis ſupra dictis. alias habitis haſtis, ad qđ j. l. prox. alias habitis actis, ſeu geſtis. & omne die, i. non conuento debitore & apud iudicẽ interpellatione celebrata: vt ſ. ſi propter pu. pen. l. ſi. non autem dicas ſcripturam neceſſariam: vt j. l. iij. Accurſius Florentinus.

i Ordine. ordo in rebus fiſcalibus vendendis hic erat, vt debitum ſubſit. & ſit ceſſatum, cũ de hoc ſit facta interpellatio corã pſide, vt ſ. ſi propter publi. pen. l. ij. & 3. item q fiat ſubhaſtatio: vt infra. l. fin. & xx. diebus publice ſit venalis, & plus offerẽti detur vt ſ. de ſacroſan. eccle. auth. hoc ius porrectum. itẽ q iuſto pretio detur: vt j. l. 2. & ſ. de iur. fiſc. l. ſi minori. & ff. de iur. fiſc. l. j. §. diui. Itẽ procurator fiſci debet adeſſe, vt hic: quibus peractis valet venditio & nõ reuocat. vt j. eo. l. ſi tẽpora. & ſ. de remiſ. pig. l. ſi hypothecas. & ſ. de commu. ſerui ali. l. 2. ſed ſi aliquid deeſt, non valet: vt hic. & j. prox. & arg. ff de tranſa. l. cum hi. § ſi pretor. & j. de pdijs cu. ſine decre. nõ alie. l. j. & ij. & ſ. ſi vẽ. pig. aga. l. i. t. iij. & 4. & de reſcin.

vẽn. l. ſi quos. & ſi aduerſus fiſc. l. edicto. Sed intra quãtũ tempus veniet fiſcus? Rñ. vt in priuato: vt no. ſ. de iure fiſ. l. j. item. & op. q̃ do probat actor negatiuã cõtra regulam ſ de proba. l. actor. Item q̃do pbat ſolennitatẽ deeſſe, immo contra debet probari eã adfuiſſe: vt ff. de publicia. l. quęcunque. §. j. & fin. Sol. ad vtrãque hic probat eo ipſo q non probatur contra. vt arg. j. qui milita. non poſ. l. ſi, per ſeruis. vel hic erat ſcriptura quæ dicebat hoc interueniſſe, cui erat ſtandum, niſi contra probetur: vt C. de proba. l cum precibus. & probatur ſecũdũ hoc per obliquum negatiua: vt & alias ſupr. de contrah. ſtip. l. optimam. Alij dicunt hęc omnia præſumi ſolenniter acta: vt inſtit. de fideiuſ. §. fin. ſed in l. quęcunque. dicunt idẽ & ſic ibi probari eo ipſo q non probatur ſ. qđ nõ placet: vt ibi notaui. & facit ff. de proba. l. ab ea parte. Acc.

k Debes. propter qđ debitum facta fuerat venditio.

l Mala fide. quod eſt eo ipſo q non eſt ſeruatus ordo. Accurſius.

m Recipies. Sed qua actione aget? Reſpon. vt ſ. de iur. fiſ. lege ſi minori. Accurſius.

* Inutilitatẽque, vno verbo. in vet. quę lectio eſt recta.

n Debere tenet. ergo de percipiendis, licet habeat cõtra. & ſic eſt cõtra. ſ. de rei vin. l. ſi fundum. Sol. hic de percipiendis, qui adhuc erãt in fundo: qui pars fundi ſunt. & ſic non vt fructus: vt ff. de rei vin. l. fructꝰ pendentes. Vel ſecũdũ alios. P. & Ir. peruenerũt iniuſte: vt à lupanaribus: vel peruenire debuerunt, vt honeſti: qui tamen peruenerunt: ſecus ſi nõ perueniſſent licet debitor percepiſſet, ſi ei poſſidere licuiſſet. & ſecũdũ hoc peruenire debere. i. debite peruenerunt. Vel verius hic ſpeciale, vt & alias notaui in pdicta l. ſi fundum & facit ff. de rei vindica. l. fructus. Itẽ in libro Azo. vel M. declinatur peruenire debere.

o Duplex deſiderium. deſiderat recuperare rẽ ſuã à fiſco venditam ob debitum.

p Haſtarum. quę ſolennitas non fuit omittenda: vt j. l. ſi & ſupra ſi aduerſus fiſcũ. l. edicto. & de excep. rei iudica. l. ordo.

q Suggeris. Ideſt dicis.

r Vilitate qđ non fuit faciẽdum: ſed iuſto precio: vt ff. de iu. fiſ. l. j. § diui. & ſ. de reſcind. ven. l. ſi quis. & ff de iur. fiſ. l. 4. & j. de prædijs decu. l. j.

s Vtilitatemque. tepere, in: vel ſi habes in, dic in pro contra. ſic ſupra de hæredi. l. j. Vel forte eſt vna pars inutilitas.

t Redargue. ideſt arguẽdo eũ cõuince, vt ff. de ver. ſign.

ſignif.l.indicaſſe.ſ. agendo cõtra fiſcũ. qđ dic,vt ſ. de iure.fiſ.l. ſi minori. habet fiſc⁹ hac l.ius cõmune.

a Indemnitati. ſoluendo fiſco quod debes.

b Securitati. ideſt indemnitati.Acc.

c ET ſi inſtrumẽta. Hæc lex taſpicit primã partẽ titu. & eſt ius cõmune. & facit ſupra de pact.l.pactum & de tranſac. l. cum te, & de rei vind. l. cum ſuper. & l.iudicia. Acc.

d Probationibus.Scilicet idoneis.

e Nomine. Vel ipſa emente, vel alio pro ea. Acc.

f Tranſlatum. q ſuo nomine ſit empta, & ei poſſeſſio tradita, ſufficit, quicunque ſoluerit preciũ, dummodo ſit ſolutum, vt hic. & C. de probationib. l. cum res. & ſiquis al. vel ſibi.l.j.& l.multũ.& l. q aliena pecunia.

g Matris. cuius bona ex delicto fiſco obuenerant. ſecura ergo emit, qui à fiſco emit, dũmodo ſolenniter, vt ſ.l.1.& ĩ.ne fiſ.rem quam vendi. euin.l.s.& j & ĩ.de commu. rerum alie. l.2. Acc.

h SI tempora. Vel haſtis. aliàs haſtis: aliàs auctionibus: aliàs vtrunque. & dic q quando fiebat ſubhaſtatio, dicebatur per preconem, q qui plus dederit vſque ad menſem, ille habebit. licet ergo intra menſem alieni libere venderent, tamen admittebatur adiectio intra dictam tẽpus. ſi autem eo tempore eſſet dictum, vt

i Incluſa deſunt in vet.

dennitati [a] fiſci cõſulturus, quàm tuæ ſecuritati [b] operã laturus. PP. V. Cal. Gordia.A.& Auiola.Coſſ.

Emptio à fiſco facta, & alia q̃ requirũtur ad acquiſitionem dominij, poſſunt probari ſine ſcriptura. B.

III. Idem A. Criſpo.

ET ſi inſtrumenta [c] emptionis nõ extẽt, quibuſcunque tñ probationibus [d] vxor tua oſtẽderit ad ſe eã domum ptinere, quã à fiſco eius nomine [e] dicis cõparatã, preciũ quoque ab ea exſolutũ, & in eã dñium trãſlatũ, [f] fruſtrà fiſcũ ex pſona matris [g] eius referre q̃ſtionem procurator meus non ſinet.

Intra tempus in ſubhaſtatione ſtatutum quilibet veniens admittitur. licet iam alteri fuerit vendita. Bartol.

IIII. Imp. Diocletianus & Maximianus AA.& CC. Marcellinæ.

SI tpa q̃ in fiſcalibus auctionibus [g] vel haſtis [h] ſtatuta ſunt, patiunt: cũ ẽt augmentũ te facturã eſſe pfitearis: [i] adi rõnalem [*] nrm, vt iuſtam vberioris precij oblationem admittat. [k]

Venditio facta à fiſco ſolenniter non retractatur prætextu reſcripti, vel minoris ætatis. Bart.

V. Imppp. Valentini. Valẽs & Gra. AAA. ad Viuentiũ. P.P. Galliarum. [l]

QVęcunq; [l] pro reliquis prodigorũ [m] in annonario titulo cęteriſq; fiſcalib⁹ debitis in quibuſcũq; corporib. ſub auctione licitãda ſũt fiſco auctore vẽdant: vt ppetuo [n] penes eos ſint iure dñij, quibus res huiuſcemodi ſubhaſtę ſolẽnis arbitrio fiſc⁹ addixerit. [o] & ſiqd vnquã, vt à fiſco facta vẽditio poſſit ĩfringi, auctoritate reſcripti fuerit ipetratũ, nullus obtẽperet: [p] cũ ẽt minorib⁹, ſi qñ aliqd ex reb⁹ eorũ pro fiſcalibus debitis adiudicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiat ætatem. [q] Dat.iij.Non.Nouem. Treu. Valẽtiniano NB.P. & Victore Coſs.

Qui ſolenniter emit à fiſco ſolum ad precium tenetur, ob aliud debitum non conuenitur. Bartolus.

k Admittat.& tibi dominium applicet: vt infra de ven. rerum ciui.l.1. hoc autem verũ eſt. niſi idẽ qui prius emerat, licitando obtinuerat, quo caſu fructus medio tempore perceptos perinde ac ſi alius licitando obtinuiſſet, fiſco reſtituet: niſi & pri. vẽditio, & ſcđa adiectio ſit facta ante perceptionem fructuum: & niſi per colonũ fuerũt percepti. nam primo caſu emptor, ſecundo colonus percipiet, & dabit mercedem emptori: vt ff.de iur.fiſci.l.ſi. Ac.

FVndos patrimoniales eos dūtaxat q ſaluo canone [h] iure priuato nr̄a liberalitate cōceſſi ſunt, [i] cū his patrimonialibus q in conditione propria cōſtituti ſunt, [k] illuſtris auctoritas tua iubeat exæquari: ita vt releuato onere rei qđ imminet fatigatis, tranſlatio in eos q integris viribus florēt, & adſcriptitio tributorū ęqua lāce diuidanē.

Penſio prædij emphyteutici à fiſco defenditur per emptorem: non obſtante pacto ꝙ venditor ſoluere debeat: niſi principis iudicio fuerit firmatū. B.

XI. Impp. Honor. & Theodo. AA.

IVs [l] emphyteutici prędij, [m] quod ſine ob-

[a] HI quibus in concuſſe. ſic ſ. eo l. fundi. & ſ. de loca. præ. ci. l. ſi. & ſ. de ceoſi. l. ſi. & de oī agro deſer. l. quicunque. & de quadrien. præſcri. l. bene à Zenone.

[b] Contractib. ſ. vt vēdant: vel alio titulo poſſit alienare.

[c] QVicunq. Deſertis. i. ſi ſūt ſteriles, vt accedat ſ. de oī agro deſer. l. quicunque. & facit ſ. de mutilegu. l. pen. & inf. de loca. præ. ciui. l. 1. & ff. de publica. l. licitatio. ſ pe n. & ſup. de vſur. l. ſi bene & inſtit. de ſatiſd. iut ſ peoulti. Acc.

[d] OMnes fundi. Limiti. i. ad vſum militum qui ſtāt in limitibus imperij: & ideo etiam Imperator alienare non poteſt: vt hic dicit.

Imperator q̄dam alienare non pōt.

[e] Obſtaculo. ſi alios poſſideat. & facit ſupra de fun. limi. l. ſ. & l. fin. & 16. quæſt. 3. c. inter.

[f] VNiuerſi Priuato iure facit differentiam inter prædia patrimonialia & tributaria q̄ emit priuatus à priuato, ſaluo tamē canone. quia aliter emere non licet: vt ſ. de fun. rei pri. l. nemo. & illa patrimonialia quæ quis accepit directè à principe in emphyteuſim: ſ eum his ſecundis poteſt dari aliud deſertū. ſi prius data ſunt florida: & hoc per peræquatoré: quod in primis ſecus eſt & ſecundum hoc priuato dic. l. quia priuatus à priuato emit. Alij dicunt, l. ſpeciali iure.

† Hic oo. ſ illos q dicūt Romanū Imperiū nō fuiſſe extēſum vltra Euphratem.

[g] Ad eos. emptos. & facit infra de metal. l. deuotum. & l. proxi.

[h] FVndos Cano ne. i. tributa ordinaria, quæ prædia: vt ſup. de exac. trib. l. ſi nā & eccleſia: vt ſup. de ſa. ſan. eccle. l. placet.

¶ Oſdroenam, Alc. hic.

[i] Conceſſi ſuor. In emphyteuſim, vel locationem.

[k] Conſtituti ſuor. deſerti puta: & ita apud nos ſont nemi ni conceſſi, qui concedūtur haberi alia, vt illa deſerta, vt omnia alicui dari poſſint: vt ſup. de omni agro deſer. l. qui vtilia. ſeu in emptis à priuato, vt ſup. l. proxi. Accur.

[l] IVs. i. penſio emphyteutici prædij: quæ penſio nſo iudicio. l. permiſſione ola ſpecialiter eſt retenta apud venditorem, vt ipſe eam præſtet, non emptor ſine vinculo obligationis. ineſficax enim pactio eſt ſeu obligatio vt eam alius quā q poſſidet p̄ſtaret, vt ſupra ſine cen. vel reli. l. fina. niſi ſit facta noſtro iudicio: ſicut & ipſius prædij patrimonialis ineſficax eſt alienatio facta à p̄curatore p̄rimonij niſi iuſſu principis: vt ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. ſ ſi. itaq; illud ius noſtro iudicio retentum immutabile perſeueret, ſicut eſt ab emptore poſſeſſum, vt venditor non ipſe emptor p̄ſtet. Py. & ſm hoc verba iudicio nſo, terminant retentatum. Vel dic iudiciū eſt ī hoc, vbi ſine obligatione eſt conuentio & ſic ſoluat emptor, quia non valet conuentio ī præiudicium fiſci: valet tamen inter cōtrahentes: vt ff de pac. l. inter debitorem. & ſic ſoluat emptor. Vel dic quòd legātor cū inferiori litera iudicio noſtro. & eſt ſenſus idem, qui proximus.

[m] Prædij. patrimonialis.

Poſſeſ-

obligationis vinculo retẽtatum eſt iudicio noſtro, immutabile pdurare pcipimus, poſſeſſionẽ a autem, quæ ſine obligatione ſpeciali fuerit vitioſa, vetuſtate temporis nolumus adiuuari.

Emphyteuta fundos patrimoniales emere nõ coguntur: dominiũ vero vtile habeant, ſicut ſi à principe, vel alio ex quocunque titulo acquiſiſſent. B.

XII. Impp. Theodoſius & Valentinianus AA.

POſſeſſores vel b emphyteuticarij patrimoniales, qui fundos minimè nunc vſq; cõparauerunt, c eodem largitatis modo d nequaquã ad eorũ cõparationẽ vrgeantur: ſed tanquã pcijs depenſis, ſic eis noſtri numinis beneficio potiantur vt quod iuris alter inferẽdo precium conſecutus eſt, hoc noſtra liberalitate prædictus emphyteuticari[9] habeat. Illud quoq; ius, in quibus coluit prædijs, quod aut ex ſucceſſione, e aut ex comparatione priuata, f aut noſtri numinis liberalitate, aut quocũq; modo g poſſedit, ſciat h illibatũ intemeratumq; ſeruari: licentia eis ꝯcedẽda etiã libertates i mancipijs ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticarijs, cum fundorum ſint domini, præſtare.

Prædia patrimonialia hic nominata nõ poſſunt alienari in alium, pœna contra facientibus imminente. Bartol.

XIII. Iidem AA. ad Florentium.

NVlli iã in poſterũ licere pcipim[9] patrimoniales ſeu limitrophos vel ſaltuenſes k fundos qui per tractum Orientis l poſiti ſunt, ad ius transferre priuatum: ſiue dempto, ſiue ſaluo canone iuris fundorum immutatio poſtuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna coercentes: tam videlicet petitorem, quàm officium m quod petitionem concedit admitti: licet adnotatio noſtra vel diuina pragmatica contra vetitum proferatur.

Qui per xl. ann. fundum patrimonialem vel templorum poſſederit, vel alterius iuris cum titulo vel ſine: nulli ĩ pro ipſo moleſtiam, vl q̃õnem pati põt: ſed ſoluet debitũ canonẽ ſi verò ab initio probet titulũ poſſeſſor adem pto canone a principe prædium ſibi fuiſſe conceſſum, à canonis præſtatione ſecurus eſt. Bartolus.

XIIII. Imp. Anaſtaſ. A.

IVbemus omnes qui in quacunq; diœceſi, aut quacunq; prouincia vel quolibet ſaltu vel ciuitate fundos patrimoniales vel templorũ, aut agonothetici, n ſeu releuatorũ iugorum, o vel cuiuſcũque iuris per quadraginta iugiter annos (poſſeſſione. ſ. nõ ſolũ eorũ qui

a Poſſeſſionem. ideſt ſi ſine noſtro iudicio emptor vetuſto tempo. retinuerit ſic poſſeſſionem, quod venditor præſtiterit, non ipſe: nolumus eam adiuuari ex vetuſtate temporis, quo minus poſt præſtet ipſe emptor. ſ. ſcd̃m quoſdam. & verbũ, vitioſa, põt legi, ſ. obligatione, vt ſ. vel vetuſtate. nam tricennalis vel xl. anno. præſcriptio ex vitioſa poſſeſſione oritur, vt ff. de acquiren. poſſeſſio. l. Pomponius. §. fina. & vetuſtas dicitur xl. ann. vt argu. infra de fun. rei priua. l. nemo. Vel dic quæ poſſeſſio, ſ. vitioſa, & ſecundum hoc dic quod vitioſè cœpit poſſidere poſſeſſor ſine titu. & tamen præſcribit xl. ann. ſed canonem ſoluet, per l. fina. infra eo. vel dic ſecundùm Azo. ius emphyteuticum habebas in fundo Titij: illud prædium poſſedit Seius xxx. annis nullo modo ſibi obligatum ab emphyteuticario: nunc emphyteuta vindicat à Seio vtili in rem. Seius obijcit præſcriptionem. phibet hæc conſtitutio præſcriptionem. & eſt ſpeciale iuri emphyteutico non obijci præſcriptionem, ſecundùm Azo. Sed ego credo melius dici ſi dicamus eum habuiſſe ius emphyteuticum in prædio patrimoniali: nam & titu. de patrimonialibus loquitur, & ſic hic ſpeciale in patrimonialibus emphyteuticis ſecũdùm M. & ſecundũ hoc adimatur poſſeſſio. ideſt dictum, vt non præſcribatur a. a. annis ſed xl. vt infra eod. l. fina. & fa. ſupra de præſcript. xxx ann. l. cum notiſſimi. §. fin.

b POſſeſſores, vel. vel, pro ideſt.

c Comparauerũt. à me, vel à priuato, ſed in emphyteuſim habent à me.

d Modo. ideſt beneficio, quaſi dicat, ſicut eis largimur in emphyteuſim, ita largimur hoc, vt non habeant neceſſe ea emere, & tamen habeant tantũ ius ac ſi emiſſent, excepto quod dr̃. ſ. eo. l. vniuerſi. Acc.

e Succeſſione. vt quia acceperant deſertum, per quod videntur ſuccedere deſerenti: quo caſu biennio vel ſex menſibus ſit tutus. vt ſ. de omni agro deſer. l. qui agros & l. locorum.

f Priuata. facta à nobis, vt ſubijcit.

g Quocunque modo. quia ius in re temporis diuturnitate q̃ſiuit, vt ſ. eo. l. ius.

h Sciat emphyteuta tantum.

Temporis diuturnitate ius acquiritur.

i Libertates. infra tit. r. l. 2. §. Sol. habẽt hic quidam liberalitates: ſecus in libertate dicunt. vel illud in colono ſimplici vel alio: hoc in emphyteuticatio, vel ſimili, qui ſunt domini ſaltem vtiliter. argu. in Authent. de nõ alie. §. alienationis. colla. 2. & facit quod dixit ſ. de agr. & cenſi. l. quemadmodum. Accur.

k NVIII. Saltuenſes. i. ſaltus in quibus ſunt paſcua. Accur.

l Orientis. localis eſt hæc lex, nam aliæ dominicæ poſſeſſiones ſaluo canone alienari poſſunt: vt j. de fun. rei pri. l. fi. & j. l. proxi. & eſt ſimilis phibitio quodãmodo in prædijs redactis ſub forma patrimonij ff. de lega. 1. l. apud Iulianũ. §. fina.

m Officium. i. officiales. & facit. ſ. de aquedu. l. diligentat. & de fun. limi. l. fin. & de petit. bo. ſubla. l. 2.

n IVbem[9] Agonothetici. ſ. nominis fundos vel notarios releuatorum, vel alio ſimili: vt ſ. de colla. do. vel tel. l. 1. & dicunt agonothetici ſcd̃m M. fundi qui dabantur certantib. in agone. vel. i. rutiſtes pducti ad fertilitatẽ agone. i. labore nã primo erant ſterilia. agõ n. Græcè, labor Latinè: q a q laborat, agit. vñ Chriſta in agone fuit. Et releuata dicunt, q cum erant paluſtria, facta ſunt terrena: de qb. & loquit dicta lex de colla. do. Ac.

o Iugorum ideſt terræ quæ modò iugo arat olim ſterilis: vt in authen. de man. prin. §. tuges. Item cuiuſcunque

nunc detinent, verũ etiã eorũ qui antea poſſederant, cõputanda) ex quocũque titulo, vel ẽt ſine titulo hactenus poſſederũt, vel poſtea per memoratum quadraginta annorum ſpaciũ poſſederint, nullam penitus ſuper dominio memoratorũ omnium fundorum vel locorũ, vel domorum, à publico actionem vel moleſtiam, aut quãlibet inquietudinem formidare, ſed impoſitum canoné pro qualitate iuris cui[a] pdia ſunt vel loca, per ſingulos annos ſoluẽtes, p certo habeant ſuum eſſe [a] quod poſſident, vel poſtea poſſederint: ita vt oĩbus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico mouendã [b] q̃ſtionem, nuda ex quocunque titulo vel ẽt ſine titulo corporalis quadraginta annorũ iugis [c] poſſeſſionis exceptio poſſit ſufficere: hoc ẽt adijciẽdo, vt illi quoque qui adẽpto canone [d] hmõi fundos ab initio [e] principali iuſſione datos ſibi fuiſſe cõfirmant: ſi per quadraginta annos ademptí canonis beneficium iugiter poſſederunt: nec canoné cuius ademptionem quadraginta (ſicut dictũ eſt) annorũ poſſeſſio teſtatẽ, poſſint penitus profligari: eo q̃ noſtræ pietati placuit in vtroq; caſu, i. tam ſaluo, q̃ adempto canone poſſeſſorum noſtro: ũ iura in eo ſtatu in quo p quadraginta annos (ſicut dictum eſt) iugiter manſerunt, abſque vlla innouatione durare.

TITVLVS LXII.

DE MANCIPIIS & colonis patrimonialium, ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum.

Si villa locata in emphyteuſim conceditur, non poſſunt coloni vſurpare totum territorium eiuſdem, & vniuerſas aquas & fontes eiuſdem ſed fructum debent percipere de his in quibus cultura requiritur, & vti aqua quatenus eſt ad culturam neceſſaria: reliquum vero cedit emphyteutis. Bartol.

I. Imp. Conſtantinus A.

EMphyteuticarios [f] grauãt coloni, [g] agros prẽter conſuetudinem vſurpantes, [h] quos nullis culturis erudierunt: cũ ſolennitas [i] id eos attrectare [k] permittat, quod eorum labore vel oliuetis eſt inſitum [l] vel vinetis. Sed irriguas fontium aquas vſurpare conantur, quarum fructus ſolis emphyteuticarijs debentur. Ideoque placuit, vt deinceps aquarum iura poteſtateſque penes emphyteuticarios permaneat: tantumque ex eis colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum ſufficere manifeſtum eſt, quos ipſi colunt: pro modo irrigationis.

lo ſeruu que iuris, l. nominis à lure impoſiti, vt antracium: vt ſ. eo. l. 1. & de col. do. l. 1. & no. ſm M. hic loquit de prædijs deſertis q̃ poſſidenť ab aliquo nulla intercedente auctoritate eius, qui eã interponere potuit. & ideo hic per al. an præſcribit, vel alius q̃ à talis poſſeſſore titulo intercedente accepit. ſm M. & Ir. quicũq; ergo talia prædia per contractum emphyteu. vel per cõductionem perpetuam præceptione Imperatoris vel auctoritate comitis priuati ærarij ſuſceperit. dominiũ eum poſſeſſione conſequitur, quam alienare. & quo voluerit modo transferre poterit. quod ergo præcepto vel auctoritas lacit, hoc facit hic præſcriptio. Accurſius.

[a] Suum eſſe. quia capitis cenſura ſublata, iugatio terrena remanſit, & omnes p his agris quos poſſident, publicas præſtationes debent. tũ videbatur publico eſſe quæſitum, quod fuerat præſcriptum: quia fiſcus ſolus penſioné receperat, ſed non eſt niſi ei q poſſedit. M.

[b] Mouendam. anniuerſariæ ſolutiones per tõnalem rei priuatę exigebantur: qui aliàs vocatur procurator fiſci: vt ſupra de mo. mul. l. 2. & 3. & ſic à publico mouebatur actio, vt ĩ de fun. rei. pri. l. vniuerſi.

[c] Quadraginta an. iugis, vt ſ. de præſcri. xxx. an. l. comperit. & ĩ. de fun. rei pri. l. fi. nec obſt. ſ. ne rei domi. vel templ. quia ibi da longo tpe dſ. Item nec ſ. de omni agro deſer. l. q agros. & l. iocoml. quia ibi contra priuatos, hic contra fiſcum. Item quid ſi erat priuati prædium. Rñ. multo magis ſecundùm P. ſecus autem ſi nihil eſt ſolutum: quia fiſco non præſcribetur in canone priuato, vt amodo non teneatur ſoluere, vt ſupra de præſcriptio. xxx. anno. l. comperit. quod tamen dic, ut ſupra de præſcr. xxx. anno. l. malè.

[d] Adempto canone impetrauit à Principe prædium, vt ſine canone libere haberem. Sed contra ĩ de fun. rei pri. l. fin. Sol. ibi in dominico, hic non. imò hic à Principe: ibi ab alio accepit eo pacto. Et no. duo neceſſaria, quorum vnum nõ ſufficit ſic ff. de adopt. l. poſt mortem. Alij dicunt, q hic erat dubium de canone. ſi autem eſſet certum: etiam à principe ſufficeret. Item contra. ſupra de præſcr. xxx. an. l. cum notiſſimi, in fi. Sol. hic iuſſio, vel conceſſio principis fuit: ibi non.

[e] Ab initio innuit q, ſi primo cœperit poſſidere poſtea beneficium dempti canonis impetrauerit nihil egit: vt ſupra de anno. & tri. l. in fraudem. & de immu. ne. con l. 1. M. & facit ſupra de profeſ. & me. l. fi.

DE MANCIPIJS & colonis patrimonialium, ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum.

[f] EMphyteuticarios. eſt ſic ſinguła prędia cuiuſdã villę locaſſet diuerſis certa mercede i nũmis cõſtituta: poſtea dederat alij villam illam in emphyteuſim: coloni ſic omnia volũt vſurpare, vt in emphyteuta nil remaneat: quod non poſſunt ad quod facit ĩ. eo. l. 3.

[g] Coloni. quibus locatio prima facta eſt ad nummos.

[h] Vſurpantes. ſcilicet eos quos &c. & eſt argu. contra Prudenſem ſcriptorem, qui facit per ſuos diſcipulos ſcribi: & contra magiſtrum q facit ſcholarem pro ſe legere. — Doctor ant lector non põt legere per ſubſtitutum.

[i] Solennitas. quæ à lure eſt inuenta circa emphyteuticos fundos.

[k] Attrectare. ideſt ad vſum proprium trahere.

[l] Inſitum. quaſi inſertum: & venit ab inſero, inſeris, inſeui, ideſt inſerere.

autẽ ſuperfluæ irrogationis, [g] quam vltra culturas ſuas vſurparint, emphyteuticarijs poſſeſſoribus penſiones acceſsioneſque præbeant.

Manumiſſio facta de mancipio fundi patrimonialis à non domino, reſcinditur per procuratorem Cæſaris. Bar.

II. Impp. Valens, Grat. & Valentinianus AAA.

Libertates quas mancipijs ex fundis patrimonialibus atq; emphyteuticis, qui fundorũ nõ ſunt dñi, [b] præſtiterint, rationales [c] huius præcepti auctoritate reſcindãt.

Emptor fundi patrimonialis tenetur dare colono: quem ſi expulerit, poſſeſſione priuatur. Bartol.

III. Impp. Grat. Valent. & Theodoſ. AAA.

Cognouimus à nonnullis qui patrimoniales fundos meruerũt, [d] colonos antiquisſimos perturbari, atq; in eorũ locũ vel ſeruos ꝓprios, vel alios colonos ſurrogari. Edicti itaque huius auctoritate ſancim⁹, eos qui deinceps aliquid huiuſmodi crediderint attẽtandum, hiſdem poſſeſſionibus eſſe priuandos.

Coloni ad aliquam militiam conuolantes reuocantur ad antiquam culturam. Item milites veterani ad quietem donati, rei ruſticæ operam non debent dare. Bar.

IIII. Iidem AAA. Cynegio præfe. præto.

Super patrimonialiũ [e] refectione fundorũ dudũ iuris eſt legibus cõſtitutũ, vt hi q eos colentes ſolũ eorũ verterãt, [f] nũc ad alia ſe loca dirigẽtes, [g] nunc ad militiã [h] cõuolãtes, ad auitas conditiones, & propria iura reuocent. Ceterum [i] eos qui caſtrenſibus ſtipẽdijs otia quieta meruerũt, [i] veterani cõſtituti, nequaquam placet tela [k] in vſum vomeris [l] ligoniſq; conuertere.

TITVLVS LXIII.

DE FVGITIVIS colonis patrimonialibus, ſaltuenſibus, & emphyteuticis.

Coloni patrimoniales vel ſaltuenſes, non obſtantib. aliquibus ſtipendijs quæ promeruerunt, reuocantur ad pruinanam culturam agrorum. Bartolus.

I. Imppp. Valent. Theo. & Arcadius AAA.

Quicunq; paruuli [m] ex municipibus vel colonis patrimonialibus vel ſaltuenſibus, quorum tamen aui ac patres implicati huiuſmodi functionibus fuerint, conniuentia militaris officij ad ſtipendium caſtrenſe vel officia diuerſa trãſierint: ad munera patriæ, vel ad agrorum cultus cõuentis ducibus, tribunis, ac præpoſitis reuocentur, neque his ſtipendia [n] data proſint.

Suſcipiens vel occultans colonum patrimonialem, pœna hic inſerta punitur. Bart.

II. Iidem AAA. Cynegio præfe. præto.

Quiſquis colonũ patrimonialẽ [o] aut ſollicitatione ſuſceperit, aut occultatione celauerit, non ſolum ipſum reſtituere, ſed etiam libram auri pœnę nomine inferre cogatur. PP. viij. Cal. Nouemb. Conſtantin. Honor. N.P. & Euodio Coss.

Omnes adſcriptitij ad agriculturam prædiorum patrimonialium, ſi ad aliquam militiam conuolauerint, reuocantur. Bar.

III. Impp. Honor. & Theod. AA.

Cuiuſcunq; [p] adnotationis, vel oraculi dudum impetrati, vel poſtea eliciendi authoritate ſubmota: omnes quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adſcriptos, ſub quibuſlibet gradibus militãtes, ad prouinciæ moderatoris iudiciũ ilico ſub idonea interceſsione mittentur.

TITVLVS LXIIII.

DE COLLATIONE fundorum patrimonialium, & emphyteuticariorum. [q]

[a] Irrigationis. facit ꝟ. de ſerui. & aqua. l. præſes.

[b] Libertates Dñi. vt coloni. & ſic nõ eſt ꝟ. ꝟ. ti. 1. l. poſſeſſores. & facit ſup. de his qui à non do. l. ſi nõ do. l. ſi ſi proprietatẽ.

[c] Rationales .i. procuratores Cæſaris: vt ꝟ. de modo mu. l. 2.

[d] Cognouimus. meruerunt. in emphyteuſim, & nota ſpeciale, vt teneat colono ſtare fauore fiſci, ne fiſcus teneatur ei: vt hic. & ff. de iu. fiſ. l. ſi. §. patron⁹. aliàs regulariter ꝟ. vt ꝟ. loca l. emptorẽ. & ff. loc. l. ſi merces. §. j. & de vſufr. l. arboribus. § 1. quæ ſunt ꝟ.

[e] Super. Fundorũ. ſ. deſertorum.

[f] Verterant. arando.

[g] Dirigentes. ſ. ſe.

[h] Ad militiam. i. reuocantur de militia: vt ꝟ ti. 1. l. 1. & ſi & inſ. de agric. & man. do. l. j & ꝟ. qui mili. non poſ. l. cura & ꝟ. de colo. pa. l. 1. & de agri & cenſ. l. colonos nulla, & l. cum ſatis. §. caueant. & ne rei dom. vel temp. l. j & ꝟ de ep. mu. mil. l. probari. niſi iam facti veterani, vt ſubijcit. Et no. quod nõ loquit de ſimplici colono, ſed adſcriptitio, qd patet, quia dicit auitas conditiões. Item ꝟ de veter. l. pe. contra.

[i] Meruerunt. vt qui honeſte miſſi ſunt de militia.

[k] Tela. quæ in militia habuerunt. Acc.

[l] Vomeris. iſta ſunt nomina inſtrumẽtorũ, q ſunt in aratro.

DE FVGITIVIS colonis pa. &c.

[m] Quicunq; paruuli. frequenter cum ſunt pueri ſeparantur à ſolo per patrem ponentem eũ cũ aliquo milite. idem eſt ſi magnus ceſſauit ſe i ſolo, vt ꝟ. de tu. 1. l ſi. cũ ſuis concor. & ff. de dec. l. honores. §. pen.

[n] Stipendia data. vel ſtatuta. ad quod ff. de decu. l. Herenn.

[o] Quiſquis. Patrimonialẽ. idẽ forte i colono crederem. argu. ꝟ. de fun. pat. l. fin. in prin. & facit qđ not. ꝟ. de ſer fug l. quicũque. in ſi. Acc.

[p] Cuiuſcunque. facit ꝟ. eo. l. 1. & ꝟ. tit. 1. l. ſi. cum ſuis conco. & ꝟ de decu. l. generali. & de agr. & cenſ. l. ſeruos.

[q] DE COLLATIOne fundorum patrimonialiũ & emphyteuticariorum.

Ad quas collationes teneãtur iſti fundi, dicere vult.

Emphy-

[†] Vide ad hoc lo. đ Pla. hic & l prog. inſtitu. & qs doctor debet ꝓcedere: vide pulchre ꝑ Abbatẽ in c. clerici, ex. de iud.

[†] Ex fine hui⁹ tex. no. ꝑm lo. de Pla. q licet quis probet ſe datũ eſſe emiſſe, & ſolutiões datiorum recepiſſe: nõ ꝓpter hoc ꝓbat ſe conductorẽ datij eſſe, niſi ꝓbet legitimẽ datium habuiſſe cũ ſolẽnitatibus requiſitis: q bus in le. tẽpora. ꝟ. de ſi. liur. & iut ſiſc. ſiſ.

[†] Co. Th. 5. 9. 2.

Emphyteuta fundi patrimonialis debet pro parte, qua fundos poſſidet, munera agnoſcere. Bart.

I. Imp. Conſtantinus A.

Emphyteuticarij poſſeſſores qui manſuetudinis noſtræ beneficio ad extraordinaria minimè deuocantur munera: [a] ſicut cæteri prouinciales, obſequiũ ſuum itineribus muniendis impendant. [b] Nulla .n. ratione debent ad hoc quod in cõe oĩbus profuturum eſt, [c] ſeiungi.

II. Iidem A. ad Ouiniu.

Patrimoniales fundos extraordinarijs oneribus, vel mediæ aut tertiæ portionis [d] obſequijs fatigari non conuenit: cùm eoſdem & auri [e] ſpeciem, & frumenti plurimum modum conſtet perſoluere: ita vt q violare ſtatuta tentauerit, puniatur.

III. Imp. Iulianus A. †

Omnes qui patrimoniales fundos ſiue communiter ſiue ex aſſe retinent, pro his conueniendi ſunt ad vniuerſorum munerũ ad eoſdem fundos pertinẽtium pro rata [g] portione vel in ſolidum [h] functiões, ſicut vnumquẽq; priuatorũ [i] neceſſitas publicæ penſitationis adſtringit. D. v. Calen. Apri. Mamer. & Neuitta Coſſ.

IIII. Imp. Valentinia. & Valens AA.

Placuit vt emphyteuticorum fundorum patrimonialiumq; poſſeſſores, [k] quo voluerit tẽpe & quantum habuerint [l] penſionis paratũ, dummodo nõ amplius, quam in tribus per ſingulos annos vicibus, officio rationalis adſignẽt: ac de ſuſcepto ab eodem ſecuritatem eodem die pro more percipiãt: modo vt intra Ianuarium [m] Iduum [n] diem oĩs ſumma ratiocinijs publicis inferatur: grauiſſimæ pœnæ ſubdendo officio, ſi cuiquam quolibet anni tẽpore (dummodo nequaquam numerũ ternę illationis excedat) ſolutionem facere geſtienti negauerit ſuſceptiõis officium: vel ſi morã fecerit in chirographo ſecuritatis [o] edendo: ſuper quo poſſeſſores, aut procuratores, vel magiſtratus, aut quicunq; in locis fuerint qui conficiendorum actorum habeãt poteſtatem, conueniat conteſtari: vt & de officij inſolentia conſtet, in quo [p] exercẽda vindicta eſt: & his poſſit eſſe cõſultũ.

V. Impp. Arc. & Ho. AA.

Per oẽs prouincias patrimonialiũ fundorum ab ordinarijs [q] iudicibus canon exigat: & quicquid exactũ fuerit dirigatur. [r] Sciant vero memorati iudices nihil ſibi ex priuatæ rei canone, vt ex eo quod ex hiſdem titulis contigerit, ad neceſſitates alias transferendum: niſi maluerint grauiſſima ſeueritate eorum licentiam coerceri.

TITVLVS LXV.

DE FVNDIS REI PRIVATAE, [s] & ſaltibus diuinæ domus.

Fiſco alienante rem non poteſt res auocari, ſed perpetuò penes ipſum vel eius ſucceſſores debet res permanere. Bal.

I. Imp. † Conſtantinus A.

Vniuerſi cognoſcant has poſſeſſiones, quas de fiſco noſtro comparauerunt, ſeu comparant, nullo à nobis iure retralu, [t] ſed propria firmitate poſſeſſas, etiam ad poſteros ſuos domini perpetui durabilitate dimitti.

† Co.Th. 11.19.2.

† Imp. Cõſtantini edictũ ad Cõſtantinopolitanos ita ſcriptum reperi in vno manuſcripto. Cõ.

[a] Emphytheuticarij. Munera non ſuo fauore, ſed fiſci, vel pricipis, vt ff. de iu. immu. l. ſemp. §. conductores. & facit C. de agr. & cenſ. l. 1.
[b] Impendant. facit C. de ſac. ſan. ecc. l. ad inſtructionem. & de mu. pa. l. 2. & ĩ. de pri. do. Aug. l. abſit.
[c] Profuturum eſt. aliàs prodeſt. ſic in auth de non alie. §. quia veriſimile. J fi.
[d] Patrimoniales. Tertiæ portionis. q d. ſoluat tertiã eius de collatiõe fundorũ patrimonialiũ & emphyteuticariorũ, qd̃ ſoluerũt alij. ſed certe aut totum, aut nihil. vt C. de ann. & trib. l. j. & certe nihil: vt hic dicit.
[e] Auri. vt C. de mu. pa. l. 3. Acc.
[*] Puniatur. pœna eſt C. de excu. mu. l. euidenter.
[f] Omnes. Pro rata cum communiter poſſidet.
[h] In ſolidum. quando ex aſſe Et no. pertinentium: nam nõ extra ordinẽ vocantur, ſed ordine, vt C. l. proxi & C de excu. mu l. euidenter.
[i] Priuatorum. facit C. de mu. pa l. 2. & de ann. & tri. l. oẽs. & l. fi. & de allu. l. 2 & C. ſine can. vel tel. l. fi. & ĩ. de col. fũ. pa. l. fi.
[k] Placuit. Poſſeſſores l. qui habent l. emphyteuſim ꝓdia principis, vel à principe habebat ab alio l. emphyteuſim, vt C. de ſun pa. l fundi.
[l] Habuerint. contra ff. de viu. l. tutor. §. Lucius. ſed dic, vt ff. ſi cert. pet. l. quidam.
[m] Ianuarium. eſt dies hic circa mediũ Ianuarij.
[n] Iduum. genitiuus pluralis numeri, & ſubſtantiuum.
[o] Securitatis q comprehendas inferentis nomen, diem, & conſulẽ, menſem, cauſam, & ſummã, vt C. de apo. pu. l. 1. & ſi fundus aſſer priuati, hanc apocham debet emphyteuta dare dño, vt C. de iu. emphyt. l 2.
[p] Quo. facit ff. de ſo. l. qui decem. & l. ſi debitor. & C. de ſuſc. l. 1. & ff. de act. & oblig. l. quod quis.
[q] Per omnes. Ab ordinarijs. præſidibus, vt C. de mo. mul l. eos.
[r] Dirigatur, vt C. de fru vr. conſ. l. fi. & C. de his quę ex pu. col. illata ſunt. l. fi. & de his qui ex pu. ra. l. 1. & 2 & de exact. trib. l. in fiſcalibus.

DE FVNDIS rei priuatæ &c.

Ideſt fiſcalis, quę ꝓpriæ & priuatæ principis dicuntur, vt ff. ne quid in loco pub. l. 2 § item hoc.
[t] Vniuerſi Retrahi. niſi aliud adijciat precio, vt ſup. de vendi. rer. ci. l. fi. & facit ad legem iſtã ĩ. de diue. præ. l. 4 & C. de ſun. pa. l. his & de debi. ci. l. fi. in fi. & C. ne ſiſ rẽ quam ven. euin. l. 1. & 2 & de quadr. pręſcri. l pe. & fi.

Hi

a H Si quos. Solicitat. quia videt eis expedire habere l emphyteuſim prædia principis.

b Tuæ dignationis. aliàs dicationis. & præſidi loquitur.

c Villa. eſt in emphyteuſim danda, ſic dicta ſecundùm M. à continuatione limitis.

d Non patiatur. ſic ℥. de prædi. na. l. 2. & de alin. l. fin.

e Debitum. ſcilicet penſionis.

f Acceperat. l. prædictam emphyteuſim.

g Sancimus. hac l. ſcilicet, ſine diminutione veteris mercedis.

h Onerabitur. ideſt non grauabitur nouus emphyteuta reliquis non ſolutis à primo qui fuit decoctor. l. deminutor penſionis. decoctio enim deminuit. & facit ℥. de cenſi l. fin. in princ. eſt ſi. Sed §. ff. de pub. l. Imperatores. Solu. ibi in conductione vectigalis: hic in alie. vel illa ſe eundum hanc intelligitur. vel ibi conce dit ab eo qui conduxit hic ab eo q auferendi & dandi ptãtẽ habeat. Vel hic auctoritate principis, ibi vero non. & facit ℥. de fun. pa. l. fundi. & l. hi. Acc.

† Secus eſſet, ſi cū Dei gui- ſione: vt l e quanto. idda glo. fi. eā de cenſib. vbi d hoc.

i Q Vicunq;. Suo noie. poſſidẽdam, ſibi q habendam.

k Perpetuo. i. emphyteutico.

l Conductionis. ſ. temporalis.

m Obnoxius. ſic ℥. de prædi. naui. l. ſi. & in Authen. de man. prin. §. non permittas. colla. 3. & ff. de pact. l. inter.

n V Niuerſi. quidam habent hic rubricam ſuperiorem. Acc.

o Rationalium. i. procuratorum Cæſaris: vt ℥. de modo mul. l 2.

† Imo ſi ſci, ingẽ Alci. hic.

p Poſtulatis. vel dicit de his quæ de-

II. Impp. Valenti & Valens AA.

HI quos commoditas priuatæ rei prædiorum ad ea poſtulanda ſolicitat, a adeant tuę dignationis b officium, & modũ ſuę deliberationis indicent per libellos: certumque habeant, ꝙ vnaquæque villa c cum eo onere vel forma cui nunc habetur obnoxia, ad noui domini iura migrabit: vt ſi quid adiecerit ſumptus cura vel ſolertia, qcquid mãcipiorum vel pecoris accreuerit, capitationis aut canonis augmenta non patiatur, d † ſed ſolis dominis hæredibusq́ue dominorum ſit ceſſura felicitas. Si quis autem in annis ſingulis non ſoluerit debitum e ex re ipſius: quod in reliqs remanſiſſe claruerit, ſine aliquib. dependere cogetur inducijs Sanè ſi quem poſtea minus idoneum factum eſſe conſtet, nec ita vt expedit, rationem reddere penſionis: res quas ex noſtris reb. acceperat, f ad alium idoneum iure quo ſancimus g trãsferentur: nec tamen decoctoris cuiuſque reliquis qui nouus accedit, onerabitur. h

III. Impp. Grat & Valentinianus AA.

QVicunq; poſſeſſionẽ rei priuatę noſtræ acceptã ſuo noie, i vel iure perpetuo k vel titulo conductionis l ei crediderit eſſe tradendã, qui penſare vtilitatẽ patrimonij noſtri ſoluẽdo non valeat: is pro eo quẽ ſuccedaneũ ſurrogauit, ꝑpetuæ ſolutioni ſtatuatur obnoxius. m

IIII Iidem ad Orebiũ.

VNiuerſi n fundi tẽplorũ, ad rõnaliũ o rei priuatæ ſolicitudinẽ curamq́; pertineant: atq; ab his anniuerſarijs ſolutionibus poſtulatis, p peculiari q (vt ſemper fuit) ſtudio defendantur.

V. Iidem ad Nebridiũ.

VSus aquæ, quæ fundorum noſtrorum vtilitatib. ſeruiebat, plurimorum dicit vſurpatione ſublatus: idq́; procuratorum conniuentia vel diſſimulatione perfectũ, r vt agrorũ fertilitas deſtituta, nullos fruct[9] cultorib. præſtet. Quia igitur ſatis iniuſtum eſt ſtatum florẽtis ante patrimonij, aride ſitis moleſtia fatigari: ad meat[9] priſtinos s vniuerſum aquæ motum tpis ꝑſcriptione ſubmota, præcipimus reuocari.

VI. Imp. Arcad

EVm q collegio, vel t curiæ, vel burgis, cæteriſq; corporibus ꝑ 30. ann. ſine interpellatione ſeruierit, res dominica vel intẽtio priuata non ingetabit, ſi colonat[9] vel inquilinatus qõnem mouere † tẽtauerit: ſed in curia vel in corpore, in quo ſeruierit, remaneat.

VII. Impp. Theo. & Valen. AA. ad Eudoctium.

NEmo dempto canone u ad cõparationẽ dominicæ x poſſeſſionis accedat. Quod ſi quis in poſterũ ad interdictũ contractum acceſſerit, eum volumus precia y perdere perpetuo: nec expenſarum vel melioratæ rei fructuum z exactioni compenſationem opponere: nec temporis ſibimet contra noſtra cõmoda præſcriptione (ex-

bentur ex prædijs templorum principi vel fiſco. ad quod in Auth. de eccle. ti. §. ad hęc. colla. ix. vel quæ penſio debetur templo.

q Peculiari. ideſt præcipuo, & facit xj. quæ lib. o. 1. c. ſi tributa Acc.

r V Sus. Perfectum. tepere dicitur. Vt, &c. conſecutiue. ſic & ſupra de obſe. l. ſi manumiſſori.

s Priſtinos. facit ſupra de ſerui. & aqua. l. ſi manifeſte. & l. præſes & de aquæductu. l. diligenter.

t E Vm qui. Priuata. quia ſit priuati colonus. & facit ſupra de agrico. & cenſi. l. cum ſatis. §. primo. & de decu. l. eum. Sed contrà ſupra de agrico. & cenſi. l. cum ſeimus. § illud. Solu. ibi per agnatos ſeruiunt. Item contra ſupra ne rei do. vel tempo. l. 1. Sed ibi de longo tempore, vel hic ſpeciale.

u N Emo dempto canone. ideſt hoc pacto vt nõ teneatur emptor ſoluere canonem. & no. ꝙ hic tangit vltimam partem rubricę ſecundùm M.

x Dominicæ. & Imperatoris ex qua ipſe Imperator ſoluebat alij canonem, vel penſionem: vt ſupra de fun. pat. l. fundi. & ſui officiales vendunt dicto pacto. & excipe poſſeſſiones poſitas per Orientem &c. quæ nec ſaluo nec dempto canone poſſunt alienari: vt ℥. de fun. patr. l. pen.

† Aliàs opponere.

y Precia. niſi fuerit ſtipulatus: vt ſupra commu. de lega. l. ſi §. ſi. Item contra ſupra ne li. ha. ma. l. prima. & fina. in fin. Solu. vt ibi. Accurſius.

z Fructuum. ſi habes fructuum. planum eſt: quia procu.

Cæſa-

Cæſaris rem cum fructibus vindicat: vt ff. de ſi inſti. & iu. ha. fiſc. l. 1. Si habeat fructuum die, id eſt melioratio rei nõ inducit compenſationem exactionis. ſ. fundi. & improprie dr̃ cõpenſatio ſ. canonis. & ſic ſtabitur cõtus voiẽte decepto: vt ff. de tranſac. item cõ ſ. de di. præ l. pen. in prin. ſo lu. vt ibi.

a Vetuſtatis. ſ. xl. ann opponenda tam petitioni rei, quàm canonis: quia hic non agitur de canone tributorum: ſed de canone fundorũ rei priuatæ principis. & ſic non ob. ff. de p̃ſcrip. xxx. anno. l. cõpetit.

b Celebratus. per id officium.

c Valitura. facit ff. de preci. impe. offe. l. nec damnoſa. & ſi cõtra vel vtili. publi. l. fin. & de cano. frumen. vt Ro. l. 2. & ſ. tit. 1. l. 2. Item facit ad l. ff. ne rei do. vel tem. l. 2 & ſ. de prædijs tamia. l. 2. & ff. de fun. pa. l. fin.

a Tamia ex. l meo manuſcri pto eſt dominicæ.

DE FVNDIS ET ſaltib. rei dominicæ.

d SI gg. Greges. quot animalia gregẽ faciant, ff. de abigeis. l. oues.

e Alienus. id eſt extraneus.

f Vendicentur. ſcilicet greges.

g Conniuentia. id eſt conſenſus.

h Eos procuratores. & facit ff. de paſ. pub. l. 2.

a Fal. dominium. C. Th. 10. 8. 15. Hæc lex iã ſemel fuis poſita ſub tit. de rei dominicæ vel tẽploſum.

i SI qua Occupauerit. alio emphyteuta eruente. Accurſius.

k Iura i. ad primũ emphyteutã, & cõſuetũ cenſum. Acc.

l Longi tpis. ſ. xl. an. p̃ſcriptio noceret, q̃a hic non agitur de canone rei iſtius, qui tollit p̃ſcriptione, vt ff. tit. 1. l. ſi canõ. n. tributorum nulla tollit preſcriptione, niſi

cepto vetuſtatis a. auxilio) blãdiri: palatinũ etiã officiũ quoquo mõ p̃ct' eiuſmodi fuerit celebratus, b vel ſi talẽ petitionem inſtruxerit, quinquaginta põdo auri pœnę nomine inferre priuato noſtræ manſuetudinis ærario: nulla liberalitate noſtræ clemẽtiæ, nulla ſanctione cõtra tanta rei priuatæ commoda valitura, c licet adnotatio, vel diuina pragmatica ſit, quæ contra vetita canonem vendere concedat, vel pœnam palatino remittat officio.

TITVLVS LXVI.

DE FVNDIS ET SALtibus, rei dominicæ. a

Immitens animalia in paſcua principis animalia perdit: procuratorque fiſci qui hoc conſentit grauiſſime punitur. Angel.

I. Imppp. Valent. Theo. & Arcadius AAA.

SI quis ouium, vel equarum greges d in ſaltus rei dominicæ alienus e immiſerit, fiſco illico vindicentur. f Quòd ſi venalis procuratorum cõniuentia g vt id deinceps tentetur admiſerit: eos h grauiſſimo iubemus ſupplicio ſubiacere.

II. Impp. Arcad. & Honor. AA. ad Paulum comitem dominicæ rei. a

SI qua loca ad ſacrum dominium pertinentia cuiuſlibet temeritas occupauerit, i ſecundum veteris cenſus fidem in ſua iura k retrahantur: reſcriptis per obreptionem impetratis, & præſcriptione longi temporis, l & noui cenſus præiudicijs, m in hac cauſa ſubmouendis. Neque enim aut precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut nouella profeſſio n proprietatis noſtræ priuilegium o abolere poterunt.

TITVLVS LXVII.

DE AGRICOLIS & mancipijs dominicis, vel fiſcalibus † rei publicæ vel priuatæ.

I. Imp. Conſtantinus A.

NVllus oĩno originalis colonus rei priuatæ p noſtræ ad aliquos honores, vel quęlibet alia ciuitatis munera deuocetur. Non enim ciuitatũ ordinibus, & cæteris, ex quib. pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus q hæc ſuprema præſidia iniurioſa nominatione r deſcendendum eſt.

II. Idẽ A. Ianuario PP.

COlonos noſtros, qui priuati s ſunt vel ad ratiocinia gerenda, t vel ad colendos agros idonei, retrahi u iubemus, ac tantum colendis x noſtris rebus addici: quinetiam in poſterum obſeruari y ne quis eorum rem priuatam cuiuſquam gerendam, aut aliquid adminiſtrandum ſuſcipiat.

III. Idem A. ad Equitũ magiſtrũ eq̃tũ & peditũ.

SErui atq; coloni, & eorum filij vel nepotes, vel quicunque de fundis ac poſſeſſionibus noſtris clanculo ad officia cõuolauerint diuerſa: reddantur, etiã ſi armatæ habuerint ſacramenta militiæ, z Nos enim etiam eos

in caſu: vt ff. de præſcript. xxx. an. l. competit. & de fun. pa. l. fi. §. fi. M.

m Præiudicijs. id eſt vt noui non præiudicent veteribus.

n Profeſſio. argu. cõ eos qui occupanerũt terras comitis Hugonis. & impetrauerũt reſcripta per obreptionem.

o Priuilegium. maioris cẽſus & facit ff. ne rei do. vł tẽp l. fi. & ff. tit. 1. l. 5. & l. fi. & l. vſus & ff. d aquæ du. l. diligenter. & dic priuilegium abolere poterunt.

† In ſeriptis aliis exem. legit, fiſcalibus, ſiue rei priuatæ, ſic in meo, recte. Cõt'.

DE AGRICOLIS & mancipijs &c.

p NVlli'. priuatæ. q eadem eſt, quæ & fiſcalis M. ar. ff. de offi. co. rei priu. l. 1. & ff. de fun. rei priua. no. in rubr. & ff. ne quid in lo pub. l. 2. §. hoc interdictũ. Item idẽ de colono priuati: vt ſupra de agr. & cenſi. l. originarios. facit ſupra de mã. & co. l. fi.

q Florentibus. in nuis quòd ſi alicubi ſit copia, ad hos deſcendendum eſt. Idẽ videtur de minorib. xxv. an. vt ſupra qui ætat. l. 2. & de decu. l. eos qui. & de mu. & ho. l. vt gradatim. §. 1. & 2. & l. honor. §. fi. Acc.

r Nominatione. aliàs nominatione: & aliàs denominatione.

s COlonos priuati. ſ. patrimonij noſtri.

t Gerenda. intra domum.

u Retrahi. ſi ad aliorum vſum iuerunt.

x Colendis. i. adminiſtrandis in agro vel alibi.

y Obſeruari. iubemus, repete. & facit ſupra de man. & colonis. l. fi.

z SErui. Militiæ. niſi peractis ſtipen-

ſtipendijs meruerit otia veteranorum. vt ſupra de man. & col. l. hoa.

Aliàs ... AA. ad Florentinum.

a Diſcingi. No diſcingi. nā cingitur cū ſit miles: vt ff. d mil. teſt. l pen. & facit. ſ. ne rei do. vel temp. l. 1. & 3. & de ſer. fugi. l. fin. & de colo. fugit. l. 1. & 3 & de colla. fund. pat. l. 1. & 2.

b E X ingenuo. Deputari. excepto eo quod dicitur de colono qui fugitur tamiacæ: vt infra titu. 1. l. 1. M. & facit ſup. de decu l. nati. & de agric. & cen. l. mulier. & l. ne diutius. & l. fin. & ſupra de muriieg. l. bl. qui

c D Ominicos. Deſcriptionem. ſpecies illationis: vt ſ. de impo. lu. deſcri. l. ij.

d Extraordinarias. vt ſ. de col. fun. pa. l. 1. & ſ. de priuile. do. Aug. l. 1.

e Q Voties. Colonorum. noſtrorum.

f Origine. non admittitur quilibet ad emendum. ſic ſ. non lice. habt. me. l. 1. & in Auth. de col. §. fin vero. Sed arg. contra ſupra de contrahen. empt. l. dudum.

De tamiacis prædijs pulchre Alc. hic, & Pyrrhus. ſ. ad ti. de fun. rei priua.

g DE PRÆDIIS tamiacis &c.

Quidā dicunt debere ſcribi de prædijs dominicis nō tamiacis, in hac rub. & hoc ex eo probatur, quod ſubijcit: & de his qui &c. ergo in l. 1. dicatur dominico, vel dominicæ, non tamiaco vel tamiacæ, & in vlti fundos dominici iuris, non tamiaci, ſecundùm P. quod nihil eſt. Vel dic ſecundùm Io. tamiacis. ſ. prædijs in quibus ſunt cellulæ. Vnde tamiacus, id eſt cellarius: aliàs cellulatius. tamion enim Græcè, Latinè dicitur cellarium. Vel aliter prædia empta erant, vt canonem redderent inter cellulas ſecundùm Ioan & eorum colo-

Pro iocluſo, meus liber habet ꝓpoſito ſacri. forte deeſt verbū patrimonij. Conus.

diſcingi a iubemus, ac reddi, qui protectorū fuerint nomen adepti.

IIII. Imppp. Gratia. Valent. & Theo. AAA. ad Florum.

E X ingenuo & colonis ancillisq; noſtris natos natasve origini, ex qua matres eorum ſunt, facies deputari. b

V. Imppp. Val. Theo. & Arcad. AAA.

D Ominicos colonos neq; ad deſcriptione c patimur deuocari, neq; extraordinarias d pati functiones: maximè cum aduerſus cōſuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

VI. Impp. Theodoſius & Valen. AA.

Q Voties alicui colonorū e agrū priuati patrimonij noſtri placuerit venūdari: nō vnus tātū, q forte cōſortib. ſuis grauis ac moleſt⁹ exiſtat, ſed alij quoq; duo vel plures ex ſimili origine f ac iure veniētes, in ſupradicta emptione ſocientur.

TITVLVS LXVIII.

DE PRAEDIIS TAMIACIS, g & de his qui ex colonis dominicis alijsq; liberæ conditionis procreantur.

Natus ex vno parente tamiaco, & altero libero, tamiacus eſt: natus autem ex adſcriptitio, vel ex ſeruo alieno, & ancilla dominica, vel adſcriptitia vel ex ſerua priuati, & ex colono vel ſeruo dominico, ſemper ſequitur conditionem parentis liberi. Bartol.

I. Imp. Zeno. A. Chiſeroti PP.

S I liber h colon⁹ vel colona libera tamiaco vel tamiacę matrimonij iure copuletur: filij vel filiæ ex huiuſmodi cōtubernio procreati vel procreatæ colonis dñicis annectenī. ſi aūt adſcriptitius vel ſeruus alienus colonā vel ancillā dñicam i ducat in vxorē, vel adſcriptitia vel ancilla colono vel ſeruo nubat dñico, i & ex hmōi cōiūctionib. nati ſunt liberi: veterū legū ius tenere ſancimus. k

II. Idē Sebaſtiano P. P.

M Eminim⁹ pragmaticā ſanctione iuſſiſſe l fundos tamiaci m iuris in ꝓuincijs poſitos, necnō et poſſeſſionē Gomatici n ſaltus ſub certa forma (ſaluo. ſ. canone o & tributarijs collationib. hiſdē ꝓdijs impoſitis) volentib. diſtrahi, p quatenus qcquid ex precijs memoratorū fundorum poſſit reſtitui, publico inferaī. Sed licet p eādem ſanctionē hmōi venditionum ɔ̄ctib. plenisſima delata ſit cautio, attamen perpetuæ emptionis ſecuritati conſulētes, huius etiam perpetuæ cōſtitutiōis auctoritate muniri eoſdē emptores præcipimus.

TITVLVS LXIX.

DE DIVERSIS PRAEdijs vrbanis & ruſticis templorum & ciuitatū & omni redditu ciuili.

Aedificans in ſolo publico debet ſoluere debitam penſionem pro ædificio, ſi expediat reipublicæ, alias ipſum ſolū cum ædificio vindicatur. Bar.

I. Imp. Iulianus A. Attico.

P Ro ædibus, quas nōnul-

Codex.

ni dicuntur tamiaci, id eſt dominici coloni: quia dicta prędia erant imperatoris.

h S I liber. aliud in ſeruo, vel adſcriptitio: vt ſ. in l. fin Acc.

Tamiacę, & ſic deinceps.

i Dñico. per hoc ꝓbatur nō debere ſcribi tamiacum ſecundùm P. & nor. prout accidit colono, eſt ſpeciale: vt ſupra de ſer. fugi. l. fi. Accur.

k Sancimus. vt ſequatur matris cōditionem. vt & ſ. titu. 1. l. ex ingenuo. cum ſuis concor. quod in caſu primo huius l. non contingit. item eſt argu. ɔ̄. ſ. de ſer. fugiti. l. fi. Solu. ibi in liberis. Accur.

l M Emiuimus. Iuſſiſſe. qd̄ habemus.

m Tamiaci. expone vt in rubri.

n Gomatici. l. ſaltus laboribus ad fertilitatem deducti. gomos enim Græcè, Latinè labor. Alij habent canonici, id eſt præſtantis ordinariū canonem. canon. n. Græcè. Latinè ordo. vnde canonicis quia ex ordine nomina eorum ibi ſunt poſiti ſecundùm M.

Gunathetici ſeu ſgonothetici mallet Alci. hic. Pyrrhus gomaticij vſ aſſerere. ſ. ad titu. de fun. rei priua. vide Cuiacium hic.

o Canone. de hoc canone fit mentio ſupra de colla. do. & ſ. de ſacroſan. eccle. l. placet.

p Diſtrahi. ſibi ſubaudi. hoc fallit in his patrimonialibus qui per Orientem ſunt: vt ſupra de fund. pa. l. pen. & facit infra ti. 1. l. 2. & l. eos. & l. ſi quis & ſ. titu. 2. l. fina. & ſupra de fun. rei priua. l. 1. & l. fina. Accur.

DE DIVERSIS prædijs vrba. & ruſticis templorum & ciuitatum & omni reditu ciuili.

P Ro ædib.

li in ſolo reipublicæ extruxerunt: placitā præſtare penſionem cogant. a

II. Idem A. Secūdo P.P.

PAmphyliæ b & ciuitates, & quæcunque aliæ, c quicquid ſibi acquirant, d id firmiter habeant.

Tertia pars canonis, qui redigitur ex fundis vel locis reipublicæ, ſufficit ad reſtaurationem murorum. Bar.

III. Impp. Arcadius & Honorius AA.

REſtaurationi mœnium e publicorū tertiam portionem eius canonis f qui ex locis fundisve reipublicæ annua præſtatione confertur, certum eſt ſatis poſſe ſufficere.

Emptor reipublicæ vel templorum ipſam perpetuò poſſidebit: nec ab eo poteſt auelli, licet alius offerat meliorem conditionem. Bart.

IIII. Iidem AA.

EOs qui auctione g prima fundorum iuris patrimonialis, ſiue templorum poſſeſſores effecti ſunt, vel fuerint, firmum h dominium tenere decernimus, ne vlterius vacillet vniuſcuiuſque poſſeſſio, ſed teneat quiſq; ius proprium qđ dato precio roboratum eſt, vel fuerit.

Emptio rei emphyteuticæ fiſcalis facta à priuato, vel etiam à ciuitate ſub pacto ne teneatur ad canonem, tenet: ſed pactum eſt irritum. Barto.

V. Imp. Valentin. A.

SI qui i ex titulo donationis vel emptionis, ſiue ex alio quolibet titulo poſſeſſiones, vel domus, vel ergaſteria k iuris duntaxat ciuilis, q huius iuris eſſe verè probantur, cuiuſlibet ciuitatis, & præcipuè huius k æternæ vrbis cui maiorem debemus fauorem, tam ciuilis, l (vt dictum eſt) iuris, quàm etiam agonotheticas m poſſeſſiones, à conſulatu Auſonij & Olybrij, dempto ciuili canone acceperunt: eos impoſitum eis n canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis, ad quam eædem res pertinuerunt, præbere iubemus. Nam ſi priuati iuris debita o non patimur denegari, multo magis præbēda ſunt ciuitatibus quæ iure debentur, cum ſufficiat poſſeſſoribus, q apud eos dominium p in perpetuum ex noſtra liberalitate permaneat. Si quæ tamen poſſeſſiones iuris ciuilis canonē priuatis largitionibus q in præſenti præbent, vel nunquam ademptum, r vel poſtea impoſitum: s ad hanc iuſſionē non pertinebunt, ſed priuato ærario canonem quem nunc agnoſcunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos ſucceſſoreſq; eorum & detentatores pari modo permanente.

VI. Imp. Zeno A.

HAnc in perpetuum t valitura lege ſancimus Nicenſium u ciuitati, * ſeu habitatoribus eius tam ius exactionis quadraginta * ſolidorum annui canonis ciuilis redditus ad ſuam patriam pertinentis, & poſſeſſoribus, ideſt Callimacho & Eliburno, necnon Emptorio & Veratorio cum Epotio * eorum x ſub territorio Apamenæ ciuitatis conſtitutis, ex nuper lapſa tertia indictione y cum ipſa z reſtitui: quam a ſi quid ex quo ſanctio Martiniani diuę me-

a Cogitur. ſi hoc publicè expediat. aliàs vindicentur iu publicū p præſidē: vt ff. de ope. pub. l. ſi legatū. §. fi. & facit. ff. ne qd in loco publi. l. 2. §. ſi quis nemiuem ↄ.

b PAmphyliæ. alās Pamphylæ. & eſt nomē prouinciæ: aliàs incipit. etiam ciuitates.

c Aliæ. ſ. ciuitates. vł dic aliæ. ſ. villę vel perſonæ. Acc.

d Acquirant. iuſtè tamen. & facit ꝟ. de hæ re. inſti. l. hæreditas. & de leg. 1. l. ciuitatibus. & ꝟ. de fun. rei priua. l. 1. & ff. ad Trebel. l. omnibus.

e REſtaurationi mœnium. ciuitatum vel caſtellorum: quod fieri debet cōſulto principe: vt ff. de re. diui. l. antepen. §. muros.

f Canonis. i. annui tributi fiſco præſtandi: vt ꝟ. de ope. pu. l. ne ſplendidiſſimæ & de vecti. l. fi. & in authen. de col. §. iubemus nullam. coll. 9.

g EOs qui auctione. i. acceptione per emptionem: vt j. l. fi. & ſic ꝓ actu non pro iure ponit nomen auctionis. ſic in auth. hoc ius porrectum. ꝟ. de ſac. ſan. eccle.

h Firmum: quia non eſt locus adiectioni in patrimonia lib. ſeu templorū poſſeſſionib. ſed ſolū in cauſis fiſcalibus: vt inf. de vend. re. ci. l. j. vel poteſt dici, vt in patrimonialibus ſit locus adiectioni ſed nō niſi ſemel: & hoc colligitur in eo, qđ dicit prima auctiōe. ad quod facit. ſup. de fun. rei priua. l. 1. Accur.

Quod gl. hic dicit. ſ. q nō eſt locus auctioni ſ vēditione reiū tēplorū. eſt correctū per auth. hoc ius porrectum ꝟ. de ſac. ſa. ecc. ſm lo. de Pla. hic.

i SI qui. Ergaſteria. acceperit, quod eſt j. ſ. ab alio priuato.

Sumpta ex Nouella Martiani de prædijs ciuitatū omniū. q hodie extat i breuiatio Alaridi.

k Huius. ſ. Conſtantionpolis.

l Ciuilis. ex qua redditus præſtari debet.

m Agonotheticas. expone: vt ꝟ. de fun. rei pri. l. ſi.

n Eis. poſſeſſoribus.

o Debita. i. quod debetur priuato.

p Dominium in perpetuum. Contra ꝟ de fund. rei priua. l. fin. vbi aufertur poſſeſſio ſed ibi in pdio Cæſaris: hic ciuitatis.

q Largitionibus. i. cameræ principis.

r Ademptum. canonem dico nunquam ademptum per pactū ab emptore: quia nō poſſet: vt ꝟ. de fun. rei priua. l. fi.

s Impoſitū. poſtquā nouus poſſeſſor accepit, facit j. de lo prædi. ci. l. fin. & de fun. rei priua. l. 2.

t HAnc in perpetuum. Martianus conceſſit ciuitati Nicenſium, & quibuſdam nobilib. de territorio Apamenæ ciuitatis, vt à red ditu ſeu ratione, qđ ſoluere debebant, dicta ciuitas exigeret ſibi certam ſummam: q priuilegiū à certo tempore malè obſeruatū eis reparat Zeno per l. iſtam ↄ.

u Nicenſium. ciuitas eſt in prouincia Syriæ ſecundùm P.

x Eorum. forte nepote ↄ.

y Tertia indictione. ex qua tempore non fuerit eis obſeruatū.

z Cum ipſa. ſ. Apamena ciuitate, quæ erat ſubdita Nicen. vel dic eum exactione ↄ.

a Quam. hoc reſpicit ſuperius. Acc.

Cuius

* De Nicæa intellige, metropoli videlicet Bythyniæ, ſub qua fuit Apemæa.

* Aliàs quadringentorū.

* Forte equitio, vel enthecio. Cuiacius hic.

a Ciuitatis Nicen. Accur.
b Ciuitatibus. prædictis duabus, quibus & alia priuilegia data fuerant à Martiano, Et eſt hæc l. arg. pro priuilegijs renouandis: vt in authē. de hære. & fal. §. 1.

Priuilegia vetera renouari debent.

DE LOCATIONE prædiorum &c.
c Ciuilium. ſ. cuiuſlibet ciuitatis: vt ſ. eo. t. l. 1. Acc.
d Fiſcalium. hæc nō debent locari minoribus. Itē cōductor nihil debet exinde exportare, vt ff. de iur fiſ. l. in fraudem. §. fi. & §. penu. Accur.
e Templorum. ex hoc titu. & eius legibus videt poſſe colligi, quod ſicut prædia rei publi. ſeu dñicæ poſſunt locari in perpetuū, ideſt dari in emphyteuſim: ſic templorum. quod noua conſtitutione prohibitum eſt: vt in authent. de alie. & emphyt. §. locationes. colla. ix. vbi non vltra xxx. an & in alijs venerabilibus domibus. ſed dic quod poteſt etiam in perpetuum: vt not. in authen. de non alie. §. necnon & ind. col. 2.
f Diui. Per petuarijs. ſ. colōnis. g Officiorum. officiorum colonorum &c. Accur.
h Si apparitione. ſ. iudice cum ſuis apparitoribus: qui & diſcuſſor dicitur.
i Fideiuſſione ſi tamen habent ſufficiētia prædia: vt ſ. de omn. ag. deſer. l. quicunque. & de fun. pa. l. quicunque. Acc.
k Seruetur. facit ſ. de fun. rei priua. l. quicunque &c.
l Fundi. Conductionis. ſimplicis temporalis. nam inno poſſet auferri primo, alio plus offerente: vt infra. l. ſi §. ſi vero pro tali. quod hic non licet poſt contractum vt hic, & infra l. fin. ſed nec

moriæ lata eſt; ad eiuſdē ciuitatis a præiudicium geſtū eſt, infirmari, & quod ex eadē, puiſione ciuitatibus delatū, interea qualibet occaſione minutū ē, ex auctoritate conſtitutionis nr̄æ ſerenitatis eiſdē ciuitatibus b redhiberi ita vt nec iudicaria auctoritas, nec imperiale reſcriptū, quacunque videlicet adiectione munitū, ſepe dictæ generalis legis vires poſſit infringere. Quod ſi quis aliter fecerit, pœna graui plectetur.

TITVLVS LXX.

DE LOCATIONE prædiorum ciuilium, c vel fiſcalium, d ſiue templorum, e ſiue rei priuatæ, vel dominicæ.

Prædia principis, quæ in perpetuum locātur, ſunt locāda diuitibus, & alijs cū fideiuſſoribus idoneis & officialis prædicta negligens, de ſuo reſarcit omne detrimentum. Bal.

I. Imp. Grat. Theodo. & Arcadius AAA.

Diui patris nr̄i aperta præceptione cauetur, fūdos ex re priuata noſtra ita tradi perpetuarijs, f vt periculo collocantium officiorūque g tradantur. Neque enim quicquā poteſt ex deuotionis plenitudine vacillare, ſi apparitione h iudicaria & fundi idoneis attributi ſunt, & inde fiſcalis indemnitas idonea fideiusſione i eſt munita: quorum ſi alterū, vel vtrūque neglectū eſt: quæ ex hoc titulo pēſitatio canonica deſideratur, ex officiorum facultatibus ſeruetur. k

A colonis perpetuis fundorū publicorū nō auferuntur fūdi, licet alius meliorē offerat conditionē. Ba.

II. Idem AAA. Nibrio.*

Fundi reipublicæ ab his qui nec titulo cōductionis l eos detinent, quiq; meliores cultu patrocinante reddiderint; nec noſtrarū quidē ſanctionum m (ſi fortè quiſpiam per ſurreptionē meruerit) nutibus auferanē iuxta legem veterem: n ſemel tantum licentia faciēdæ adiectiōis indulta.

Subhaſtatio locatione perpetua fundorū publicorū ita vendicat ſibi locum ſicut in venditione. Bart.

IIII. Impp. Honorius & Theodoſius AA.

Loca omnia fundive reipublicæ, propoſitis prius licēter edictis, o de hinc vbi in eum canonis modum, contendentium augmento ſuccreuerint, vt extendi vltra, aut ſuperari alterius oblatiōe nō poſſint: perpetuariis conductoribus p locentur.

Si finita locatione conductor primus offert tātum quantum nouus, in locatione præfertur. Bar.

IIII. Idē AA. Mineruio.

[h] Dignitatem. ſed illuſtribus viris ꝑmittebaṫ patriciatus codicillos accipere: quãuis hmõi dignitatib. nõ fuerint primò decorati: vt in nouel. de ordi. ſe. vbi etiam dicit præfectum vrbis præeſſe patricio.

[i] Orbis terrarum. ff. de leg. & ſen. l. de q̃bus. & ĩ. de vete. iur. enu. l. 1. §. ſed & ſi quis. & Inſtitu. de ſatiſda. in fi.

[k] Cenſemus. ĩ. l. ꝑxi. & ĩ. l. proxi. & ſeparatus arcarius debet eligi, qui hoc cuſtodiat: vt ĩ. de aquæduct. l. hac lege.

[l] Annale. ſicut præſtat centũ lib. auri, q ꝑ annũ impetrat vt ſit cõſul in actu: vt ĩ. l. ꝑxi. ſic qui fit conſularis, i. vt dignitatem habeat ſine adminiſtratione.

[m] Sentiat. ſcilicet ciuitas.

[n] Sancimus. Procedendi. vt impetret per annum ẽi adminiſtrationem.

[o] Et re ipſa. i. etiam ipſo actu.

[p] Proceſſio. ſ. per annum & aliàs eſt proceſſio.

[q] Iteraſſe. primo cõſularis factus conſul in actu, non eſt plus q̃ cõſul & facit ĩ. l. 1.

[r] Noſtra. i. nos purpura veſtitos: & dicitur adorari, cũ ſalutatur: vt ĩ. de fabricen. l. 2. li. quo ẽ ordo &c.

[s] Sacrę conſtitutionis. ĩ. l. proxi. ſed ſi ante nõ fuiſſet conſularis, & ſic nõ ſoluiſſet tunc impetrans conſulatum per annum ſolueret: vt ĩ. l. prox. in fi.

[t] Denuo. ſic ff. de regu. iur. l. bona.

[u] Sancimus. Præſtitis. i. præſentatis ſibi literis electionis ad patriciatum: vt hic, & Inſtit. quib. modis ius pat. pot. ſol. §. filiusfamilias. ſic eſt & in quibuſdã alijs. qđ dic. vt ĩ. đ dec. l. ſi. & ſauth. conſti.

[1]. Ex his habetur. Io. de Pla. q̃ dare ignoranti eſt ꝑdere. Aurũ ſpargere & tõ tenere ſolus princeps põt.

[2] Prætoriorũ Orientis, vel Illy. &c.

effici, ac poteſtate liberari paternæ ne videant, q à nobis loco patris honorant, alieno iuri eſſe ſubiecti: (quis. n. patiatur patrem quidem poſſe per emancipationis modum ſuis nexibus filium relaxare: imperatoriam autẽ celſitudinẽ nõ valere eũ quẽ ſibi patrem elegerit, ab aliena eximere poteſtate?) ne ſi p̃rium approbetur p quãcunq; machinationẽ, imperialis maieſtas minui[a] videatur. Et hoc quidem raro contingere ſatis[b] certum eſt: nemo. n. facilè reſpexit filiũ familias i patriciatus honorẽ prouectũ, quẽadmodũ in conſulibus hæc res vſitata eſt: ſed nequid in parte temporis tale eueniat, & ſine legibus inueniatur, ideo hęc nobis viſa ſunt ſancienda.

TITVLVS IIII.

DE PRAEFECTIS prætorio, ſiue vrbi, & magiſtris militum in dignitatibus exæquãdis.[c]

Præfectus vrbi, & præfectus prætorio, & magiſter peditũ vel militum licet habeant dignitates diſtinctas: tamen omnes ſunt paris gradus: & ille præfertur, qui primò fuit in dignitate electus. Bar.

I. Imppp. Valen. Valens, & Gratian. AAA. ad Ampelium PP.

PRæfectũ vrbi, & præfectũ p̃torio, & magiſtros equitum ac peditum, indiſcretæ[d] ducimus dignitatis: vſq; adeo[e] videlicet, vt cũ ad priuatam[f] receſſerint vitam eum locum[a] velimus eſſe potiorem, qui alios promotionis tẽpore, & codicillorum adeptione præceſſerit.[a]

Dignitate depoſita per plures in pari gradu dignitatis exiſtẽtes, ille eſt potior, qui prior fuit in dignitate electus. Barto.

II. Imppp. Gratia. & Valentinian. & Theodo. AAA. Reſtituto. P.V.

QVisquis magiſteriũ equitum peditumque ſuſceperit & geſſerit[g] ante captam à quoquã præfecturam: is cum priuatus erit, & honorem depoſuerit ex præfectis,[h] qui prouecti fuerint, præferatur. Sit igitur ſedes prior ante prouectis, locus conſpectior, decernendi loquẽdique facultas antiquior, cui eſt ſplẽdor adepti magiſtratus vetuſtior. Dat. viij. Calẽ. Iul. Theſſal. Gratiano V. & Theodo. AA. Coſſ.

TITVLVS V.

DE PRAEPOSITIS SAcri cubiculi, & de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum.

Cuſtodientes cubiculum principis vel Auguſtæ eandem dignitatem habent, quam præfectus vrbi, & præfectus prætorio, & magiſter militum: & hac dignitate depoſita nulla eſt inter eos diſcretio, ſeruata tamen reuerentia temporis. Bar.

I. Impp. Hono. & Theo. AA. Florentio P.V.

SAcri cubiculi præpoſiti ea dignitate fungantur, qua ſunt præditi, qui eminẽtiſſimam prætorianam vel vrbanam meruerint præfecturam, aut certè militarem magiſteriam poteſtatem: ita vt ſit inter eos poſt depoſitas adminiſtrationes nulla diſcretio,[i] ſiue noſtræ ſerenitatis adoraturi admittantur imperium, ſiue pro ſuo arbitrio ſolennes feſtiuitates[k] & cœtus vel ſalutationes,[l] vel quælibet alia officia frequentent: vt in ſedibus[m] & in conſeſſu[n] eis ordo ſeruetur, quem ordo prouectionis oſtenderit, ſub habitu videlicet ipſis cõſueto: cum manifeſtè decretum[o] ſit, eum eſſe potiorem, qui præceſſerit, vel illum ſubſequi, quem recentius probauerit examen. D. viij. Id. Nou. C.P. Honorio xij. & Theodo. X. AA. Coſſ.

---

conſti. q̃ de digni. §. generaliter. colla. ſ.

[a] Minui. qa quodã modo eſſemus in poteſtate patricij pſis, quaſi aui.

[b] Satis. ſicq̃, parum læduntur patres: qḋ ſecus eſſet in conſule: vt ff. de vſuc. l. inſto. & tñ i ↄſule ẽ idẽ hodie, vt in d. auth.

[c] DE PRÆFECtis prętorio &c.

[d] PRæfectũ vrbi. In diſcretæ. i. nõ diſcretæ, ſeu ſeparatæ, ſed æqualis dignitatis.

[e] Vſq; adeo. id hoc eſt verum.

[f] Ad priuatam aliàs à priuata: & eſt plana, aliàs, ad priuatã: & ſic dic, q̃ retineat aliquẽ effectũ dignitatis: vt j. l. proxi & facit ſ. ti. t. l. r. & ſn. qnt po. in pig. ha. i. ſi fundum. & de loca. præ. ci. l. congruit.

[g] QVisquis Geſſerit. i. geſtionem compleuerit. Idem ſi nõ compleuit, antequã alius præfectus eligeretur. ſic æquiparant magiſtrum iſtũ præfecto, vt q prior fuerit, præferatur i hoc n. eſt ſimilitudo.

[h] Ex pfectis. i. his q̃ poſt magiſtratũ fuerint electi & deſierũt præferatur magiſter in his q̃ ſequuntur. Et no. eos retinere effectum dignitatis. ſic ſ. de aduo. di. iudi. l. petitionem. §. egredientem & j. tit. i l. l. 1. & ſ. de exeu. mu. l. eam. & l. maximatum. in fi. & j. de primi. eo. qui in ſac. pa. l. 2. in fi. & l. fina. Dic ergo, q̃ hic fuerunt prouecti, ſed deſierunt: aliàs ſecus, vt j. de primi. l. 2 in fi. & facit ſup. l. prox. cũ ſuis concord. Alij dicunt de nouo: vt ſ. ti. j. l. j. ſed & habẽt neceſſe dicere, q̃ de ſieri p l. j. vt digni. ord. ſerue. l. 2. ſed adminiſtratores.

† Suidas ait eũ appellatum fuiſſe patrẽ cõmunẽ reipu. idem & Caſſiodorus in formula patriciatus.

[a] Puto legẽdũ loco ex manuſcrip.

° Dat iij. Non. Iul. Naſona -

DE PRÆPOSItis ſacri cubiculi, & de omnibus &c.

[i] SAcri. Diſcretio. i. dña. ſ. ti. j. l. j. & 2. & ſ. ti. 2. l. 1. & l. pen. & j. de fil. l. vlti. Sed arg. contra. ff. de indi. l. 2. §. plane. Acc.

[k] Feſtiuitates. i. feſti cõuẽtus, q̃ fiebãt in Maio, & dicebantur cõniuias vt ſ. de pag. & ſa. l. vt profanos. vel in Maiuma: vt ſ. de maiu. l. vnica. lib. 11. Acc.

[l] Salutationes. iudicũ forte: vt j. de proxi. ſac. ſcri. l. 2. & ſ. de off. diuer. iudi. l. vlti. Accur.

[m] Sedibus. ſic ſup. de ſacroſan. ecc. l. decernimus.

[n] Conſeſſu. vt ff. de albo ſcri. l. 1.

[o] Decretũ. ciuium, vel ſenatorũ, vel curiæ.

Has

el. Accep. lit. Non. Sept. Modeſto & Arintheo Coſſ.

Cubicularij principis et antequam ad dictum officium obligentur, gaudent immunitate munerum extraordinariorũ, & finita dignitate nõ recipiunt hoſpitem inuiti: & præſides cõtrarium facientes, pœna hac lege inſerta puniuntur. Bar.

II. Iidem Theo. & Valē. AA. Proculo PP.

HAc noſtræ manſuetudinis æterna lege ſancimus, vt oẽs cubicularij qui de noſtro cubiculo exeunt, [a] antequã [b] primũ locũ [c] obtineant (excepto [d] caſtrenſi & comite domorũ) his priuilegiis perfruanẽ, i. vt neque poſſeſſiones eorum angarias, [e] ſiue parangarias, vel etiã parauerédos in poſterũ diſpoſitione tui culminis vel alicuius calumnia dare cogãtur, ne ſordidis adſtricti muneribus, decus miniſterij, qđ militando videbanẽ adepti, otij tempore & quietis amittãt. domos quoq; eorũ vel in hac ſacratiſſima vrbe, vel ĩ qualibet alia poſitas ciuitate ab oĩ hoſpitũ cuiuſlibet dignitatis ingetudine viudicamus: [f] prouinciarũ rectoribus, eorumq; apparitoribus denarũ librar. auri diſpẽdio feriendis, ſi manſuetudinis noſtræ ſtatuta diſſimulare, & ex aliqua parte violare tentauerint.

Cubicularij principis et Auguſtæ non cogantur reſpondere niſi coram officiorum magiſtro. Bart.

III. Impp. Leo & Anthemius AA. Ioanni comiti & magiſtro officiorum.

CVbicularios tã ſacri cubiculi mei, q̃ venerabilis Auguſtę, quos vtroſq; certũ eſt obſeqis occupatos, & aulę penetralibus [g] inhęrentes diuerſa iudicia obire [h] nõ poſſe, ab obſeruatione aliorũ tribunaliũ liberamus, vt in ſublimitatis ſolummodo tuæ iudicio propoſitas aduerſus ſe excipiant actiones.

Si dominus principi ſeruum ſuum cubiculariũ obtulit: illico talis ſeruus libertatẽ adipiſcitur, & ea vtitur inter viuos, & in vltima voluntate: & eidem ab inteſtato ſuccedıtur per agnatos & cognatos: quibus deficientibus fiſcus eius bona occupat tãquam vacantia. ſi autem domino ignorante vel inuito cubicularius factus ſit, intra quinquennium cum peculio vendicatur, & prædicta etiam ad cubicularias extenduntur. Bart.

IIII. Imp. Leo A. Puſeo PP.

IVbem⁹ [i] oẽs, q vel iã in ſacrũ cubiculũ cuiuſpiam [k] liberalitate donaui, aliove titulo dati vel dãdi principalib. obſeqis ĩhęrere vel añ meruerũt, vel poſtea meruerint, licet nulla interueniẽte ſcriptura, nulla ꝯfectione geſtorũ, poſtquã deuotiſſimis cubicularijs fuerint ſociati: ad condõnẽ libertatis ingenuitatiſq; rapianẽ, [l] raptiq; videanẽ. hoc nõ ſolũ circa ſupſtites, ſed ẽt circa mortuos [m] volumus cuſtodiri. Nã cũ hoc priuilegiũ videaẽ pricipalis eẽ ꝓpriũ maieſtatis, vt nõ famulorũ, ſicut priuatæ cõdõnis hoĩes, ſed liberorũ honeſtis vtaẽ obſequijs: ꝑ iniquũ eſt eos dũtaxat [n] pati fortunę deterioris incõmoda: ſed teſtamẽta qđẽ ad ſimilitudinẽ aliorũ q ingenuitatis infulis decoranẽ, ꝓ ſua liceat eis ꝯdere volũtate: inteſtatorũ verò nemo dubitet facultates, vtpote ſine legitimis [o] ſucceſſoribus defunctorũ, fiſci iuribus vindicari. Et hęc oĩa tũc diligẽti obſeruatione volumus cuſtodiri, cũ ſpõte, ſuaq; voluntate qs dederit [p] eunuchũ ſacri cubiculi miniſterijs adhęſurũ. Si verò cuidã fuerit violẽter extort⁹, aut ĩuito dño vel ignaro itra ſacrũ auſus ſit militare cubiculũ: liceat dño deſtinatũ ſacra ex lege cubicubularijs interpellare iudiciũ. [q] & eũ, [r] quẽ ꝓbauerit nolẽte ſe vel inſcio ſacrũ penetraſſe cubiculũ, vt ſuũ famulũ cũ peculio cõſequatur. Sed & ſicut læſis implorãdi ꝑſidijs facultatẽ denegari cõ conuenit: ita nec calũniãdi [s] viam

Priuilegiũ officialiũ dignitate finita non perditur.

[a] HAc noſtrę. Exeunt. qa finiẽtũ officiũ. & tñ retinent priuilegiũ quãdiu viuũt: vt hic, & ĩ. de excu. mu. l. eos. & l. maximarũ. in fi.
[b] Antequã. ſubaudi, etiam.
[c] Locum ſ. cubicularij, ad qđ poſſet recligi: vt ĩ. de ꝓſu. l. j.
[d] Excepto. excipit duos palatinos, qui nõ hñt immunitatẽ ĩ. ſcriptã. q̃ nimmo nullus habet, niſi q lege aliqua ſe habere oſtendat: vt ſup. de excu. mu. l. maximarum. in prin.
[e] Angarias. i. munua ſordidum.
[f] Vindicamus. i. excipimus. & facit inf. de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. ff. de mu. & bo no. l. vlti. §. patrimoniorum.
[g] CVbicularios. Penetralibus. hic merito dicunẽ penetralia, qa nullus audet penetrare. P.
[h] Obire. i. ſubire. & loqĩt magiſtro officiorũ, cui hæc cõſtitutio mittitur. & fa. ĩ. de ſilen. l. ne aduerſa. & de caſtrẽſianis. l. j. & ĩ. vbi ſe. vł cla. l. quoties. & ĩ. de priuile. ſcho. l. 2. nec ob. ĩ. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouin. Ibi, nullo priuilegio &c. quia nõ erat ibi tolerctũ in iatis corpore.
[i] IVbemus. ſubaudi, vt omnes &c.
[k] Cuiuſpiam. ſ. domini ſerui.
[l] Rapiantur. ex hac l. vt in auth. de mona. §. 2. col. 1.
[m] Mortuos. i. moriẽtes. vel propter: ſ. valeans eorũ teſtamenta. Et nota. hic argu. ad id quod habetur inſti. de leg. Fu. Ca. toll.
[n] Duntaxat. ſ. morientes.
[o] Sine legitimis vt ĩ. de bon. va. l. vacan.
[p] Dederit. ſ. dñs.
[q] Iudicium. vt magiſtri officiorum, vt ĩ. l. proxi.
[r] Eum. repete, interpellare & no. probauerit: quia probat ignorantiam. & ſic eſt contra. ff. de proba. l. verius. Sed dic q probat eo ipſo q non probatur cõtrarium. ſic ĩ. qui mili. non poſſunt. l. ſuper ſeruis. & ĩ. de peri. tut. l. ſi tutor. ſed vbi ſcit, præſumitur, q voluerit eum fieri liberum, vt ĩ. de epiſ. & cleri authen. ſi ſeruus. & de probat. l. cum precibus.
[s] Calumniãdi ar. ff. de accu. l. alij.

a De-

viam patimur diutius eē patefactam. Ideoque tēpus quinquēnij p̄finimus intra quod ꝓ eū ſuas dobeant exercere q̄ones: vt ſi medio tpe mouere diſtulerint, vlterius eis tanquam in ſuum famulatū vindicādi, vel eius vt ſerui peculio, vel bona quaſi liberti, copia denegetur.[a] Hęc oia q̄ ſup deuotiſſimis cubicularijs ſancimus, ēt ad cubicularias, q̄ à dn̄is in ſacrum cubiculū datæ vel dandæ ſūt, ſuperſtites atq; mortuas extendi propagariq; decernimus.

Cubicularij etiam dignitate depoſita cum vadunt extra vrbem, poterunt vti cingulo dignitatis. Bar.

V. Imp. Anaſta. A. Euſebio magiſtro officiorum.

IVbemus duobus viris illuſtribus p̄poſitis vtriuſq; ſacri cubiculi, tā noſtrę pietatis, q̄ ſereniſſimę noſtræ coniugis,[b] qui poſt finitā miliuā ſenatorio fuerint conſortio ſociati[c] licere quoties ad aſpiciēdos agros ſuos, vel ob aliā cām ꝓficiſci voluerint, cingulo[d] vti: cū hoc ad implēdū eorū deſideriū, & ad nullius læſionē reſpicere videatur.[e]

TITVLVS VI.

DE QVAESTORIBVS & magiſtris officiorū, & comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatæ.[f]

Qui in adminiſtratione publicorum officiorum ſe bene geſſerunt, debent clamoroſis vocibus populi commendari. Bartolus.

I. Imppp. Gratia. Valen. & Theo. AAA. Reſtituto P. V.

QVi ex quæſturę[g] honore aut officiali magiſterio, aut comitiua vtriuſque[h] ærarij noſtri, attonito[i] ſplendore viguerunt:[k] acclamatione[l] excipiant̄[m] ſolita, nec prætereantur vt incogniti.

TITVLVS VII.

DE PRIMICERIO[n] & ſecundicerio, & notarijs.

Notarij principis licet ſenectute depoſuerint officium, aut maiorem dignitatem fuerint adepti, non ob hoc notariorū nomē perdūt: ſed notariorū & dignitatis ſecundæ retinent priuilegia: nec poſſunt eſſe diſcuſſores, aut peræquatores, aut ſimilem dignitatem cum adminiſtratione habere. B.

I. Iidem Impp. Eutropio P. P.

PRęcipua eſt noſtræ pietatis intentio circa notariorū nomen: atq; ideo ſi vnquam huius ordinis viri laborem quiete[o] mutauerint vel abiecerint, vel ſenectute poſuerint,[p] ſeu cum alia dignitate poſt hac qualibet vſi ſunt,[q] non omittant prioris vocabulū militiæ, ſed cōpēdium[r] ſequentis honoris adſumant: & ſi quis ex officio vel[s] præcipuæ ſublimitatis tuæ temerario adſenſu in diſcuſſiones, perę quationes, aliam deniq; vllam rem inquietator extiterit: officium ſuū nouerit vel leuis[t] culpæ offenſione detecta, grauis multæ diſcrimine fatigandum: & numerariorum corpus[u] extincto[†] iniuriæ auctore minuēdū.

Primicerij vltra biennium in officio militare non coguntur: & ſi à palatio per annū

ſe ab-

a Denegetur. ſic ſ. ne de ſtatu defun. p toti. & ſ. de tabel. l. 2.

b IVbemus. Cōiugis. vnus vni, alter alteri cubiculo præerat: ſuper quib⁹ alij plures erat, vt ſ. l. ꝓtoxi. in prin.

c Sociati. per electionem, cum cenſum erant numero, vt ſ. de peti. hæred. l. fi. Vel dic eo ipſo ꝙ illuſtres erant. & ſic largius dicuntur ſenatores, vt ff. de ſen. l. fin. § fi.

d Cingulo enſe forte. ſic eſt ſpeciale. regulariter contra, vt ſ. vt armorum vſus. l. 1. & in auth. de armis. Vel dic cingulo, id eſt cartuca, vt ſ. de do. ve. l. 1. & facit ſ. de digni. l. clariſſima.

e Videatur. ſic ſupra de pet. impe uſſe. l. reſcripta. & ff. de ſena. l. vlti. in prin.

f DE QVAESTORIBVS & magiſtris officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatæ.

Officia iſtorum ſunt, vt ſupra de offi. quæſto. cum tribus ſequen tit.

g QVi ex quæſturæ. duę ſunt partes. Vtriuſq; fiſci, & rei priuatæ.

i Attonito. id eſt terribili.

k Viguerunt. Id eſt ſe bene geſſerunt, vt tanquam tunc ab omnibus commendentur. Acc.

l Acclamatione. vtuntur talis: vt faciunt Romani de Papa: & etiam preconum: vt ſ. de offi. rec. prouin. l. 3 & in Authen. vt or. piæ §. 1. colla. v. Alij dicunt, ꝙ iſti excipiuntur ab alijs q̄ commēdant̄, ſi aliàs tacita reuerentia p̄beatur eis: vt ſubijcit, quod non placet.

m Excipiantur. id eſt recipiantur cum laudibus populi.

n DE PRIMICERIO & ſecun. &c.

Id eſt de eo qui primus ſcriptus eſt in matricula notariorum, & qui primum locum obtinet. M. ſecundicerius, qui ſecundum: ad quod ſ. de dome. l. vl. & notarijs, id eſt exteris poſtea ſcriptis. Alij dicunt &, pro id eſt. nam idem eſt ſecundicerius quod primicerius, ſecundū eos. Vel dicitur primicerius, qui primus portabat cereum in aliquo feſto, & erat in dignitate: quia ſpectabilis: vt ſ. l. proxi.

Primicerius & ſecundicerius qui ſint.

o PRęcipua eſt Quiete, id eſt ſ. gerē. ad quod ſupra de epi. & cler. l. decernimus.

p Poſuerint. Id eſt depoſuerint.

q Vſi ſunt de facto.

r Compendiū. quaſi non honorē: vt ſ. de dec. l. j. & facit ſupra de dig. l. 3. cū concor.

ſ Vel pro etiam. dic ſi quis aſſenſus temerarius extiterit: & ſub imponendo diſcuſſi &c. q. d. ſi notarius receperit dignitatem, & ſic inquietauit legē iſtam. Accu.

t Leuis. etiam ſi in leui ſe exerceat officium, punit̄ arbitrio iudicis: vt hic & ff. de pę. l. ſanctio. & deponit, vt ſubijcit. & no. ꝙ p paruo delicto pœna magna imponitur. ſic ſupra de lib. & co. l. 1. l. 2. & de hære. l. 2. Acc.

Pœna grauis pro delicto paruo imponitur.

u Corpus. Id eſt, corpus officialium inter quos iſte cęperat numerari. minuit̄ iſto extincto. i. depoſito. vel habeas minuetur ſcilicet p electionem alterius iſto relicto. Et

† No. hic Io. de Pla. ꝙ dī iſte extinctus & mortuus, qui ab aliqua dignitate vel officio eſt de decore remotus eſt & eſt arg. ſm And. ꝙ index recuſatus loco mortui habeat̄.

Et dic. quia iſti ſunt notarij, qui dignitates non poſſunt habere: vt not. ſupra in rubri. de tabu. item hoc durante officio: aliàs ſecus: vt infra l. proxi. in fi.

a PRæclaram. Militiā. ſcilicet.

b Tribunorum. i. primiceriorum ſic dicti quia tribunum ſuffragio eligebantur. qui. ſ. tribuni: vel qui, ſcilicet notarij.

c Nonnihil. i. multum. vt ff. de verb. ſigni. l. duobus.

d Beneficiorū. quatuor. n. priuilegia dat eis plane l. i. vt primicerius eorū tantum duobus annis teneatur ſtare in officio: ſecundo quòd à quibuſdam muneribus eos excuſat: tertio, quia præfert eos alijs poſterioribus: quarto, quia in fine officij habēt aliā dignitatē.

Primicerius quatuor priuilegijs donatus.

e Statuendas. vt & ſ. de of. pfe. vrb. l. primicerius. Sed ꝯ. ī. de nume. l. 2. & l. fina. Sol. ibi l. notarijs: hic in primicerijs trib°.

f Hos autem. hic magis pœnam q̄ premium eis donat.

g Cōmeatus facit. ī. de commea. l. 2. & fi. & ī. de dome. l. j.

h Vnius gradus. ſcilicet volumus ſubire iacturam: quod eſt ī. & ſic ſuban. in ſequentibus.

i Poſtponēdis. aliàs, dis: aliàs, di. & dictio dis, datiui caſus eſt. nā poſtponit iſte ſequētib. in his quibus anteponeretur, niſi abfuiſſet. ad quod ſ. de of. pfect. prætorio. l. 2. in fi. Et dic, inferioris gradus ſm prædictā proportionalitatem. Item nota. geminatio delicti geminat pœnam, ſic ſ. de epi. au. l. nemo. in fin.

Geminiatio criminis pœnā multiplicat.

k Diſcuſſionis. hæc munera ſunt ſupra de cen.

l Surripere. No. ſic infra de pri. agē. in reb. l. j & ſ. de conſul. l. 1. & ī. de ꝓxi. ſa. ſcri. l. vnicuique & de re. mili. l. § publicam & de tyronibus. l. fi. & ſupra de offi. ma. offi. l. nemo & ī. de dom. l. iij.

ſe abſentauerint, vnum gradum militiæ perdunt ſi per biennium, duos, ſi per triennium, tres: ſi per quadriennium, quatuor ſi per quinquenniū, quinque: ſed non vtuntur ordine: & licet ob abſentiā quinquennij ab officio ſint remoti, tamen ordine diſcuſſorum & peræquatorum non grauantur: & inter eos prærogatiua tēporis eſt habēda, qua nulla ratione poteſt celari: et hoc officio finito ad officium magiſtri officiorū ſunt aſſumendi. Bartol.

II. Imp. Zeno. A. * magiſtro officiorum.

PRæclaram nobilemque militiā a ſpectabiliū tribunorū b notariorum, qui glorioſis obſequijs nonnihil c reipublicæ cōmoditatis afferunt & decoris, diuerſis beneficiorū d titulis muniendam credimus & augendā. nam biēnales metas viro ſpectabili ꝓ tpe primicerio agēdis numeris duximus ſtatuendas. e Hos aūt f tribunos, qui ſui negotijs occupati, minimè ſacrum palatium curauerint frequentandum: niſi intra annale ſpacium reuertantur, quamuis commeatus g iura prætendant, pro abſentia quidem vnius anni, vnius gradus: h ſi vero duob. annis abſuerint duorum: ſi trib. trium: ſi quatuor, ſimiliter quatuor graduum ſubire iacturam: his, qui inferiores eis fuerint, poſtponendis. i Qui vero per quinquennium integrum ſe præſentare ceſſauerint: exemptos matricula, tantum nomine tribunorū, non verò ordine perpotiri: his in hunc modum diſpoſitis, vacationem cēſus, diſcuſſionis, k peræquationis, & cuiuſlibet alterius rei habituros. Illud præcipuè ꝓuiſionem noſtram flagitare perſpeximus, ne per ambitionē, vel gratiam, aut cuiuſlibet occaſionis obtentu, vel laborum ſeu ſolicitudinum ſpecie, publicorū cuiquam liceat aliquando graduum feriem conturbare, & temporum ratione calcata, dudum militantibus anteferri: & quæ longis prolixisq; ſtipendijs defenſa * iam pollicetur ſenectus, gratioſa feſtinatione ſurripere: l hoc etiam adijciendo, vt primicerius poſt depoſitam publicā numerorum ſolicitudinem, acſi ipſam geſſiſſet adminiſtrationem, cuius conſequitur dignitatem, magiſtri officiorum pro antiqua conſuetudine infulas m ſortiatur, omnibus vacantibus, quā uis tempore præcedentibus, præponendis. n

Defeſſa ſibi iam.

TITVLVS VIII.

VT DIGNITATum ordo ſeruetur.

Vſurpans ſcienter honorem ſibi indebitum, crimine ſacrilegij punitur. Bartolus.

I. Imppp. Gratian. Valentin. & Theod. AAA. ad Prætextatum P.V. †

Al. P.P.

SI quis indebitū o ſibi locum vſurpauerit, nulla ſe ignorantia, p defendat: ſitque planè ſacrilegij reus qui diuina q præcepta neglexerit. Dat. xii. Calen. Iun. Mediolani. Richumere & Clearcho Coſs.

Habentes dignitatem cum adminiſtratione præferuntur habentibus eandem ſine adminiſtratione. poſtea, qui dignita-

m Infulas. i. dignitates. Et nota, q. loquitur, quando per quinquennium abfuit: vt ſ. §. hos autē. & ſic ex delicto habet præmium. ſed certe non ex delicto: ſed quia meruit dignitatem, gerat eam, vel non: vt hic dicit. vel dic q. perinde acquirit infulas per legem iſtam ac ſi per electionem habuiſſet & geſſiſſet illas infulas.

n Præponendis. præponitur vacantibus primis: quia habet nouā dignitatem, vt vt infra titu. i. l. 2. §. ſed adminiſtratores. vel priuilegio prioris dignitatis, obtentu cuius prefertur alijs qui aliquando habuerūt dignitates ſed habere deſierunt. & ſic eſt ſpeciale contra id quod habes ſ. de præfect. prętor. l. 2. aliàs proponendis.

VT DIGNITATum ordo ſeruetur.

o SI quis indebitū. alij tamen debitū. vt ī. l. prox. vel pone vt j. de priuile. eo. qui in ſacro pala. l. 2. vel vt ff. de mune. & hono. l. vt gradatim. Accus.

p Ignorantię iuris, vel facti, ad quod ſ. q pe. tut. pos. l. fin. & de cri. ſacri. l. i. & ſupra vnde vi. l. ſi quis & l. fin.

q Diuina. huius l. occupando ſcilicet alterius locum, ad quod ī. de erog. mili. l. lege. & de priuile.

tem ſolum cum adminiſtratione depoſuerunt: & hi habere dicuntur dignitatem vacantem. poſtea illi quibus dignitas cum adminiſtratione committitur. quarto illi, quibus dignitas à principe conceditur in præſentia ſine adminiſtratione: & hi honorarij appellantur. quinto illi, quibus illuſtris dignitas ſine adminiſtratione committitur. Item adminiſtrationem habentes præferuntur vacantibus. Item vacantes præferuntur honorarijs in ſimili dignitate conſtitutis, non in diſpari: vt præfectus vacans præfertur præfecto honorario. Item nõ debet appellari vacans, ſi habet dignitatẽ, cui poſtea conceditur adminiſtratio. B.

II. Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro P.P.

Omnes priuilegia dignitatũ hoc ordine ſeruanda cognoſcant, vt primo loco habeant hi q in actu poſiti illuſtres peregerint a adminiſtrationes: ſecundo veniant vacantes, b qui præſentes in comitatu illuſtris dignitatis cingulũ meruerint: tertiũ verò ordinem eorũ ꝓſpicimus, quib. abſentib. cingulum c illuſtris mittitur dignitatis: quartum honorariorũ, q præſentes à noſtro numine ſine cingulo codicillos tantùm honorariæ dignitatis adepti ſunt: quintum eorum quib. abſentibus † ſimiliter ſine cingulo d mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. Sed adminiſtratores quidem etiam, comites rei priuatæ vacantib. e omnib. honorarijs anteponi cenſemus. Vacantes autẽ poſt adminiſtratores venientes, non omnes iam omnib. honorarijs credimus proponendos: ſed eos vacantes illis honorarijs, qui ſimilem adepti ſunt dignitatem vt præfectorius f quæſtorio, non quæſtorius g præfectorio præponatur: parique modo quæſtorius quæſtorio: non vacans comes theſaurorum, vel comes rei h priuatæ honorario quæſtorio, vel magiſtro i † officiorum præferatur. Et inter adminiſtratores illos etiam numerari decernimus, qb. illuſtris in ſacro noſtro conſiſtorio cinctis k aliquid ordinariæ dignitatis vel ante commiſimus, vel poſtea cõmittemus peragendum: verbi gratia ſi vacanti l magiſtro militum belli cura committatur. Cur. n. aut vir magnificus Germanus magiſter militum vacans appelletur, cui bellum contra hoſtes mandauimus? aut cur excellentisſimus Propentadius m non egiſſe dicatur præfecturam, cuius illuſtribus, cunctis diſpoſitionibus uice prætorianæ præfecturæ miles n in expeditione copia commeatum o abundauit.

TITVLVS IX.

DE MAGISTRIS SAcrorum ſcriniorum.

Magiſtri notariorum magnæ curiæ, etiam dignitate finita una cum eorum filijs à grauamine priuato & publico ſunt immunes: & pœna grauanti hic imponitur, & durat priuilegium. Bartol.

I. Impp. Theodo. & Valentinia. AA. Zoilo P.P. Orientis.

Viris ſpectabilibus magiſtris omniũ ſacrorum ſcriniorum, noſtræ beneuolentiæ liberalitatis tribuenda eſt qui noſtræ quodammodo adſidere maieſtati videntur: ideoque poſt depoſitum p etiam officium ab omni indictionis onere ſeu ciuilium ſeu militarium iudicum prorſus immunes eſſe præcipimus: vt nec

---

Ille eo. qui in ſa. pa. l. ſi. & ĩ. de diuer. reſcri. l. ſacrilegij. & de exi. ſacri. l. 2. Ac.

a Omnes Peregerint. & adhuc peragũt, vt ex ſequentib. patet. & nota q hæc prælatio valet ad ea quæ dicuntur ĩ. de offi. præfec. præto. Afr. l. 2. in ſi. cum concor.

b Vacantes. i. q habuerunt dignitatem cũ adminiſtratione, ſed adminiſtrationẽ depoſuerũ, vt ĩ §. vacãtes. & ĩ de fabr. l. eos. in ſi. Ac.

c Abſentibus cingulũ in ſignũ illuſtratus ad qd in Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffra § ſi. col. 2. & in Auth. vt or. ꝓ. §. 1. col. v. & dic hic, mittit cũ adminiſtratione, vt differat à ſequẽti. Itẽ dic q fuit depoſita adminiſtratio: ne ſit ſ ĩ. §. ſed adminiſtratores. ſi n. nõ eſſet depoſita, deficit ille caſus. Sed ſoluitur per dictam §. ſed adminiſtratores. Ac.

d Sine cingulo. i. ſine adminiſtratione: & ſic expone in ſequẽtib. & no. ſm M. q criminales cauſæ ſ iſtos moſ non poſſunt terminari ſentẽtia ɔdẽnatoria niſi p pricipẽ: ſed abſolutoria ẽt p vicariũ, vt ĩ. vbi ſen. vel cla. l. quoties. §. 1 & §. veros. Ac.

e Vacantibus. ſic ergo tria gña no. ſ. vacantes, q deſierunt. Itẽ honorarios, qui nunc adminiſtrationẽ habuerunt. Itẽ illos q cũ actu omnibus pferunt alijs, vt ſ. u. j. l. fin. & facit ĩ. de conſu. l. nemini. in ſi lib x.

† Hic eſt arg. quod beneficium pôt ɔferri abſenti. & hoc eſt caſus in ea. accedens. extra de præbẽ. & dignita.

f Præfectorius. ſ. vacans præfectorio, ſcilicet honorario.

g Quæſtorius. vacãs quæſtorio honorario.

h Vel comes rei. ſ. vacans.

i Magiſtrũ honorario. eſt ergo nomen dignitatis, vt ſupra de aduoc. diuer. iud. l. petitionem. §. egredientem.

k Cinctis. aliàs ductis: & aliàs cunctis.

l Si vacanti. magiſter enim militum vacantium erat, & ſic ipſe erat vacans. ſed ſi de nouo iniungit ei cura belli non erit habendus vacant.

m Propentadius. proprium nomen. i. cuius cum eſſet vacans iniunctum fuit ut faceret quod præfectus facere conſueuerat.

† In ſcriptis olbus extẽ. legit ex magiſtro officiorũ iniuncti. ſ. quẽadmodũ ex conſul dicit.

n Miles. i. militaris copiam annonæ habuit.

o Commeatum. à tempore commeatus ſupererat de annona.

DE MAGISTRIS ſacrorum ſcriniorum.

Viris. De poſitũ. ad qd ſup. de excuſa. mu. in eam & de fabricen. l. eos. & de adno diuer. iudi. l. non minus. & ſupra de ꝓpo. ſac. cub. l. a p quæ habes priuilegium durare etiam finita dignitate.

Ad pro-

Priuilegiū durat et finita dignitate.

a Ad primos. vt j. de pr. ſac. ſcri. l. iiij.
b Ex primis. ſ. natis, vt j. de pri. ſac. ſcri. l. in ſacris. l pri. ſed ꝯ eo. ti. l. iubem⁹. Sol. vt ibi. ad quod j. de agē. in re. l. ſi. & j. de priuile. eo. qui in ſac. pala. l. 2.

DE COMITIBVS conſiſtorianis.

Os. Aequari. ergo eſt ſpectabilis, vt in auth. de app. & litera quæ temp. §. illud colla. 9.
d Viros vtuntur. vt j. de prin. ei. ageo. in re. l. ſi. & facit j. de priuileg. ſcho. l. 3. & de pri. ſac. ſcri. l. in ſacris. & j. de pfeſ. & me. l. ſi.

DE COMITIBVS & tribunis &c.

Aliàs de comitib. & tribunis. aliàs de præpoſitis & tribu.

Præpoſitos. eo mitib⁹. Scholarum. i. eorum qui obediunt ei in officio.
g Epulis, eſt. n. quædā inquietatio cogitare de epulis: vt ff. p ſocio. l. cum ſocietas.
h Adorandi. i. ſalutandi.
i Inter quos. ſ. ppoſitos & tribunos.
k Numerantur. nā & hæc prouocat ad officiū prædictorū. Vel dic q alij præerant, qui ſimiles erant prædictis. Accur.
l Præpoſitura. ſ. cū adminiſtratione.
m Meruerint à principe pp bonū ſeruitium, vt j. de ſilen. l. 1. & dic q eſt multiplex comitiua, i. multi gradus ſunt comitis.
n Caſu. Nō de caſu eſt dignitas. ſ. vt ſupra de leg. & conſtitu. l. digna.
o Depoſito ſacramento. idest finito officio comitiuæ: vel verius tribuni & ppoſiti.
p Par. Ponticæ. & Aegypti par eſt dignitas & facit j. de pala. l. vlt.
q Alios qui. aliàs q quod eſt melius.
r Honore, quia dignitatem ſine ppoſitura, idest adminiſtratione meruit.
s Militia. ſcilicet præpoſiti, vel tribuni. Acc.

ab ampliſſima quidē ſede tui culminis eis vlla moleſtia ſup ſuſcipiendo quolibet grauamine priuato vel publico penitus infligat. Hoc beneficium ad primos [a] ēt ſacrorū ſcriniorū, & ex primis, [b] volum⁹ ppagari: quinquaginta librarū auri officio tui culminis ꝯdēnatione multādo, ſi qd aduerſus ſtatuta clemētiæ nr̄æ innouari ꝯceſſerit. D. V. Ca. Mar. Theodoſi. A. xviij. & Albino Coſs.

TITVLVS X.
DE COMITIBVS conſiſtorianis.

Comites conſiſtoriani ſunt illi qui ſteterunt in principis conſiſtorio, & proconſulibus adequantur. Bartol.

I. Impp. Arca. & Hono. AA. Seuerino. P. V.

Os qui tranquilitatis noſtræ conſiſtorij dici comites meruerunt, ſpectabilibus, pcōſulib. æquari [c] gn̄aliter decernimus.

Comites conſiſtoriani tam in agendo, quàm in excipiendo, vtuntur priuilegijs competentib. principib. ſcholæ agentium in rebus. Bartol.

II. Imp. Anaſta. A. Euſebio magiſtro officiorum.

Viros ſpectabiles comites ꝯſiſtorianos, & ꝯiuges & liberos, quinetiā ſeruos eorū atq; colonos ijsdē priuilegijs, tā intētiones ab alijs pponēdas excipiēdo, q̄ ſuas ꝯ alios exercēdo, ptrui, qbus viri clariſſimi principes ſcholæ agētiū in reb. p ſacrā pragmaticā ſanctionem diuinæ memoriæ Zenonis vtuntur.

TITVLVS XI.
DE COMITIBVS ET tribunis ſcholarum.

Præpoſiti ſcholarum et illorum, qui ſunt per principem ad aliquod officium deputati, principem adorare poſſunt: inter quos etiam palatini numerantur, ſi eis data ſit primi ordinis comitiua cum adminiſtratione: & officio depoſito ſi non aſpirauerint ad maiorē dignitatem, pares ſunt comitib. Aegypti diœce. & Ponticæ. alij vero militia ſoluta numerantur inter eos, qui fuerint prouinciarum duces. Bart.

I. Impp. Hono. & Theodo. AA. Priſciano P. V.

Præpoſitos [†e] ac tribunos [f] ſcholarum, qui inquietudinis [†] epulis [g] adhibentur & adorādi [h] principis facultatem antiquitus meruerunt (inter quos [i] comites etiam ſacri ſtabuli, & cura palatii numerātur) [k] ſi primi ordinis comitiuā cū ppoſitura [l] meruerūt, [m] & caſu [n] ad altiora nō peruenerint depoſito ſacramēto [o] inter eos qui comites Aegypti vel Ponticæ diœceſos fuerint (quorū par [p] dignitas eſt) haberi pcipimus alios. [q] qui honore [r] comitiuæ regimen fuerint nacti, abſolutos militia, [s] inter eos q duces fuerint, puinciarū, numerari iubemus.

TITVLVS XII.
DE COMITIBVS REI MILITARIS.

Miſſus ob ſuam probitatem ad partes tranſmarinas cuſtodiendas, illis dignitatum inſignibus adornatur, quibus proconſules. Bar.

I. Imppp. Valenti. Valens, & Grati. AAA. Ampelio P. V.

Vi contēplatione meritorū, [t] ducto [u] intra prouincias tranſmarinas ſtrenuiſſimo militiæ, primi ordinis comitiuam fuerint conſecuti [x] ea reuerentia altiſſimarum dignitatum viris ſubiugantur, [y] vt his locum præſtent, qui proconſulatus inſignibus adornantur.

DE COMITIBVS rei militaris.

Vi contemplatione meritorum. oſ pbi ad talia eliguntur.
t Ducto. idest ductus militibus. ſic ff. de verbo. ſignifi. l. in y ſu.
x Conſecuti. dic vt j. ti. 1. l. 1.
y Subiugantur. i. ſubijciuntur, ſiue adhibentur. & dic dignitatem prædictorum comitum, vt his ſcilicet comitibus locum præſtent illi qui &c. & eſt aliàs adornatus: & tunc habeas præſtet, aliàs nominantur.

Eos

† lege. l. vlti. j. de comitib. rei militaris.

† Pyrrh⁹ j. ad titu. de pr. ſua ſcri. inquiētedis epulis. putat legendū. Cuiacius legit. q & diuinus. ep.

Miſſus principaliter ad defendendam aliquã prouinciam citra mare, ſimilis eſt Duci adminiſtranti aliquam prouinciam, excepto Duce Pontica & Aegypti. Barto.

II. Impp. Hon. & Theo. AA. Priſciano P.V.

EOs, a qui ſub comitiua primi ordinis dignitate peculiariter a ad quamlibet prouinciã, vel prouincias defendendas milite b credito auctoritate noſtri numinis deſtinant, & eos qui vicẽ illuſtriũ virorũ magiſtrorũ militũ ſuſceperint ꝑagendam, c ducib.q; ꝑter Aegyptũ d & Ponticam in alijs prouincijs adminiſtrauerint, adęquamus.

TITVLVS XIII.

DE COMITIBVS & archiatris † ſacri Palatij.

Archiatri ſi primi gradus militiã obtinuerint, eã dignitatem adipiſcuntur, quam duces & vicarij principis, qui militiã adminiſtrauerunt, & etiam comites primi ordinis. Bar.

I. Impp. Hono. & Theo. AA. Priſciano P.V.

ARchiatros e intra palatiũ militantes, f ſi comitiuę primi ordinis g nobilitauerint gradus: inter vicarios taxari pręcipimus, ſiue iam pridem depoſuerunt militiam, ſiue poſtea depoſuerint: ita vt inter vicarios g & duces, qui adminiſtrauerint, & eos qui comitiuã primi ordinis meruerint, h nihil interſit niſi tempus, quo quis adminiſtrauerit, vel comitiuæ adeptus eſt inſignia.

TITVLVS XIIII.

DE COMITIBVS qui prouincias regunt.

Comites qui gubernauerunt prouinciam, depoſito officio priuilegiis dignitatis vicariæ funguntur. Bartolus.

I. Impp. Hon. & Theod. AA. Priſciano P.V.

EOs, i qui administratiõe ciuili, ac prouinciæ gubernaculis ſub iuriſdictionis licẽtia comites i quoq; primi ordinis eẽ meruerint, vicariæ dignitatis poſt depoſitam adminiſtrationẽ priuilegijs frui oportet.

TITVLVS XV.

DE PROFESSORIBUS, qui in vrbe Conſtantinopolitana docentes, ex lege meruerunt comitiuam.

Grammatici & ſophiſtæ et iuriſperiti, qui per xx. annos ſcientiam docuerunt in Conſtantinopolit. ciuitate, per illius ciuitatis cœtum in arte docendi digni æſtimati, ſunt digni ea dignitate, qua funguntur vicarij principis. Bartolus.

I. Impp. Theodoſ. A. & Valentin. Cæſ. Theophilo P.V.

GRammaticos, k tam Græcos, q̃ Latinos, Sophiſtas, l & iuriſperitos in hac regia m vrbe profeſſionẽ ſuã exercentes, & inter ſtatutos n cõnumeratos, ſi laudabilẽ in ſe probis morib. vitã o eſſe probauerint, ſi docẽdi peritiã, p facundiã docendi, interpretãdi q ſubtilitate, ſi copiãq; differẽdi r ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſſimo s iudicante digni fuerint æſtimati: cũm ad xx. annos obſeruatione iugi, ac ſedulo docendi labore ꝑuenerint, placuit honorari, & his qui ſunt ex vicaria t dignitate connumerari.

a EOs. Peculiariter. i. ſpecialiter & intima de his confidendo.

b Milite. i. militibus eis datis à nobis: vt ſ. l. proxi. quæ vltra mare, hic citra mare dicit miſſos.

c Peragendam. vt ſ. vt dig. ordo. l. fin. in fi. & fa. j. de princip. agen. in re. l. eos.

d Preter Aegyptum. illi forte ſunt maiores.

DE COMITIBVS & archiatr. ſacri Palatij.

Ideſt ſummis medicis, ab archos, quod eſt princeps.

e ARchiatros, Milites. inermi militia vt in rub.

f Ordinis. dic, vt ſ. de co. & tri. l. 1. Acc.

g Vicarios. quæ eſt quædam dignitas: vt ſ. de off. vic. l. 1.

h Meruerint. Nota. æquari tres dignitates: quod valet ad id quod dr ſ. de præfe. pręto l. 2. in fi. facit j. de pri. ſac. ſcri. l. 1. & ſ. de conſu. l. 1. & de præpo. ſacri cub. l. 1. & de primice. l. fi. in fi.

DE COMITIBVS qui prouin. &c.

Vt Toloſanus: & eſt ſpecialis: vt in authen. de app. §. illud. col. 8. Sed quidã ſunt illuſtres: vt j. de ero. mili. anno. l. prouincialium.

i EOs. Comites. hoc ex pona, vt ſ de co. & tri. l. 1. & facit j. de prin. agen. in re l. 1. & ſ. de excu. mun. l. eos.

DE PROFESSORIBUS qui &c.

Vt ſunt comites quod textus non bene apetit.

k GRammaticos. q. Grammaticam docent.

l Sophiſtas. qui dialecticam docent.

m Hac regia. Conſtãtinopolitana. Et nota in regijs vrbibus tãtum doceri, vt not. ſ. de ſtudi. lib. vrb. Romæ. in rub.

n Statutos. qui debent eſſe duo, qui leges pandant, vt ſ. de ſtud. libe. l. 1. in fi.

o Vitam. Per mores, vt ſ. de profeſ. l. magiſtros. vbi de facũdia dicit.

p Peritiam. vt recte ſentiat mentem legis, vt inſtit. in proœ. §. cumque.

q Interpretãdi. i. exponendi, vt ff. ſi cer. pet. l. 1.

r Differendi. i. in dicendo copioſus. arg. ſ. de teſta. l. teſtamentum.

s Ampliſſimo. ſ. ſenatorum, vel dic, vt in d. l. magiſtros. Acc.

t Ex vicaria. ſed vicarius æquiparatur comiti & duci. ergo eſt comes & dux, vt ſ. de comi. & archia. l. 1. & q̃ rub. ipſa hoc dicit. Et not. q̃ noue debent adeſſe, vt hic dicit. & facit ff. de excuſa. tut. l. ſi duas. §. 1. & l. ſed reprobari. §. fi. & ff. de mili. teſta. l. antepen. & ſ. de muñ. l. ſi quis. & de profeſſ. l. 2. Et not. q̃ hic dicit de magiſtro Ioan. Gramm. & Accurſio iuriſperito. Item facit j. de proxi. ſacro. ſcri. l. 3. & ff. de verbo. ſign. l. quibus.

Idge eſt l. 1. ſ. tit. proxi.

Medicos principis hic accipe archiatros.

Doceri debet publicè tñ in regijs vrbibus.

Idge eſt l. 1. ſ. de comitib. rei milit.

Vicarius comiti & duci æquiparatur.

Al. pro incluſ. AA. Videt' eſſe pars. l. j. ſ. de ſtudijs liberalib' vrbis Romæ.

De ſi-

TITVLVS XVI. DE SILENTIARIIS & decurionibus eorum.†

Poſt depoſitum decurionatus officiũ decurio poteſt eligere, vtrum velit eſſe magiſter officiorũ domeſticorum, vel comes: & poteſtatem habet adorandi principem, & ſalutandi adminiſtratorem ipſius. Bar.

I. Impp. Hono. & Theo. AA. Vrio P.V. & Aemiliano comi. ordina. Pr. & Strategio PP. Illyrici.

Decuriones noſtri palatij poſt emenſum[a] fideliter obſequiũ, poſtq; depoſita ſacramenta militię,[b] electionẽ habeat, ſiue ex magiſtro officiorum, velut agentes,[c] dignitatẽ conſequi à nr̃a maieſtate maluerint: ſiue inter viros illuſtres comites domeſticorũ, videlicet inter agẽtes taxari:[d] vt tã in adoranda[e] nr̃a ſerenitate, quã in ſalutandis adminiſtratoribus, & reliquis p̃dicti honoris priuilegijs, necnon in noſtro conſiſtorio his honor omnifariam obſeruetur.

Decurio & ſilentiarius à tyronum equorumq́; præſtatione habetur immunis, nec præſtare cogitur præſtationes extraordinarias, quæ neceſſario imponuntur. Bartol.

II. Iidem AA. Veuantio. PP.

Vnuſquiſq; decurio vel ſilẽtiarius a tyronũ equorũq; p̃ſtationibus[f] habeatur immunis: nullam collationẽ, quæ plerunque poſcitur, ſoluat: nihil his vlla poteſtas iniungat, aut neceſſitas imponat.

Priuilegia data decurionibus & ſilentiarijs per hanc l. confirmãtur, & eis conſeruantur, licet ad maiorem aſcenderint dignitatem: nec eis præiudicatur in hoc per aliquod generale vel ſpeciale reſcriptũ diſponens contrarium. Bart.

III. Impp. Theo. & Valentin. AA. Fauiano PP.

Decurionibus & ſilentiarijs etiã ſi ad ſuperiorem gradum ſucceſſu meliore tranſcendunt: omnia priuilegia quę iamdudum diuorũ principũ iudicio meruerunt, legis iſtius præceptione nouerint eſſe firmata, non pręiudicatura quacunque generalitate pragmatica:[g] nec angarias,[h] vel parangarias, ſiue paraueredos vlla eis ampliſſimę præceptionis imponat auctoritas. ſordidis quoq; muneribus excoctione calcis, & ſuperindicti[i] grauamine eos liberamus. Domos quoq; eorum, non tm̃ in hac ſacratiſſima vrbe, ſed in qualibet alia poſita ciuitate, immunes ab oĩ hoſpitũ cuiuſlibet dignitatis inquietudine vindicamus:[k] permiſſa eis veniendi ad comitatũ[l] licẽtia, pręter[m] euocatorię ſecuritatem;† multa decem libr. auri iudicibus prouinciarũ, eorũq; officijs[n] infligenda, ſi ſtatuta nominis† nr̃i crediderint eſſe contemnenda. His addimus, vt cum optatam quietem acceperint,[o] & inter viuos illuſtres[p] ſenatores cœperint numerari: honore curiæ ſine aliqua functione[q]. lætentur, immunitatiſque gaudio plena dignitatis lætitia potiantur: vt dignitatem ſolam[r] habeant ex ſenatu, ſub hac videlicet definitione, vt triginta tantummodo numero ea priuilegia[s] conſequantur. decuriones quoque tres: ſed eos tunc demũ perpotiri decernimus beneficiis ſupraſcriptis, cum per† continuos tredecim annos inculpatas excubias[t] peregerint.

Silentiarij & eorum vxores ciuiliter & criminaliter ſunt conueniendi coram officiorum magiſtro. Bar.

IIII. Imp. Zeno A. Coſmæ p̃p̃oſi. ſac. cubi.

DE SILENTIARIIS, & decurionibus eorum.

Silentiarij ſunt xxx. decuriones tres, vt j. l. 3. in fi. & dicunt cõſiliarij, vt ff. de min. l. verum. §. ex facto.

† In quibuſdã nõ eſt vxor, eorum.

a Decuriones noſtri. Emẽſũ. i. finitũ: qđ eſt ex voluntate principũ. nã non eligitur niſi in certum tempus, vt ff. de exc. tu. l. iuriſperitos.

b Militiæ. prædictæ inermis. Acc.

c Agentes. i. habeant dignitatem ſine adminiſtratiõe. quã habet magiſter officiorũ cũ adminiſtratione, qui eſt illuſtris, vt j. de off. mag. off. vbi ponit̃ inter illuſtres: licet P. magiſtrũ officiorum dicat ſpectabilem. Ac.

d Taxari. i. numerari. Et not. q̃ agẽtes in rebus, & comites domeſticorũ idẽ ſunt.

Princeps adorati dr̃, alij ſalutari.

e Adoranda. adorat̃ princeps: ſalutantur alij. ad qđ j e. t. l. 1. & de proxi. ſacr. ſcri. l. 2. & l. 5. & j. de co. & tribu. l. 1.

f Vnuſquiſq;. Pręſtationib⁹. dic q̃ ſũt p̃ſonalia munera. vt ff. de mun. & hon. l. vlt. §. 2. vel ve nius patrimonij: ſicut hic, & j. de mun. pa. l. 1. nã & hic dic̃ t pręſtationibus. & facit j. de prox. ſacr. ſcr. l. 4 & j. l. proxi.

g Decurionibus, & ſilẽtiarijs. Pragmatica ẽt ſi generale ſtatutum fiat cõtrariũ non videñ iſti cõprehendi, arg. ff. de ſena. l. Caſſius. Vel d e ẽt ſpeciale reſcriptũ cõtrariũ: vel generaliter dici. & facit j. de dig. l. 3. cum concor.

† al. Valentin.

h Nec angarias. genera ſordidorum munerum. quæ expone vt j. de excu. mu. l. ma. ximarũ. & de epiſ. & cle. l. 2. & de ſac. ſcri. eccl. l. nemini. & l. de præpo. ſac. cubi. l. 2. Acc.

i Superindicti genus munerum, vt j. de ſuperindicto. l. 1.

k Vindicamus. i. liberamus.

l Ad comitatum. ſ. noſtrum.

m Præter. etiã ſi nõ mittamus pro eis, vt j. de dign. l. fi. & j. de proxi. ſacro. ſcri. l. 2. Acc.

n Officijs. i. officialibus.

o Acceperint. i. depoſuerint officium. Ac.

p Illuſtres. no. ſenatores illuſtres, vt j. de ſena. l. fi.

q Functione. i. munerum exhibitione.

r Solam. nam ſenator quis eſſe põt, & tñ honores nõ petere vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum. §. ſolet. i. dignitatẽ habet ſine adminiſtratione.

s Ea priuilegia. ſupra dicta.

t Excubias. i. officium ſuum, quod cum vigilijs fit.

Ne

† Seueritatem, in exemp. Vi ctor.

† Numinis.

† No. fin. huius le. ſm lo. de Pla. ad limitatione omniũ legũ diſponẽtiũ priuilegia & dignitatẽ remanere finito officio. & ibi vide late per eum.

† al. xxx.

N E ad diuerſa tracti viri deuoti ſilentiarij iudicia, ſacris abſtrahi videantur obſequijs: iubemus eos qui quemlibet deuotiſſimorum ſilentiariorum ſcholæ, [a] vel eius vxorem ciuiliter vel etiã criminaliter pulſare maluerint: minimè cum ex cuiuſlibet alterius iudicio, niſi ex iudicio tantummodo viri excellentiſſimi magiſtri officiorum conueniri.

Silentiarij in poteſtate poſiti quicquid acquirunt, retinẽt tanquam caſtrenſe peculium: nec alias eis per parentes auferri poteſt: nec poſt parentis obitum fratribus conferre tenentur: nec etiam conferre tenentur dictis fratribus illud quod parentes vel alij eis donauerũt ratione militiæ ſupradictæ. Item excuſantur à tutelis & curis: & filij ipſorum ad præturam inuiti non vocantur: & per hãc legem non derogatur priuilegijs eis datis. Bartol.

X. Impp. Anaſta. A. Antiocho * præpoſito ſacri cubiculi.

I Vbemus clariſſimorũ [b] ſilentiariorum præditos militia, etſi genitorum ſuorum in poteſtate ſint conſtituti: quæcunq; ſolatiorũ, ſeu emolumentorum, vel donationum, ſeu hæreditatum nomine per militiam vel quamlibet eiuſmodi cauſam [c] his acquiſita ſunt, vel fuerint, iure caſtrenſis peculij poſſidere, [d] nec ea poſſe vel parentes ſuperſtites ſibi vindicare, vel auferre; vel etiam poſt eorum obitum fratres, vel alios eorum hæredes quaſi ad defunctorũ dominium pertinentia, in diuiſionẽ deducere. nec enim oportet labores eorum alijs fructum [e] vel lucrum adferre. Hac namque rõne [f] ſimul & cõtẽplatiõe, nec ipſam militiam [g] vel ſuffragium quodcunq; p ea, vel ab eiſdẽ viris deuotiſſimis ſilentiarijs, vel à parentibus eorum, vel a quolibet alio datũ eſt vel fuerit, ab his patimur in ſucceſſionem defunctorum parentum conferri: ſeu nomine collationis in medium eaſdem offerri pecunias, vel his imputari. [h] Ad hoc de tutelis & curationib. eos excuſari ſancimus: ne alienarũ rerũ adminiſtrationem ſubire compellãtur, [i] qui pp noſtra miniſteria nec ſuis curã ſeu prouiſionẽ diligenter deferre poſſunt. inſuper eorum liberos, q dignitate virorũ ſpectabilium comitum ſeu tribunorum decorati ſunt, vel fuerint, nullatenus nolentes [k] adminiſtrationem præfecturæ ſuſcipere ſeu peragere: omnib. videlicet antelatis priuilegijs in perſona non tantũ in præſenti militantium ſed etiam poſtea eidem conſortio inferendorũ, tã tpe militiæ q̃ poſt eã depoſitã obſeruãdis. [l]

TITVLVS XVII.

DE DOMESTICIS † & protectoribus. [m]

Domeſtici & protectores principis ſalutantes vicarios & præfectum, ipſos oſculari poſſunt: ac eis omnes debent reuerentiam exhibere. Bartolus.

I. Impp. Valen. & Valens AA. Euſignio P.P.

D Omeſtici [n] ac protectores, oſculandi, [o] cũ ſalutauerint vicarios, tui culminis habeant poteſtatem Pęna enim ſacrilegij [p] ſimilis erit ſi his honorificentia non deferatur, qui contingere noſtram purpuram digni ſunt

[a] NE ad diuerſa tra. Silentiariorum ſcholæ. id eſt ſocietatis. & facit T. de fabri. l. eos. & j. de pxi. ſac. ſcri. l. in ſacris & j. de deca. l. 2. & j de priuileg. ſcholæ. l. 1. & j. de agen. in reb. l. 2 eo. & j. de palat. l. viros. & T de iu. om. iu. l. ſi & T de p feſ. & medi. l. ſi.

[b] IVbemus clariſſimorum. i. clariſſimarũ perſonarũ ſunt. n. ſpectabiles : T. de inof teſt. l. omnimodo §. ſi. & j. de caſtren. pec l. 1.

[c] Eiuſmodi cauſam. i. militiæ, vt à ſocijs vt ff de caſt. pec. l. caſtrẽ. & l. ſi forte. Acc.

[d] Poſſidere. ſic aduocati: vt T. de adun. diuar. iudi. l. 4. & adſeſſores. vt ſupra de adſeſ. l. velut.

[e] Fructũ. ad hoc T. de bon. quæ libe. l. cum oportet. §. 1. & ff. de coll. bon. l. 1. §. nec caſtrenſa. & T. de inoff. teſt. l. omnimodo. §. fin. & l. ſi. & j. de caſtren pec. l. 1

[f] Ratione. qua mouemur ad prædicta.

[g] Militiam. ſcilicet ipſam, vel quod inde percipitur, vel eius æſtimationẽ. itẽ ſuffragium, i. preciũ pro ea emendo: & eſt datum à ſe filio, vel à patre, vel ab alio: & non confertur.

[h] Imputari vt prædictis primis legibus ſecus in alijs dignitatib9: vt d. l. omnimodo. & T. de co l. illud.

[i] Compellantur. vt T. de excu. tut. l fin. et ſi iã erat inchoata tutela. vt ff de mi. l. varũ. §. ex facto. & ff. de excuſ. tuto. l. iuriſperitos.

[k] Nolentes. volentes ergo pñt, aliàs gratialiter inuitus quis cogitur ad magiſtratum: vt ff. de mune. & hon. l. ſi qs magiſtratũ. Item nota priuilegium tranſire ad filios in aliquo. ſic j. de proxi. ſac. ſcrin. l. in ſacris.

[l] Obſeruandis. ſic T de excu. mu. l. eam. & j. de agen in reb. l. ſi. & j. de prox. ſacr. ſcr. l. 2.

[m] DE DOMESTICIS & protectoribus

Domeſtici. i. ſilentiarij: ſm quoſdã: quod non placet: vt T. eo. t. l. 1. vel domeſtici, i. ſerui. & liberti. & ſimiles: vt T. de his qui ad ec. ↄfu. l. ſi. § ſane. quod non placet, quia ingenui ſeruiunt principi: vt T. de præpo. ſa. cubi. l. iubemus. §. hoc non ſolum. Tu dic de domeſticis vt accipitur T. de adſeſſ. l. domeſticus. vt ſunt Templarij. & quidã fratres ad Papã. ſed hic lacti ac milites fortes: vt j. l fin. Protector vero eſt, qui ſtat armatus coram Principe. Vnde Obius & Beliſarius fuerunt domeſtici & protectores Iuſtiniani. & iam primi q̃ ſecundi erant plures. & habebãt ꝓpoſitos, qui primicerij dicunt: vt j. l. 2.

[n] DOmeſtici capone vt in rubr.

[o] Oſculãd. dãdo pacẽ cũ vicarijs p̃fectis: nõ dicit præfecti. ſed Papam oſculamur in pede.

[p] Sacrilegij. facit ſupra, vt dig or. ſer. l. 1. cum concor.

[q] Honorificentia. maxima ſupradicta. Exiſti-

* Anaſtaſius, rectè vt apparet ex l. 30. T. de inoffi. teſta. Contius.

* Polycarpo. PP.

Priuilegium in quibuſdã ad filios tranſit.

Papa in pede oſculari dẽt.

† Domeſticos accipe arcanorum principis conſcios. Alc. hic.

existimati. a

Primicerius domeſticorum & protectorum fungitur dignitate ſpectabili, ſubſequentes poſt eum in gradu vſque ad numerum decem inter clariſſimos nominantur: ita tamen, quod qui prior eſt in loco, prior ſit in ordine. Bartolus.

III. Impp. Theo. & Valent. AA. Heliodo. P.V. †

PRimicerius quidem domeſticorum, & ꝓtectorum vtriuſq; ſcholę b poſt adeptum tribunatũ, c inter eos ſpectabili dignitate ꝑfruat, q ducatum d gerere meruerint: alii verò qui decurſis ſtipendijs ab eodem decẽ vſq; numero ſubſequunt, e ꝯſulari, i. clariſſimatus dignitate perfruant cum ipſa loci decem primorũ acceſſiõe.

Domeſticus vel protector qui ſine licentia principis ſe abſentauit à curia, nõ ex cauſa reipublicæ, ſi per biennium abſens fuerit, debet poni poſt quintum in ordine ipſorum: ſi triẽnio, in decimo gradu ponitur: ſi quadriennio, loco nouiſſimo erit habendus: ſi quinquennio, erit ſpoliandus cingulo. Bartol.

III. Iidem AAA. Sporatio comiti domeſticorum † peditum.

duo: formæ primæ numero trigintaſex: formæ ſecundæ numero quatuor: formæ tertiæ numero tres. Scrinij numerorum perfectiſ. ordinis tertij nume. vnus: ducenarius nume. vnus: centenarij numero duo: epiſtolares numero duo: formæ primę numero tres: formæ ſecũdæ numero vnus: formæ tertiæ numero duo. Sacri ſcrinij tabellariorũ perfectiſ. ordinis tertij numero vnus: ducenarius numero vnus: centenarius numeru vnus: epiſtolaris numero vnus: formæ primæ numero tres: formæ ſecundæ numero quinq;. Scrinij canonũ perfectisſimus ordinis tertij numero vnus: ducenarius numero vnus: centenarius numero vnus, epiſtolares numero duo: formæ primæ numero quatuor: formæ ſecundæ numero quatuor. Scrinij mittendariorum ducenarius numero vnus: centenarij numero duo, epiſtolares nnmero octo: formæ primæ nume. vij. formæ ſecundæ numero trigintatres. Scrinij aureæ maſſæ perfectisſimi ordinis tertij nume. vnus: ideſt primicerius ſacræ maſſæ numero vnus: item ſecundocerius numero vnus: ducenarij numero duo, ideſt tertiocerius & quartocerius: centenarij numero ſex: epiſtolares numero quatuor. Aurifices ſpecierũ perfectiſſimus numero vnus: ducenarij numero quatuor: centenarij numero ſex: epiſtolares nu. viij. formæ primæ nume. xvij. formæ ſecundæ num. iiij. Aurifices ſolidorum ducenarij numero vnus, centenarij numero octo. epiſtolares numero ſex: formæ primæ numero nouem: formæ ſecundæ nu. xxx. Sculptores & cæteri aurifices centenarij numero vnus: epiſtolares num. v. formæ primæ numero ſex: formæ ſecundæ nume. xviij. Scrinij auri ad reſpõſum perfectiſ. ordinis primi numero vnus: perfectisſimi ordinis ſecundi num. ij. ducenarius numero vnus: centenarij nume. ij. epiſtolares nume. iij. formæ primæ nume. iiij. formæ ſecundæ nume. ij. formæ tertiæ nume. vnus. Scrinii à miliarenſibus perfectisſimus ordi. primi numero vnus: ducenarius nume. vnus formæ primæ nume. vnus: formæ ſecundæ nume. duo: formæ tertiæ nu. iij. Scrinij veſtis perfectiſ. ord. iij. nu. j. perfecti. ord. ij. num. vnus: ducenarij nu. j. centenarij nu. j. epiſtolares num. ij. formæ primæ nu. xij. formæ. ij. nume. x. formæ iij. nume. iiij. Officialium ſacrarum veſtium ducenarij nume. iij. centenarij nu. iij. epiſtolares numero ij. formæ primæ nu. xij. formæ ſecundæ numero x. formæ tertiæ numero octo. Deputati ſacræ veſtis perfectiſ. ſecundi ordi. nume. ij. ducenarij nume. ij. centenarij nume. ij. epiſtolares nume. ij. formæ primæ nume. iij. Scrinij ab argento perfectiſ. ordi. ſecundi numero j. epiſt. nume. i. formæ primæ num. vj. formæ ſecundæ num. iij. formæ tertiæ nume. j Scrinij à pecunijs perfect. ordi. ſecundi nume. j. formæ primæ nume. j. formæ ſecundæ nume. ij. formæ tertiæ nume. quinque. Argentarij comitatenſes ducenarij nume. j. centenarij numero ij. epiſtolares numero iij. formę primæ nume. octo, formæ ſecundæ numero vigintiquinque: Barbaricarij centenarij numero duo: epiſtolares numero quinque: formæ primæ numero octo: formæ ſecundæ numero vnus.

Palatini tranſmiſſi per prouincias, anno elapſo cingulo liberantur. Bar.

VIII. Idem AA.

PLacuit iuſtè omnibus mittendariis & palatinis [a] officiis profutura ſuggeſtio quam inſinuaſti, vt ex iiſdem [b] annis ſingulis ex ducenariis terni, [c] ex centenariis habito prouiſionis [d] intuitu, cingulo liberentur.

Nullus officium ſacrarum vel priuatarum largitionum adſumere poteſt, niſi mediante principis auctoritate. Bart.

IX. Impp. Theod. & Arcad. AA.

NOn aliter quilibet in officio ſacrarum largitionum, vel priuatarum rerum cingulum militiæ ſibi ſumendum exiſtimet, niſi noſtræ manſuetudinis adnotationem [e] meruerit.

Palatini adiutores & primicerij finito officio ſicut agentes in rebus à præbitione tyronum cæteriſque muneribus ſordidis ſunt immunes. Bart.

X. Imp. Honor. A.

PAlatinos qui ſacrarum remunerationum rationem tractantes inculpantur, ad calcem [f] terminumq; militiæ peruenientes, necnõ & adiutores & primicerios diuerſorũ officiorum præcipimus habere priuilegia,

[a] Placuit. Et palatinis & pro ideſt.
[b] Ex ijſdem. ſ. palatinis. Acc.
[c] Terni. aliàs tamen. aliàs tñ, aliàs terni. & qui ſint centenarij, & ducenarij, & certi numeri, habes. ſ. l. proxi. de quibus ſingulis annis aliquot geſcũt, vt hic.
[d] Prouiſionis. ſ. tuæ. & præfecto loquitur.
[e] NOn aliter. Ad notationem, ideſt priuilegiũ noſtrum motu, ſed eum conſilio procerum, eſt pragmatica ſanctio, & facit ſup. de agen. in re. l. matricu lam. in fi. & ĩ. de re milita. l. neminem.
[f] PAlatinos. Ad calcem, ideſt finem. nam calx, calcis, pars pedis extrema.

quæ nuper agentium in rebus ſcholæ noſtra ſunt manſuetudine contributa: ſ. vt à tyronum [a] præbitione memorati reddãtur exortes, cęteraq; onera non agnoſcant.

XI. Idem A.

AD ſimilitudinem [b] ſanctiõis quam de proximus ſacrorum promulgauimus ſcriniorũ, ẽt in officio ſacrarũ largitionũ atq; priuatarum rerũ pro biennio annum ſub ꝑpetua obſeruatione ꝑcipimus cuſtodiri: ita vt & priuilegia q̃ huiõi officiis uel primiceriis ſacris legibus deferuntur, integra illibataq; ſeruentur.

In ciuitate Conſtantinopoli palatinus apud ꝑfectum vrbis nõ compellitur litigare, niſi pro ſeruitutibus, domibus, vel annonis q̃ſtio moueatur: in prouincia verò cognoſcit præſes contra palatinum: ſed in cauſa criminali contra eum non fert ſententiam, niſi ex ſuggeſtione principis ſub quo militat palatinus. B.

XII. Imp. Theodo. A.

VIros deuotos palatinos nõ oportet i hac regia urbe apud uirũ illuſtrem pręfectũ urbi litigare cõpelli, niſi de ędificatione domorũ & ſeruitutibus & annonis orta uideatur cã: [c] in aliis uerò cauſis tã pecuniariis quàm criminalibus apud uiros illuſtres tãtũmodo comites ſuos reſpondere. [d] rectoribus autẽ prouinciarum intra adminiſtrationis ſuę fines inter pręſentes palatinos nec cauſis publicis occupatos cognoſcere tam pro ciuili q̃ pro criminali cã permittimus: ſic tamen, ut nõ aliter criminalis ſententia aduerſus eos proferatur, niſi ex ſuggeſtione prouincialis iudicii uir illuſtris comes ſub quo militat, certioratus hoc ei permiſerit. [e]

Palatini primicerij, et tres ſcriniorum primicerij, & tribuni prætoriani militari dignitate funguntur: & nulla poteſt eis iniungi neceſſitas publica vel priuata. Bartol.

XIII. Idem A. & Valent. Cęſ.

INter alias prerogatiuas quas antea meruerant ſcholę ſocietatis ſacrarum largitionum, primicerius, & tres [f] primicerii ſcriniorum tribuni [g] prętoriani, militari dignitate fruantur: nulla eis ex cuiuſlibet iudicis præceptione iniungenda publica uel priuata neceſſitate. [h]

Palatini principis eiſdem priuilegijs funguntur, quibus palatini ſacrarum largitionum: & ideo primicerij & primates ſcriniorũ principis finito officio inter militares tribunos numerantur: & nulla ſolicitudine negotij publici vel priuati poſſunt vrgeri. Ba.

XIIII. Idem Auguſt. Florentio P. P.

IVbemus uiros deuotos palatinos rei noſtri numinis priuatæ, eiſdẽ priuilegiis decorari, quibus etiam palatini qui in ſacris largitionibus deferuntur. Cùm enim par [i] ſimiliſque militia ſit, iuſtum [k] & competens uidetur iiſdem utrumque officium priuilegiis gloriari. Primicerios itaque officii, treſque primates ſcriniorum rerum priuatarum, finito tempore militię, inter tribunos militares pretorianos, ſaluis iiſdem præſtitis priuilegiis ſacris conſtitutionibus, noſtram clementiam adorare decernimus: ita tamen, ut nullam iniunctionem, nullam ſolicitudinem priuati uel publici negotii quolibet iudiciario pręcepto ſuſtinere poſſint: [l] ſed excepta omni neceſſitate omniſque fatigatione, adeptę dignitatis honore potiantur.

TITVLVS XXV.

DE [a] STRATORIBVS. [m]

I. Impp. Valentin. & Valens AA. ad Zoſimam pręſidem nouę Epiri.

PEr omnes prouincias edictum generale miſimus, ut ſtratoribus unus tantùm ſolidus probæ [a] nomine poſceretur, [n] & in offerendis

---

trema, vt vbi eſt iunctura tibiæ & pedis. ſubcel eſt pedis concauum: inde ſubcellaris, ſm P.

[a] A tyronum. ab his excuſantur ptin. agẽ. in re. vt ſ. de pri. agẽ. in re. l. ex agentibus. & facit ſ. de pri. ſac. ſcri. l. 1. in fi.

[b] AD ſimilitudi nem. ibi. ad ſimilitudinem. incipit lex, vt ſ. de pri. ſac. ſcri. l. p biennio.

[c] VIros. Videatur cauſa. ſic ſ. de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. §. ita.

[d] Reſpondere. ſic ſ. de ſilẽ. l. pe. & de agẽ. in re. l. ex eo. & l. fi. §. ita. & facit ſ. de offi. præ. vr. l. 1. & de off. comi. re. priua. l. pen.

[e] Permiſerit. ſic ſup. vbi ſena. vel clariſ. l. fi. & in auth. vt cler. apud propri. epiſc. §. pen. col. 6.

[f] INter. Tres. aliàs res: aliàs tres.

[g] Tribuni. infra l. proxima.

[h] Neceſſitate. niſi ordinaria: vt ſ. eo. l. fi.

Principis ſunt oia. [i] IVbemus. Par. nã omnia ſunt principis: vt ſ. de quadri. præſcri. l. fi.

[k] Iuſtum. vbi eadẽ ratio, idẽ ius. ſic ſ. ad le. Fal. l. fi. & ff. ad l. Aquil. l. aliud. cum ſeq.

[l] Poſſint. vt ſ. l. pro xi. & ſ. eo. l. 1. & ſ. de proxi. ſac. ſcri. l. iubemus. & 12. q. v. c. itẽ apud.

[m] DE STRAtoribus.

Gen. 31. c. Hinc ſtratorium. i. ſtabulum. vnde in geneſi: Rachel hoc videns poſuit idola patris ſui in ſtratorio cameli: & ſedit ſuper ipſum, vnde ſtratores dicuntur q ꝑſunt ſtabulis, ſeu eqs ſtaub. l ſtabulo.

[n] PEr omnes Poſceret. ff. de offi. procõſ. l. 3. §. nemo ẽ. Sol. hic in cognitione cauſarum, & definitione præſidentes non debent eis vti, ſed circa equos ſic. Vel aliud in proconſula, & aliud in præſide: vt hic. immò ibi aliter accipitur. i. viridarius: hic qui præeſt equis ferrandis, & ſellis & frenis præſidis. vñ verſus: Sternitur æquinocẽ mare, lectus, aſellus, & hoſtis. Aureum hic habes

[a] In manuſcriptis legit. & de ſtratorib9. vt & in Pandectis Florenti. l. 3. ff. de offi. proconſ. Contius. Al. ſtatoribus mavult.

[a] Probæ. l. probationis. Cuia. hic.

Magis Latine (inquit Alc. hic) diceretur, de caſtrenſib' miniſtris eu illum video.

habet pro ſuo ſtipendio ſingulis diebus. Item & quando præſes, vel rex, vel comes donat equũ, hēt à donatario ſoliũ quātitatē: puta aliũ aureũ. ſic.n. faciūt reges Hiſpaniæ. nā in p̄ſidib. prouinciarũ loquit̃, & eorũ ſtatoribus.

a Cognoſcant. illi donatarij & ſic nota q̃ donās punit̃ ſicut ſimoniacus quaſi corrumpens eũ, vt equũ donandũ vituperet principi, ſic ſupra de epiſc. & cler. l. ſi quēquam. Item facit ĩ. de metatis. le. deuotum. ĩ. ne ru. ad vliũ obſequi. l. l. 2.

b Quos prouinciales, idest donatores. Ac.

c DE CASTRENſianis & miniſterianis.

In libro II. de conſiſtorianis, aut caſtrēſianis, qui forte præerant caſtris principis ordinād. s. & erāt plures: & eligebant decanis vt ĩ. titu. 1. & menſores q menſurabant quantũ menia iuxta caſtiũ, vel ſimilia, vt infra titu. 1 & 2 Ac.

d IN officio. Marito. ſic ĩ. de agen. in re. l. 1. & ĩ. de tyrannibus l. ſi. item facit ĩ. ad legem Iuliam de ambi. l. 1. & ĩ. ti. 1 l. 1.

e Si quis cœlitus. idest diuinitus vel a principe.

f Vltimus. tertia forma erat maior alijs: vt innuit, & patet ĩ. tit. 1. l. ſcrinijs vbi pauciores ſemp ponuntur in tertia forma.

g HI qui. Examine. facit ĩ. e. l. ſin. & ĩ. de agen. in re. l. ſin.

h ANte omnia. Breuis. hunc breuem non habes.

i Conueniri. ſubaudi iubemus: vt nulli pulſantiũ &c qd eſt ĩ.

k Sine ſcriptura. ſic ĩ. de dign. l. quoties & ĩ de prox. ſacr. ſcr. l. in ſacris. & qd ſubijcit. vel pro etiam.

l Nō edita. i. ſcripta.

m Actuarium. ĩ. de proxi. ſac. ſcri. leg. in ſacris. §. fidei.

n Conuentionis. ſ. ſpor-

rēdis equis certam formam, ſtaturā & ætatem prouinciales noſtri cuſtodiendā eſſe cognoſcāt. a quos b hēt fiſco certo mō ſolidorum obnoxios fecimus, ſi quod ſtratores petere interdictũ eſt, illi dare ſtratorib' nō timerēt. officiũ quoque grauitatis tuæ centum argēti libris multabit, ſi ſciens p̄dictā rem geſtā fuiſſe, nō illico eam ſeueritati iudiciariæ prodiderit.

TITVLVS XXVI.

DE CASTRENSIAnis c & miniſterianis,

Caſtrenſiani & miniſteriani officio finito per lapſum biennij, alius ſubrogatur: ipſe verò ad idē officium nullatenus eligetur. Bartol.

I. Imp. Hono. & Theod. AA. Narſi V. ſpecta. comiti & caſtrenſi. S. P.

dIN officio ſpectabilitatis tuæ ſecundum formā diualiũ reſponſorũ poſt cōpletũ tēpus p̄finitum, idest biennium, prioribus decedētibus inſequētes ad locum pro merito laborũ ſtipendiorumq; ſuccedant: nec vlla licentia tribuat̃ his qui impletum depoſuerint officiũ, denuo ad eandem militiam vel ſollicitudinem remeandi.

Si vltimus inter miniſterianos gradum primæ, ſecundæ, vel tertiæ formæ inter caſtrenſianos fuerit adeptus, ſcribendus eſt in matricula tertia formæ. Bartol.

II. Idem AA.

SI quis primæ vel ſecūdæ vel tertiæ formæ ſpecialiter inter ſtatutos gradum cœlitus e valuerit impetrare, f ſupernumerarius vltimis formę tertię in matriculis habeatur.

Militantes in hac militia, & eorum matres, & vxores non poſſunt conueniri in cauſa ciuili vel criminali, niſi ſub comite caſtrenſianorum. Bart.

III. Impp. Leo. & Anthemio AA. Ioanni comiti magiſtro officiorum.

gHI qui in ſchola veſtis ſacrę militant, vel matres eorum vel vxores, criminalem vel ciuilem litem contra ſe commouendam in nullo alio niſi in ſublimitatis tuę ſuſcipiāt examine.

Caſtrenſiani & miniſteriani eorumque matres, vxores & filij, ſolùm coram magiſtro officiorum ſunt conueniendi, niſi pro tributis & muneribus ſuſcipiendis, & delictis commiſſis: pro quibus poſſunt coram iudicibus locorum cōueniri, habent etiam priuilegium circa minores ſportulas ſecundum modum hic deſcriptum ſoluendas, ac etiam circa fideiuſſorem iudicio ſiſti praſtandum: vt vnum ex contuntlis vel de ſuo numero praſtare poſſint.

IIII. Impp. Leo & Zeno Mariano com. & magiſtro officiorum.

hANte omnia nullius penitus alterius iudicis minoris vel maioris ſacro miniſterio noſtro deputatos (quorum officia ſingillatim breuis h ſubter annexus continet) niſi à tuę dumtaxat magnitudinis ſententijs conueniri, i vt in nullo penitus alterius iudicis foro pulſantium, niſi in tuę tantúmodo amplitudinis examine prębeant aliquando reſponſum. Sed ne in hoc ipſo iudicio enormibus moleſtentur diſpendijs, vel ex nudis conueniantur facilè iudicis cuiuſcunque mandatis: ipſis quoque ſportulis, & fideiusſionibus modum conſtituimus obſeruandum: ante oīa decernentes, ne quando ſine ſcriptura k vel interpellatione depoſita, ac ſententia pro rogata tuę magnitudinis, eademque non edita l conueniri poſſint: conuentos verò non alium fideiuſſorem niſi actuarium, m vel vnum ex primatibus ſuę ſcholę executoribus pro reſponſione ſuę perſonę ſine ſcripto pręſtare: ſiue per ſeipſos ſiue per procuratorem datum in iudicio reſponſuri ſunt: ſiue in cauſis ciuilibus appetantur, ſiue in criminalibus accuſent, nec vltra conuentionis n nomine ſportularum, quàm vnum aureũ executoribus vſque ad finem litis præſtent, quemcunque contigerit conueniri. Inducen-

dorum [a]ſane nomine, & cognitionum exercenda rum pſtandęque perſonę gratia, ex ſimplici [b] po ſtulatione contra eos habita, ſiue ex appellatione ſubſecuta, vel alio quolibet modo [c] in iudicio de ponat::ribus tantùmmodo ſolidis vſq; ad terminum negotij eos qui accepturi ſunt, præcipimus ſemper eſſe contentos: in cognitionalibus verò geſtis edē dis, duos tantummodo præſtari ſolidos. [d] Hęc autem priuilegia non in eorum tantummodo, ſed in matrum [e] quoque & vxorũ [f] pſonis valere, & ad integrum permanere: filijs [g] quoque & mariti eiuſdem fideiusſionis nomine ſi necesſitas interpellationis exegerit, tradi, nec alios vades [h] exigi: ipſosq; [i] dum militant, & poſt emēſam [k] militiam, cum his qui ex tempore prioris præſtitæ ſibi pragmaticæ ſanctionis eiuſdem militiæ ſtipē dia impleſſe noſcuntur, omnibus priuilegijs perfrui (cunctis nihilominus capitulis, ſacris affati bus diuæ recordationis Martiani, quos ſe meruiſſe adſerunt, valituris: excepto hoc qr in diuerſis iudicijs tũc reſpondere ꝓ cepti ſunt) hac ſanctione decernimus: aduocato quoq; fiſci, exceptoribus etiam qui apud arbitros hoc vtuntur officio, ab exordio incipiēdo, vſque ad terminum finemq; negotij tertiam duntaxat ſolidi partē præbituros. In huiuſmodi aũt arbitrorũ geſtis edendis non vltra præſtare, quàm dimidiā ſolidi partem: & cum per prouincias cōſtitutus, ſideiuſſoribus conuentus caruerit, adiuratoriæ tãtũ modo cautioni [l] cōmittĩ: nec vllo tempore niſi ex tuæ duntaxat magnitudinis ſententia conueniri: exceptis tributarijs & munerum functionibus, & criminibus quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legum præcepta [m] conſtituunt, præſenti ſanctione decernimus: viro clarisſimo adiutore ſublimitatis tuæ in ſpeculis [n] conſtituto, ne quid ex his quæ ſtatuimus, aliqua ſubreptione violetur.

TITVLVS XXVII.

DE DECANIS. †

Quatuor ex decanis, qui primum locum in ordine tenuerunt per biennium, ad primiceriatus officium aſſumuntur: & alij in locum eorum debent ſubrogari tranſacto biennio. Bartolus.

I. Impp. Honor. & Theodo. AA. Helioni Com. & magiſtro officiorum.

QVatuor [a] qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint, bienniJ ſpatio primiceriatus [p] gerant officium: neque vlterius cuiquam liceat in hoc immorari vt omni gratia & ambitione ceſſante, poſt duorum annorum curricula ſuccedant prioribus ſubſequentes.

Decani adhærentes famulatoribus principis, coram illuſtri magiſtro officiorum ſunt conueniendi. Bartol.

II. Impp. Theo. & Valentinia. AA. Nomo magiſtro officiorum.

NOſtræ pietatis famulationibus adhærentes decanos non oportet pro deſiderio pulſantium ad alia pertrahi iudicia: ſed viri illuſtris tantum magiſtri officiorum obſeruare examen. Hoc nanque modo neque manſuetudinis noſtræ obſequia decipiuntur & agentibus aduerſus eos iure adhibetur reſponſum: [q] Ad exemplum itaque deuotiſſimorum ſcholarium [r] nulli licere memoratos ad aliud iudicium trahere, & pulſatos [s] priorum fidei ſcholę permitti pręcipimus.

TITVLVS XXVIII.

DE MENSORIBVS. [t] †

ſportulis. quæ dantur à conuentis.

[a] Inducendorum. i. executorum qui in ducunt partem in iudicio quandocunq; eſt opus.

[b] Simplici. in cauſa principali.

[c] Alio modo. puta extraordinarie.

[d] Præſtari ſolidos ſ. exceptoribus.

[e] Matrum. tranſit ad ſuperiores ꝑ priuilegium. quod dic vt no. ꝟ. de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. circa princ.

[f] Vxorem. ſic ſup. de dig. l. mulieres.

[g] Filijs. ſic ꝟ q ſatiſda. cog. l. 2. §. 2. & ꝟ. de prox. ſac. ſcri. l. in ſacris. 3. vt §. ita.

[h] Vades. i. fideiuſſores. inde vadium, vel vadimonium, i. pignus.

[i] Ipſosq;. i. C. deputatos nřo miniſterio.

[k] Emenſam. i. finitam. ſic ꝟ. de ſilen. l. 5. in fin.

[l] Adiutatoriæ tãtũ modo cautioni. ſic ꝟ de adſe. l 1. §. ſuper & in authen. vt nulli iudi. §. neceſſariũ. col. ix & ꝟ. de proxi. ſa. ſcri. l. in ſacris. § vt ita. &c. cum ſuis concor.

[m] Legum præcepta vt ꝟ. vbi de cri. agi opor l. 1. & in authē. qua in prouincia. & ꟿ. vt om. tam ciui. quàm milit. l. 1. in princ. & ꟿ. de priui. ſcho. l. 2. &c.

[n] In ſpeculis ſic ꝟ. de pri cat le. 1. & fa. ad l. ꝟ. de agen. in re. l. ex co. & l fin & ꝟ. de co. conſi. l 2 & ꟿ. de priu. ſcho. l. quo ties. &c.

[o] DE DECANIS.

Decanus. i. decem virorũ ſocietas ſm H. vel qui præeſt decem: vnde decaniſſa: id eſt. vxor decani. & dic: vt ꝟ. tit. e. in ru.

QVatuor. Primi ceriatu[v]. facit ꟿ. tit. 1. l. 1. & ſupra titul. 1. l. 1.

[q] NOſtrę. Reſponſum. ſic ꝟ. tit. 1 l. fi. & de prępo. ſac. cu l. 7. & de ſilen. l. pe. & de agen. in reb. ex co. & l fin.

[r] Scholarum. vt ꟿ. ti. 3. l. 2.

[s] Pulſator. vt ꝟ. tit. 1. l. fina.

[t] DE MENSORibus.

Columnarũ. vel ſignorũ vel hominum à metior meciris ſm H. & dic vt in rubr. ꝟ. de caſtren. vel dic menſores frumentarios, vt ff. de in. im. l. fi. vel illos q metiebantur hoſpitia militum: vt ꟿ de meta. l 2. vel etiam hæc omnia officia habebant.

Primi

Decani dicebant q decem militibus pꝛrant. q nũc caput contubernij vocantur. Alc. hic.

[a] Aliàs incipit. Qui ex corpore.

Menſores ſunt, qui in caſtria ad podiſmũ, dimetiuntur loca in qbus tētoria milites figāt, vel q hoſpitia in ciuitatib. præſtant.

II. Imp. Hon. & Theod. AA. Aemiliano mag. off.

PRimicerius [a] menſorũ biennio expleto agentis in rebus militis militiã ſortiatur.

TITVLVS XXIX.

DE PRIVILEGIIS eorũ qui in ſacro palatio militant.[b]

Palatini à cunctis muneribus ſordidis ſunt immunes, & eorum filij & nepotes: & ipſis & eorũ mancipiis nulla iniuria debet inferri. & contrafaciens punitur. Bartol.

I. Imp. Conſtan. A. palatinis bene meritis.

A Palatinis tã his qui obſequiis noſtris inculpata officia ꝓbuerunt, quã illis qui in ſcriniis noſtris, i. memoriæ, epiſtolarum, libellorumque verſati ſunt: procul vniuerſas calũnias [c] ſiue noiationes [d] iuberhus eē ſubmotas: idq; beneficiũ ad filios eorũ atq; nepotes ipſo ordine sãguinis [e] peruenire, atq; immunes eos à cunctis muneribus ſordidis & ꝑſonalib9 ꝑmaneř, cũ vniuerſis mobilibus & mãcipiis vrbanis: nec iniurias eis ab ali quib. inferri: ita qui hoc cõtempſerit, indiſcreta [f] dignitate pœnas debitas exoluat.

Cubicularij principis, quibus vacatio eſt cõceſſa, & memoriales ſcriniorum & libellorum et epiſtolarum, & ẽt palatini: & agentes in rebus, & filij & nepotes eorum ad honores & munera non vocãtur inuiti: & à perſonalibus et corporalibus munerib. ſunt imunes. B.

II. Idẽ A. ad Ruſinũ PP.

DE cubiculis [g] nřis vacatiõe donatos, vel diuerſis obſequiis palatinis, memoriales [h] ẽt qui in ſcriniis memoriæ, epiſtolarum, libellorum, ſacrarumq; diſpoſitionũ referuntur: necnon & ſi qui in vtroq; officio palatinorũ comitatẽſium, ſingularumve vrbiũ & officio admiſſionũ, & caſtrẽſis ſacri palatij militant: priuilegia volumus habere, vt nec ipſi nec filij nec nepos eorum ad honores vel munera municipalia deuocẽtur: quibus oĩbus condonamus, ne exactorum vel turmariorum * (quos capitularios vocant) curã ſubeant: vel obſequiũ temonariorũ, † vel pentaprotię, [i] aut ẽt tyronis pręſentationẽ agnoſcãt. Nã beneficiis noſtris ita digni ſunt, vt ẽt cenſualibus vel perſonalibus vel corporalibus muneribus liberentur, & habeant caſtrẽſe [k] peculium, ſiue adhuc palatium obſeruent, ſiue optata quiete donati ſunt. [l] Quibus omnibus priuilegiis coniungimus agentes in rebus, licet militaribus [m] videantur eſſe ſubnixi.

Diſcedentes ab aliquo officio in palatio principis, licet ſint idonei & experti, tamen ab omnibus oneribus iiſdem iniunctis ſunt immunes. Bar.

III. Imp. Gra. Val. & The. AAA. Eutrop. PP.

EX aula nřa diſcedentes [n] viri ab oĩbus iniunctis [o] habeanť immunes: numerariorumq; faſtus, [p] vel rapaces quęſtus, tanquã experientes [q] & idonei non patiãtur.

Qui miſſionem meruit ab officio, quod in palatio principis exercebat, anteferri debet omnibus alijs qui poſt ad regendas dignitates vel prouincias ſunt aſſumpti. Bartolus.

IIII. Iidem Valent. Theodo. & Arca. AAA. Piniano P. V.

OMnes q̃ ĩ palatio militãdo diuerſis actibus paruerint, volumus in tm̃ eius dignitatis cuius meruerint miſſionẽ, obtinere inſignia, vt his oĩb. ꝓferanť in ordine atq; cõſeſſu, qui poſteriori tẽpore regẽdas prouincias dignitateſq; ſuſceperint palatinas. Si qs aũt temeraria vſurpatione ſtatuta violare tẽtauerit, ſacrilegij [s] pœnam ſuſtineat.

TITVLVS XXX.

DE PRIVILEGIIS ſcholarum. [t] †

[a] PRimicerius. ſacit. ſ. titu. 1. l. prima.

[b] DE PRIVILEgiis eorum &c. Quocunq; officio. vt ĩ. l. 1.

[c] Palatinis. Calũnias. id eſt munera patrimonialia. eſſet. n. calũnia ſi ab eis exigerentur.

[d] Nominationes. ſ. ad pſonalia: vt ĩ. hac l. & ĩ. l. proxi.

[e] Ordine ſanguinis. no. argu. cõtra ff. de leg. 2. l. cum pater. §. à te. & facit ſ. de p̃xi. ſacro. ſcri. l. 3. & l. in ſacris.

[f] Indiſcreta. i. nõ attenta nec cõſiderata.

[g] DE cubiculis. ſ. de præpo. ſac. cu. l. 1.

[h] Memoriales. ſ. de proxi. ſac. ſcri. l. 3. & l. in ſacris.

[i] Pentaprotiæ. nomen Græcũ eſt: & dr̃ à pẽte, quod eſt quinque. & propria quod eſt decima, i. munus quintæ partis decimarũ: [1] ſic dr̃ munus decaprotiæ. ſ. à decẽ: & eſt mun9 patrimoniale: vt ſ. de mune. pa. l. nec protoſtaſiæ: & ff. de mune. & ho. l. ſi. §. mixta. & l. 3. §. decaprotos. & ibi no.

[k] Caſtrenſe. vt ĩ de caſtren. om. pala. pecu. l. 1.

[l] Donati ſũt. ad hoc ſ. de adſeſſ. l. non putũ. & de agen. in re. l. ſi. Sed arg. ĩ. ſup. de teſta. mi. l. pe & de re ſti. milli. l. vlti.

[m] Militaribus: i. licet ſuam miliam cõplere debeant, quæ eſt ſup. de decurio. l. 1 & ſi. & facit ſup. de agen. in re. l. ſi. & ĩ. l. proxi.

[n] EX aula noſtra diſcedẽtes. ab aliquo nřo. aulæ: vt ĩ. l. proxi. § habeant.

[o] Iniunctis. i. ab his quæ iniungerentur.

[p] Faſtus. i. qui ſunt numerarij.

[q] Experientes. i. experti: licet ſint idonei, non vocentur.

[r] OMnes. Poſteriori tempore. ſic ſ. de off. præ. l. 1. & 2. & vt di. or. ſer. l. ſi. & de conſu. & non ſpar. l. 1. & ff. de alb. ſcrib. l. 1. & 2.

[s] Sacrilegij. ſic ſ. vt di. or. ſer. l. 1. & ĩ. de ero. mil. anno. l lege.

[t] DE PRIVILEgiis ſcholarum. In

[1] Imò q̃n que primorũ munus eſt, quos alibi ſacræ cõſtitutiones qnq; ſummates vocãt. Alc. hic.

* Summariorũ.

† Telonariorũ, forte. vide Aiciatum hic.

† Scholares hic itellige milites in ſacro palatio. Alc. hic.

Magiſtri militū ſenatores milites ſuos ſcholares verberare vel degradare nō poſſunt: ſed iſtud ſpectat ad officiorum magiſtrum. Item magiſter militum ſuos domeſticos ſenatores ducenarios, vel centenarios facere non poteſt. Bart.

I. Impp. Theo. Arca. & Hono. AAA. Pletrio. Com. & mag. offi.

VIris ſpectabilibus comitibus [a] ſcholarum verberandi degradādive ſenatores [b] ac ducenarios licentiā denegamus. ea nanq; q̄ tali cōmotione digna ſunt, ad tuæ [c] ſublimitatis volumus referri notitiā. Inſuper ēt domeſticos eorū, nō ſenatores, vel ducenarios centenariosve fieri decernimus: pęna v. libr. auri plectendo quiſquis hanc diuinā iuſſionem exceſſerit: ſcrinio vero barbarorum, [d] † ſi tale quid vel attētari paſſum fuerit, vel attentatū ꝯ leges nō ſuggeſſerit, x. libr. auri condemnatione plectendo. Illud ēt obſeruari nō ſine rōne cōuenit, ne is cui domeſtici officiū per militiæ gradum vel quinquennij ipſ interdici cenſuimus, familiaritate comitis ſimulata, rem prohibitam alio nomine valeat vſurpare. [e]

Militans in aliqua militia, qui ſtipendijs decurſis primicerius factus eſt, omnibus priuilegijs ſibi competentib. perfruatur: et etiam in cauſis ciuilibus corā officiorum magiſtro tātum cogitur reſpondere. in criminalibus vero cauſis hoc priuilegiū non ſortitur. Ba.

II. Impp. Leo & Zeno AA. Euſebio mag. offic.

HAc lege decernimꝰ, vt qui in ſingulis ſcholis [f] militant, qq; poſt emenſa ſtipendiorū curricula ad primiceriorū gradū perueniunt, & adorata noſtræ diuinitatis purpura virorū clariſſimorū comitū meruerint dignitatem: tam cingulo q̄ priuilegiis omnibus ſibimet competentibus perfruantur: ac deinceps vſq; ad finem vitæ foro tuæ celſitudinis [g] tantummodo ſubiaceāt: nec ex alterius cuiuſlibet ſnia ciuile ſubire litigium compellantur. In criminalibus ſanè controuerſijs, & in publicis tributis ita ēt aduerſus tales viros prouincias moderantium congruam iuriſdictionē volumus obſeruari, [h] ne ſub prętextu conceſſi priuilegij, vel flagitiorum creſcat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas.

Imperator in hac lege concedit ſcholis, id eſt ſocietatibus militum priuilegia, quæ conceſſit magiſtris ſacrorum ſcriniorū & agentium in rebus, & eorum principibus & conſiſtorianis: de quibus in l. fin. ſupra de conſiſto. ſcilicet circa forum, circa fideiuſſorem, ſ. de iudicio ſiſti, circa ſolutionem ſportularum, et ſimilia, tam in vrbe, quàm in prouincia. Et hoc ſit pro ſummario.

III. Imp. Zeno A. [*] magiſtro officiorum.

QVoties ſuper cauſa ciuili, vel etiam criminali, ex ſententia [i] videlicet iudicij tui culminis [k] ſcholares, [l] vel eorum coniuges (ſiue adhuc viuerent earum mariti, ſiue poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ [m] ſunt) matresve eorum in viduitate permanentes, aut liberi qui non ſpecialiter alterius iudicis iuriſdictioni ſubiectam conditionem ſortiti ſunt, & ſerui [n] ad eos pertinētes conueniuntur, minimē eos easve extranei fideiuſſoris exactione vexari: ſed pro cōſuetudine [o] vetuſtiſſima & iugiter obſeruata, numerarium ſuæ ſcholę, [p] fideiuſſorē prębere iubemus: hoc videlicet obſeruādo, vt in criminalibus cauſis quinq; alios primates ex triginta viris à primicerio vſq; ad xxx. retro numerandis, vnà cū numerario volēte ſ. & nō recuſante, ꝓbeant fideiuſſores: aut recuſan-

In quibus tyrones militiam addiſcunt idest ſocietatem militum. nam ſ̄. l. vlti. vocat fortiſſimos.

[a] Viris. Comitibꝰ. aliàs comitibꝰ. aliàs militibus: qa forte sūt magiſtri militū.

[b] Senatores. i. nobiles qui erant ſcholares, i. de ſocietate militum, ſic & ff. de iudi. l. ſi longius. §. fin. Itē no. aliquē degradari. ſic ff. de his qui no. infam. l. 2. §. ignominiæ. & ſ̄. de agr. & man. l. 2. & 3.

Degradatᵗ ge dū dignitate ſpoliatᵗ.

[c] Ad tuæ. magiſtro officiorum loquitur, vt & ſ̄. de offic. ma. offi. l. ſcholarium.

[d] Barbarorum. ſ̄. de agen. in re. l. agentes. in prin. & ſ̄. de commer. & mer. l. 2.

[e] Valeat vſurpare. no. ꝯ eos qui dicunt dnm Ottonē Poteſtatem in fraudē vocari defenſorem. ſic ſ̄. de nat. li. l. 1. in fi. & ff. de tut. & cura. dat. ab his. l. ſcire oportet. §. 1. & de trāſac. l. cū his. §. ſi cū his. Acc.

† Aliàs, Barbaricorum, aliàs Barbariorū.

[f] HAc lege. Scholis. i. ſocietatibꝰ militū armatorū.

[g] Tuæ celſitudinis. magiſtro officiorum loquitur. ſic ſ̄. de decu. l. 2. in fi.

[h] Obſeruari. ſic ſup. de caſt. l. vlt. in fi. & eſt id in vtroque vt ſubiicit. & fac. in authē. vt iud. ſine quoquo ſuf. § qđ ai. coll. 2. & vt r. ô haut pig. circa prin. & vt neq; mil. neq; fœ. circa fi. & ff. de off. pſi. l. 3. & ſ̄. vbi ſe. vel ci. a. l. quicunq; in fi. & in qb. cau. mi. fo. præ. l. 1. Sed ꝯ ſ̄. de agē. in re. l. ea eo. §. qđ multo magis &c. & ff. đ re. iu. l. ſi dēt cui qđ plꝰ ē & c. ſ; illa ea eo, erat ī vrbe: hic ī ꝓuincia.

[i] QVoties. Sententia. monitoria.

[k] Tui culminis. loquitur magiſtro officiorū: vt no. ſ̄. l. pri.

[l] Scholares. expone: vt in rubri.

[m] Conſtitutæ. hoc dic. vt ſ̄. de dig. l. mulieres. & ff. ad muni. l. fi. §. viduam. & in auth de nup. §. nō tamen. coll. 4. & ad id qđ de matribus dicit, facit ſ̄. de quæſtio. l. 2. Sed ꝯ. ff. de ſena. l. 1. Solut. vt ſ̄. de proxi. ſacro. ſcri. l. in ſacris. circa prin.

[n] Serui. hoc dic, vt đ l. in ſacris.

[o] Conſuetudine. ſic ſ̄. de diuer. offi. l. viros.

[p] Suæ ſcholæ. officialis quidam erat. & facit l. prædicta, in ſacris. §. fi.

Arbitro.

cuſantibus quinq; (ſicut dictũ eſt) viris extraneis, in criminibus tãtummodo publicis fideiuſſor vnà cum numerario pbeatur: ita vt executoribus nõ amplius ab his q̃ vnᵘ ſolidus, ſiue per ſe, ſiue p procuratorem rñdere maluerint, prębeant. In ſubeundis aũt cognitionalib. certaminibus, quoties cã fuerit arbitro a delegata: p cõteſtatione litis vnum ſolidum, & pro definitione ab arbitro recitanda, alterum vnũ, & nihil amplius dari decernimus. Quòd ſi cauſa in iudicio tui culminis ab ipſa conteſtatione litis, vel relatione iudicis, aut appellatione interpoſita ventilatur: pro inducenda cognitione non amplius quàm tres ſolidos, & chartarum, vel recitandorum in cognitionibus inſtrumentorum nomine editionis, quineuã geſtorum, duos tantummodo ſolidos dabunt. Quoties ſane apud viros clariſſimos prouinciarum moderatores, ex delegatione. ſ. ſniæ tuæ magnitudinis contra viros fortiſſimos b ſcholares, vel eorum coniuges, vel liberos, vel ſeruos cognitio celebretur: non amplius q̃ dimidiam partem conſuetorum ſumptuum pberi decernimus: hoc ẽt adijciendo, vt qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint, vſq; ad quinq; menſium ſpaciũ, intra quod ipſis erit remeandi c licentia nullam penitus actionẽ ſuper ciuili videlicet negotio (exceptis criminibᵘ d & tributarijs functionibus) ſuſtineant. Ne tamen ibi quoque, e poſt quintum. ſ. commeatus menſem, ex ſententia iudicij tuæ magnitudinis conuenti, in exigendis fideiuſſoribus aliqđ ſentiant detrimentum: adiutatorię f eos cautioni iubemus committi. Quoties autem ex verbis, & ſine vlla ſcriptis prolata ſententia, g iidem fortiſſimi ſcholares, vel eorum matres ſeu cõiuges (vt dictum eſt) aut liberi aut ſerui moueantur, nihil pro ipſa executione ſportularum nomine penitus eos, vel eorum matres ſeu coniuges aut liberos (ſecundum ſuperius datam diſtinctionem) vel ſeruos præbere decernimus. Sed ſi talis ſit negotii vilitas, vt etiam ſine ſcriptis, conſentientibus h videlicet partibus, ſuper eo poſſit cognoſci: expectato ſine ſcriptis (ſicut dictum eſt) habendæ cognitionis euentu, ſi deteriorem calculum reportauerint, ſportularum nomine vnum tantummodo ſolidum executori præſtabunt. Si verò cauſæ qualitas habendam in ſcriptis cognitionem flagitauerunt: in hoc neceſſe eſt caſu, interlocutione in ſcriptis proferenda, ea quæ ſuperius de quantitate ſportularum decidendarumque cognitionum diſpoſita ſunt obſeruari.

TITVLVS XXXI.

DE CASTRENSI OMNIVM palatinorum peculio. i

Palatini habentes aliquod priuilegium quicquid quæſierint in officio morantes ex donis principis, aut eorum induſtria principe conſcio, retinent tanquam caſtrenſe peculium: & a labore caſtrorum non ſunt immunes. Bar.

I. Imp. Conſtanti. A. ad Seuerum P.V.

OMnes palatinos quos edicti noſtri iam dudum certa priuilegia ſuperfundunt, k rem ſi quam l dum in palatio noſtro morantur, vel parſimonia m propria quæſierint, vel donis noſtris fuerint conſecuti: vt caſtrẽſe peculium habere præcipimus. n Quid.n. tam ex caſtris eſt, q̃ quod nobis conſcijs ac propè ſub aſpectibus noſtris acquiritur? Sed nec alieni ſunt à puluere & labore caſtrorũ, qui ſigna noſtra o comitãtur: qui preſto ſunt ſemper actibus: quos intẽtos & eruditos ſtudiis,

a Arbitro. i. iudici delegato, ſic ff. de appella. l. ex ↄſenſu. &c.
b Fortiſſimos. p hoc no. q de militib. armatis loquitur.
c Remeandi. ad militiam.
d Exceptis criminibus. propriè excipit à functionibus: impropriè à tributis. & facit C. de caſtr. l. fin. § fina.
e Ibi quoq;. ſ. in prouincia. nõ poterit cõueniri poſt quinque mẽſes, ſed certo mõ, vt dicit. ad qđ eſt dictus §. & facit ſup. vt mi. fori præfecti. non vtantur. l. 1.
f Adiutatoriæ. ſic C. de caſtren l. fi. §. fi. & de pxi. ſac. ſcri. l. in ſacris.
Citari nõ debet qs ſine ſcriptis.
g Sententia. ſ. citatoria: & dic de facto. nam de iure in ſcriptis ſunt conueniendi: niſi ſit cauſa vilis, & partium conſenſus, vt ſubijcit.
h Conſentientibus. nota. conſenſu partiũ ſententiari poſſe ſine ſcriptura. ſic C. de ep. & cle. l. generaliter. in fi. ſed hodie ẽt ſine ↄſenſu partiũ: vt C. de ſen. ex libel. re. auth. niſi. & fa. ad le. C. de dig. l. quoties. & idem in ſimi. ibi no. in l. quoties. & C. de proxi. ſac. ſcri. l. in ſacris. & de prin. agen. in reb. l. fi.

i DE CASTRENſi omnium pala. &c. Id eſt de militibus palatij, qui principem ſequuntur: vt C. tit. ſuperiori: ſed hic circa peculium.

k OMnes. Superfundũt. id eſt locupletãt. R. & dic edicti, de legib. q tñt C. ti. 1. l. 1. & 2. q ſunt Cõſtantini. vt ſtla. Vel dic, quod non habemus.
l Si quã. aliàs ſi qñ. aliàs ſi quam dõ &c.
m Parſimonia. abũdat ſi. Et no. parſimonia, ſic & ſup. de epiſco & cle. l. 2 & ff. de pecu l peculiũ ex eo.
n Præcipimus. vt C. de bon. quæ lib. l. pe. & fa. C. de adſeſ. l. veſtuc. & de adu. diuer. iud l. fori & de inoff. teſta l. fi. & de ſilen. l. fi & de epi. & cle. l. cũ lex. & l. ſacroſanctæ & C. ti. r. l. 2. l fi. & de bo. poſ ex teſt. mil l 1 & fami erci. l. ſi filius. & ff. de col. bo. l. fi. §. nec caſtrẽſe.
o Signa noſtra. quia ſtent nobiſcũ, & ſequuntur.

itinerum prolixitas, & expeditionũ difficultas exercet. Ideoq; Palatini noſtri, qui priuilegijs edicti vti potuerũt, peculia ſua ꝓcipua retineant, q̃ dũ in palatio nr̃o cõſtituti ſunt, aut labore (vt dictũ eſt) proprio, aut donatione noſtra quæſierint

TITVLVS XXXII.

DE EQVESTRI dignitate. [a]

I. Imp. Valẽtinianus A. ad Mamertinum PP.

EQuites Romanos [b] ſecundum gradum poſt clariſſimatus [c] dignitatem obtinere iubemus.

TITVLVS XXXIII.

DE PERFECTISſimatus dignitate. [d]

I. Imp. Iuſtinianus A. ad Paternum Valerianum.

COdicillis perfectiſſimatus fruentur, qui impetrauerunt, ſi abhorreant à conditione ſeruili, vel fiſco aut curię obnoxij nõ ſint, vel ſi piſtores nõ fuerint, vel non in aliquo negotio [e] conſtiterint, nec ſibi honorẽ [f] venali ſuffragio emerint, nec rem alicuius [g] adminiſtrauerint.

TITVLVS XXXIIII.

QVI MILITARE [h] poſſunt, vel nõ poſſunt: & de ſeruis [i] ad militiã vel dignitatem adſpirantibus: & vt nemo [k] duplici militia, vel dignitate & militia ſimul vtatur.

Volentes militare, ſe debent etiam offerre ei qui habet ius probandi: ſcilicet officiorum magiſtro. Item nullus cauſa litis vitandæ militare poteſt. Bartol.

I. Impp. Seuerus, & Antoninus AA. Antonio.

SI militię nomẽ dare vultis: offerte vos his [l] qui probandi ius habent. [m] Non aũt ignoratis eos, qui litis [n] cauſa militiã appetierint, poſtulãtibus aduerſarijs ſolui ſacramento ſolere.

In fraudem ciuilium munerum nullus armatæ militia nomen poteſt aſſumere. Bartol.

II. Impp. Diocletianus, & Maximianus AA.

NOn tãtum decurionum filijs, ſed oĩbus in fraudẽ ciuilium munerũ nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem ꝓdeſſe diſplicuit. [o]

Coloni, vel ſaltuenſes ad militiam armatam volentes vel inuiti non ſunt admittendi. Bartol.

III. Impp. Arca. & Hon. AA. [*] ma. vtriuſq; militiæ.

CVra peruigili obſeruare debebit ſublimitas tua, ne coloni, vel ſaltuẽſes, [p] aut vltro ſe offerentes, ad militiam ſuſcipiantur armatã aut cogantur inuiti.

Curialis vel cohortalis conditionis exiſtens, ad armatam militiam non adſumitur. Bartolus.

IIII. Imperator Leo A. Dioſcoro.

OMnes omnino curialis vel cohortalis conditionis conſtituti, nullam armatam militiam in poſterum arripiant. [q]

Duas militias diuerſi generis, aut dignitatem & militiam eodem tempore quis habere non poteſt: ſecus ſi ad idem tendant. Ba.

V. Imp. Iuſtinianus A. [*] magiſt. officiorum:

HIs quidem, [r] quibus indultum hactenus demonſtratur, quo binis, aut trinis pluribusve mereantur † ſingulis, non coniunctis ex priſca conſuetudine, ſed abiectis, [a] atq; diſcrepantibus, detur electio quẽ retinendum ſibi potius cenſeant, quẽ deferendũ

quamuis noc. licet non ſint in caſtris q̃ facit fieri alicui per aliquem ducem belli: vt ĩ. de re. mi. l. nemo miles. Item not. de puluere.

a DE EQVEſtri dignitate.

Conuenit præ: dentibus.

b EQuites Romanos. q. Romã cuſtodiunt. nã & illi habentur pro abſentibus reipublicę cauſę vt ff. ex quib. ca. ma. l. milites & dic quod aliqui ꝓuidẽtes aliter eſſent non. .i. ſimplex militia eſt dignitas: vt ĩ. tit. ſ. l. ſi. in princ. Acc.

c Clariſſimatus. i. conſulatus: vt ĩ. de dome. & prote. l. 2.

d DE PERFEctiſſimatus dignitate.

Dignitas erat forte, vt eſſet dictus perfectiſſimus miles.

e COdicil. lis. Negotio. vili.

f Honorẽ .i. iſtũ, probitate ergo datur non precio. ſic ĩ. de epiſco & cleri. leg. ſi quenquam.

g Alicuius priuati ſine aliquo vili officio: vt ĩ. de dign. l. nequis. & fa ĩ. de egen. in re. Lagenies. §. t.

h De armata militia loquitur: & de hac prima parte loquit ĩ. eo. l. 2. 3 & 4.

i Et de ſeruis. de hoc ĩ. eo. l. pe. & vlti.

k Et vt nemo. de hoc ĩ. eo. l. hic.

l SI militiæ. His .ſ. magiſtro militũ, & ducibus. vt ĩ. tit. 2. l. pen.

m Habent. .ſ. debitis. vel habeas offerre. nec tamen ſine ꝓbatoria principis aggregantur, vt ĩ. titu. 2. l. neminem. aliàs non militet: vt in authen. de man. princip. §. fin. coll. 3 & facit ĩ. de fabricen. l 4.

n Litis. .ſ. vitandæ. vt ff. de re mil. le. 3. §. nõ omnie. & l. ſi. & fa. ĩ. ſi propter pub. l. 3. & de tab le. 1 & de dec. l. qui dereliẽta. & l. ne quis. & l. omnes. & ĩ. de procur. l. maritus. §. 1 &. ĩ. le. proxi.

o NOn tantum. diſplicuit vt ff. de mu & ho. l. 3. §. fin. & facit ĩ. l. proxi. cum ſuis concor.

p CVra Saltuenſes. prædiorũ conductores. coloni pratorum ſaltuenſes dicũtur: vt ĩ. de fun. pa. l. ſi. in prin. & fa. ĩ. de agrico. & cẽſi. l. colonos & de fu. cõ. l. 1. & ſi. & de mãci. leg 3.

q OMnes. Arripiant. facit ĩ. vbi curi. vel cohor. l. 1. & 2 & ĩ. de tab. ſeri l. 1 & ĩ. eo. ti. l. 3. cum ſuis conco. Acc.

r HIs qdẽ. aliàs eis. aliàs his.

ſ Abſe lis. i. ſeparatis. ſed valeret hoc ſi ſeparatim poſſet vti. vt ĩ. l. ſi. Ac.

Ordinis.

Militia ſimplex ſi eſt dignitas.

† Mereãt forte. aut certe vtãtur.

cognoſcant: vt in eo, quod opta uerint, ſi inter maneant: eo quod deſpexerint, ſine dubitatione repellantur.[i] In poſterum verò nemini prorſus facultas pateat eodem tempore, pluſquam vnius ordinis [a] nomẽ affectare: interdicendis in cõmune cũctis (vt dictum eſt) binis pluribusve militijs,[b] nec dignitates coniũgere cuilibet alij cingulo cõcedendas: [c] vt & q ſupplicandũ de re vetita nobis exiſtimauerint, pœna decẽ librarũ auri pro temeritate quãuis inſtructuoſa, [c] plectanť: & q ſuſceperint [d] iuſſionẽ Auguſtã per ſubreptionẽ elicitã (quod nonnunquã cõtingit) decem librarũ auri mulcta feriantur: ſcrinijs etiam, necnon officijs quorum hoc intererit, ſi non reſtiterint, [e] & hanc pragmaticam legem abiecerint, decem librarũ auri diſpẽdio puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur: ſciant oẽs, quod extra conceſſum admiſſum eſt, aut actum fuerit, vel notis conſcriptum publicis, ſimile habeatur, ac ſi nec impetratũ, nec pronũciatũ omnino, nec inſertũ eſſet vllis matriculis: ſciturũs ẽt oĩbus qui merentes in ordinibus armatis, ſiue ciuilibus adminiſtrandas prouincias, ſeu gerendos quoſlibet numeros, vel iam ſunt ſeu decætero fuerint iuſſione noſtra ſortiti, & vt ſerueť eis gradus, [f] auguſta promeriti ſanctione, parẽ [g] indulgendã ſibi licentiam poſtquam depoſuerint ſolicitudinem, aut in priori cingulo protinus perſiſtendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quã ſolicitudo media præſtiterit: aut retinẽdi ſplendorẽ, verũ [h] acqſierint adminiſtrationis obtentu, verũ [i] priore cingulo deſiſtendi. Monẽte [k] tamẽ innata nobis clementia, liberum eſſe cũctis perſpeximus, ſi militia qua decedendũ eſt, intereas habeatur, quas volentibus licet diſtrahere: & in alios eam conferendi, [l] & precia cõſequendi:[m] prout in iiſdẽ agminibus cõſueuerit hactenus: excipiendis videlicet, nec deducẽdis in hãc perpetuo conſeruandam legẽ pragmaticã, his qui binas militias ſimul compoſitas, & ſociali nexas cõſortio fuerint adſecuti vt in viris deuotiſſimis ſcholaribus atque candidatis fieri moris ẽ, nec nõ in viris deuotis laterculẽſibus & pragmaticarijs, vel à ſecretis [n] cõtingit quos [o] memorialiũ, aut etiã agentiũ in rebus adornat cingulum: & ſi qui ſimili ſtipendiorum iunguntur [p] copula.

Dominus patiens ſeruum militare, dominio priuabitur, & iure patronatus: ſed ſi eo ignorante ſeruus militiam fuerit adeptus, tunc intra triginta dies tantum ex quo ſciuerit, datur ſibi eum vindicandi poteſtas. Bar.

VI. Imp. Iuſtinianus A. Mennæ P.P.

SVPER ſeruis qui poſtea ad quandam militiam adſpirare tentauerint, vel ſcientibus, vel ignorantibus dominis præcipimus, ſi quidem ignorantibus his eam meruerint, [q] licere dominis adire competentem iudicem, & ſuam ignorantiam, [r] (eo quòd contrarium minimè [l] probatur) oſtendere, [f] eoque modo ſpoliatos eos militia in ſuum dominium trahere. Sin vero ſcientibus his ſerui militauerint: [a] cadere quidem eos non tantum dominio eorum, ſed et

a Ordinis. ſ. militiæ armatæ, vel inermis, vt ſubijcit.
b Militijs. Not. ĩ. de adſeſ. l. fina. & de poſtu. l. quiſquis. & ĩ. de proxi. ſac. ſcri. l. hac parte. cum ſuis concor. & ff. de col. illi. l. 1 §. 2.
c Inf. uſtuoſa. not. puniri affectum. & ſi non ſequať effectus. ſic ĩ. de legi. & conſt. l. 2. in fin. & in Lombar. de conſil. mor. l. ſi quis. & ne ad regẽ. ne. in fi. l. 3. arg. contra. ff. quod quiſque iur. l 1. §. fin.
d Suſceperint iudicet ad quos deuenerunt: vt ĩ de preci. Impera. offeren. l. reſcripta. facit. ĩ. ſi nu. ex reſcri. pe. l. 1. in fi. & in auth. vt omnes obe iud. col. 2
e Reſtiterint. Not. hic ĩ. de decu. le omnes & de appe l. qũ.
f Gradus. ideſt ordo, quem percipient ante ſuſceptam adminiſtratiunẽ M. & xepere, fuerit ſortiti
g Parem. ſ. qualem dixit ſupra ead. l. in princi. ibi, detur electio & c.
h Quem. ſ. titulum.
i Verum. pro ſed. & aliàs deſiſtente. & aliàs deſiſtendo. & aliàs di. & idem eſt ſenſus.
k Monente. aliàs monente. aliàs moderante.
l Conferendi. l. conferre ad quod ĩ. de inoffic. teſt. l. omnimodo. §. fi. & de pig. l. vlti. & in authẽt. ibi poſita. & ĩ. de proxi. ſa. ſcri. l. vnicuique. & l. in ſacris.
m Conſequendi. l. conſequi.
n A ſecretis. nomẽ officij.
o Quas. ſ. prædictos omnes.
p Iunguntur. ſ. per legem ſcriptam, non per priuilegium principis viuentis. & not. per hanc legem non licere habere duas præbendas.
q SVper ſeruis. Meruerint nota, quòd lex facit liberum. ſic in authen. de ſan. epiſco. §. ſeruus. coll. ix. & de nup. §. ſi vero ab eod. coll. 4. & de mona. §. 1. coll. j. & de bo. li. l. fi. l. fi. & ĩ. de ppo. ſa. cubi. le. iubemus. in princi. Sed contra. ff. de re mili. l. aliend. vbi non fit liber. Solu. hic corrigit: vel hic erat electus: ibi ſua auctoritate vſurpauit. Item contra. ĩ. de tabu. l. generali. Solu. vt ĩ. ſ. proxi.
r Oſtendere. nota probari ignorantiam eo ipſo q̃ contrariũ non probatur. ſic & ff. de acc. l. ſi cui. §. t. quilibet enim ignorans præſumitur: vt ff. de proba. le. verius. & inſtitu. de le. § quod autem. & ff. de admin. tuto. l. hos autem. & ĩ. de prępo. ſa. cub. l. iubemus in fine. & ĩ. de pet. hęre. l. qui ſe. Item quod dicitur probatur. quomodo probat reus? Reſpond. quia excipit adſerendo. ff. de probat l. in exceptionibus Item eſt et mos gerendus, vt ff. de proba. leg circa. & fac. ĩ. de lib. cau. leg. non mutat.
ſ Militauerint tempore huius. l. & facit ad legem in authen. ut conſtitu. quæ de digni.

† Facit ad hoc ca. de multa ex tra de p̃bẽ. lib. 6. vbi dicit q̃ nullus p̃ot retine re duas dignitates.

Cõcedi.

Duas præbẽdas habere non licet.

Ignorãtia pbaľ eo quòd contrariũ nõ probatur.

Innocẽtiũ. Cuiacius.

† Cõco. c. t. cũ gl. ſu p vero moti a. e tra de bis q̃ vi met' ve cau. & unt.

digni. §. 1. & ʒ. ne rei domi. vel templo. l. 1. & ĩ. l. proxi.

a SI quis. Dñio serui hæc lex facit liberũ. vt ʒ. l. px. cũ simi. Sed ꝯ ʒ. de tabu. l. gñali. So. illa trahi ſad iſtã: immò ibi manet, hic dignitas.

b Accipientes. nã donamus noſtris militib⁹ ſtipẽdia & alia: vt ʒ. de caſtr. om pa. pecu. l. 1. & ĩ. ti. 2. l. j.

c Imperfectum. ad hoc ʒ ad Sil. l. fi.

d Præterita. vt ʒ. l. proxi.

e Notum. not. sic ff. qñ app. sit. l. 1. §. fi. & l. fi. & ff de ca. l. annus. & de exeu. tut. l. quinquaginta. Accu.

f Spoliari. armata vel inermi militia: vt ĩ. ti. 1. l. 1.

NEGOTIATORES ne militent.

g EOs. Ergaſterio. i. ſtationi, quæ negotiationi.

h Prohibemus. hoc nõ nobilitatis defectu. nam & libertus militat. vt ff de teſt. mil. l. ſi duob. & de bon. lib. l. ſi filius. §. Papinianus. & ʒ. tit. 1. l. pen. ſed quaſi ex vili officio non debeant adſumi: vt ʒ. de dign. l. neq;. & de perfectiſſima dignitate. l. 1 & ĩ. de cohortal. l. antepe. & per id qđ ſubijcit, argentarijs, quaſi nõ ſit hoc vile officium: vt ʒ. tit. 1. l oẽs. quia ſemper ibi aurũ habẽt, erg. ʒ. loc. l milites. Sed ꝯ ʒ. de iur. omn. iud. l. vlt. vbi negotiatores militant. Solu. hoc nouum: illud vetus nã hic dicit decætero. Vel ſol. vt ibi.

i Hos. n. vt ſunt cæteri pter argẽtarios. Nam. ante hanc legem.

l Extructionẽ. quia arma faciunt: vel facta vlui coaptant. & facit ad l. ſup. de adno. diuer. iud. l. ne quis. & ʒ. de pig. l. fi. & ʒ. de prim. agen. in re. l. agentes. §. exceptis. & ʒ. in quibus cau. mi. ſo ptæ. l j & ʒ. de fa. l. j. & quod nos ʒ. quib. ex cau. maio. l. vlti.

DE RE MIlitari.

Stipen-

omni patronat⁹ iure: illos verò igenuos effectos, ſi qdẽ vtiles ad militiã eis datã viſi fuerint, in ea durare: ſin verò minimè idonei ſint, ea priuari. Sup illis aũt ſeruis, q iã militauerunt, & adhuc in eadẽ militia perſeuerant, licẽtiam damus dominis intra 30. dierum ſpaciũ ab eo tpe connnmerãdorũ, quo pſens ſanctio diuulgata fuerit, vel noſtrã adire clementiã, vel cõpetẽtes iudices, & ſuam ignorantiã cõmendare, eosq; in ſuũ dominiũ recipere: quo tpe tranſacto, ſimili modo tam dominio, quã omni patronatus iure cadere eos neceſſe eſt.

Dominus patiens ſeruum in dignitate eſſe, priuabitur dominio, et iure patronatus. ſed ſi eo ignorante ſeruus ipſam fuerit adeptus, tunc intra xxx. dies tantum ex quo ſciuerit, datur ſibi vindicãdi poteſtas. Bar.

VII. Idẽ A. Ioanni, P.P.

SI quis ſeruũ ſuum dignitatẽ habere, quẽadmodũ militiã, fuerit paſſus: ſpolietur & dñio ſerui, a & iure quod ptinet ad patronos. Cui. n. ferendũ eſt, homines a noſtra manu donationes accipientes, b adhuc inter ſeruos haberi, & fortè cũ ſuis dñis noſtrã purpurã adorantes? In his itaque caſibus in qb. nõ militia, ſed dignitas volentibus dñis ſeruis acquiritur, eadem iura ſeruentur, quæ antea poſita ſunt: ne videatur noſtra ſanctio aliqd habere imperfectũ. c Sciant autẽ dñi ad exemplum præteritæ d nr̃æ conſtitutionis, quę de huiuſmodi ſeruis loquitur, ꝙ niſi hoc intra xxx. dies ex quo eis hoc fuerit notũ, e manifeſtauerint, & competentẽ iudicem adierint, & ſpoliare eos dignitatibus curauerint: dñium eorũ & ius patronatus amittant: nobis deliberantibus: poſtquã dominio ſerui fuerint liberati, & inter ingenuos connumerati, ſi oporteat eos habere dignitatem vel ea quaſi indignos ſpoliari. f

* Deſideratur conſtitutio Græca, ex prætermiſſis repetenda. *

TITVLVS XXXV.

NEGOTIATORES NE MILITENT.

Negotiatoribus eſt omnis militaris dignitas interdicta, exceptis argenti diſtractorib. qui nõ ad armatam militiam, ſed ad aliam quamcunque accedere poſſunt. Qui verò ante hanc legem aſſumpſerunt illam, retinere poſſunt, dum tamen a negotiatione ſe abſtineant: aliàs militia priuarentur. armorum tamen conſtructores militiam obtinere, & ſuam negotiationem retinere valent. Ioan. de Plat.

I. Imp. Iuſtinianus A. Mennæ P. P.

b Siue totum. iſtud intelligo, quando licite alienauit: & ponitur hic vel, correctiue: quoniam non totum poterat alienari alioqui ex ſola alienatione non inſpecta morte hæredis ad dominum reuertitur: vt ſ. de feu. alie. in prin. expoſitum eſt. Vel ſi vis intelligere, quãdo alienauerit ꝯ prohibitionem, intelligas, q ita de facto euenerat, & erat ſolũmodo dubitatio, vtrum à bonæ fidei emptore poſſet reuocari male fide traditum, & not. hic idem qđ ſup quib. mod. feu. ami. § curſus.

c Sine hærede i. ſine filio maſculo: vt ſ. de alie feu. circa fi.

d Reuocari debet. Hic notandum eſt verbum neceſſitatis pro poſſibilitate poni & pro conſilio: ſicut & alibi: vt ff. de pig. l. creditor, & C ed leg. Fla. de plag. l. ſi fratrem. ſicut eſt verbum conſilii, ſæpiſſime ponitur pro neceſſitate: vt C. de reſcin. ven. l. non idcirco, & ff. de edmi. tu. l. tutores. §. 2.

Conſilij, verbum quandoque pro neceſſitate ponit.

quis a de capitaneis, vel de maioribus valuaſoribus, vel de minorib. ſuum beneficium ſiue totũ b ſiue partem alienauerit, & ipſe vel hæs eius ſine hærede deceſſerit: quia beneficiũ ſenioribus aperitur, totum qđ fecit reuocari debet. d

TITVLVS XIX.

CONSTITVtiones feudales domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam Beati Petri in ciuitate Romana condidit obſeruandas.

Præcipit Imperator conſtitutionem editam ſuper beneficijs militum, & ſucceſſione, & culpa, cum cõſilio virorum prudentum ab omnibus obſeruari. Bal.

SI qs ex militum ordine deceſſerit, qui de feudo inueſtitus fuerit, vt conſtitutũ habemus, obſeruetur de beneficio, & ſucceſſiõe, & culpis Si vnus inculpatus fuerit vna de his nominatis culpis, vt habemus inſertum, obſeruet per conſtitutionẽ dñi Lotharij e Imperatoris, q̃ eſt conſtituta tpe Eugenij Papæ ante ianuã beatiſſimi Petri Apoſtoli in ciuitate Romana ꝑ laudamentum ſapientũ Papiæ atque Mediolani, Mantuę, Veronę, † quę Brenus (aliàs Hybern*) vocatur, & Parmę, Lucę, & Piſæ, & Sipõti, & marchionum atque ducum, vel capitaneorum atque valuaſorum maiorum.

Decedente milite vaſallo ſuccedit ſibi filius & nepos ex eo, & frater: quinimo & patruus, ſi feudum ſit auitum. Bal.

Imperator Lotharius f Eugenio Papæ, & vniuerſo populo.

SI quis miles mortuꝰ fuerit ſine filio maſculo, & nepotem reliquerit: g in beneficiũ aui i patris vicẽ ſuccedit. Et ſi hæredem & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipſe ſuccedit. Et ſi filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium aui defuncti ſuccedat.

TITVLVS XX.

DE BENEFICIO fratris, & qualiter frater in beneficium fratris ſuccedat. h

Frater fratri defuncto ſine filio non ſuccedit in feudo nouo.

† Eguſana. Baro legit. quę Brennona vocatur.

CONSTITVtiones feudales domini Lotharij Imperatoris quas ante &c.

e SI quis ex Lotharij, hanc conſtitutionem non memini me legiſſe, niſi fuerit illa quę ſic incipit, Imperialis beneuolentiæ &c. Et ego enim puto quod iſta quæ ſequitur, ſit illa quæ ſic incipit. Si quis miles mortuus fuerit, & debet habere ſuperſcriptionem talem, Imperator Lothar. Eugen. Papæ & vniuerſo populo, & in quibuſdam conſuetudinibus ita habetur ſupraſcriptũ. & intelligo, quòd teneat hæc conſtitutio vſque ad illud, c. ſi quis ſine filio maſculo: nam in prædictis ca. omnibus, quæ ſunt vſq; ad dictum c. ſi quis &c. loquuntur de beneficiis militum & de ſucceſſione, & de culpis, ſi quis ea capitula recte inſpexerit: & hæc eſt de qua dicitur hic, obſeruetur de beneficio, & ſucceſſione, & de culpis &c. ad hoc faciunt plura capitula, quæ ſic incipiunt, ſancimus &c. quod verbum notat eſſe. l. Imperatoris. illa enim conſtitutio Imperialis beneuolentiæ, non loquitur niſi de vna culpa. ſ. de alienatione feudi: per quod videtur, q hic non loquitur de illa conſtitutione: niſi forte diceres, quòd illa conſtitutio in fine, & iſtæ quæ ſunt hic, ſint vel debeant eſſe tantum vna conſtitutio.

f Imperator Lotharius. quidam non habent hanc ſuperſcriptionẽ, nec aliquã: puto tamen, quod ſatis poſſit admitti talis ſuperſcriptio: quia credo hanc fore illã conſtitutionem de qua feci mentionem ſupra prox. & credo, quod duret hæc conſtitutio vſque ad illud c. ſi quis ſine filio maſculo, licet diſtincta per plura capitula.

g SI quis miles. Reliquerit. in ſucceſſione militis notabis, quod licet inferiores non relinquant, tamen fratres ex tranſuerſo admittuntur & domino ꝓponuntur, licet in feudo aliorum fratrum fratres nõ ſuccedãt, niſi fuerit ſpecialiter dictum, vt ſ. proxi. & ſ. de feo. mar. cap. ſi duo. Vel quod eſt verius, idẽ in filiorum ſucceſſione: quia in feudo ea de qua loquitur. & hoc eſt quod dicit, in beneficio patris ipſe ſuccedit &c.

Quid ergo erit, ſi duo fratres inter ſe bona fratris diuidãt & vni ſoli feudum eueniat, quod erat antiquum: nunquid ſine hærede mortuo fratre ad quem deuenit, defertur fratri vel domino? Reſpon. aut refutauit, aut non: ſi refutauit, vel ad hoc refutauit, vt dominus eum de eo inueſtiret. & recte ad ipſum dominum reuertitur: alioqui fratri: vt infra. de natu. ſuc. feu. capi. 1 & de eo qui ſin. feu agn. de feu. pa. cepit. tres ntes agnati, & infra, ſi de feu. contr. ſuc. ca. Titius cum Sempronio.

h DE BENEFICIO FRAT. &c.

Aliàs non eſt Titulus.

Si quis

Fallit regula, ſi tempore inueſtiture per pactum aliud conuenit. Item ſi de communibus bonis eſt emptum. Itẽ ſi frater eſt inueſtitus vtriuſq; nomine domino ſciente. Item ſi frater acquiſiuit in hoſtem regis. Bal.

SI quis acquiſierit beneficiũ, & ſine filio maſculo mortuus fuerit, & fratrem reliquerit: frater nõ ſuccedat fratri, ſed dñs habeat: niſi ꝑ inueſtituram à dño ordinatũ fuerit, vt frater ſuccedat fratri, ſi mortuus ſuerit ſine hr̃de maſculo: ſuccedat frater fratri morienti ſine filio: vel niſi beneficiũ de cõibus bonis fuerit emptum: [a] vel vtriuſq; noĩe dño ſciẽte, [b] ſi inſimul ſteterint, vel in hoſtẽ regis acqſierint.

TITVLVS XXI.

DE FEVDO SINE culpa non amittendo. [c]

SAncimus, vt nemo miles [d] ſine cognita culpa bñficiũ ſuum amittat: ſi ex culpis iis vel cauſis cõuictus nõ fuerit, quas milites vſi ſunt nominare, qñ fidelitatẽ faciunt dñis ſuis, vel ꝑ laudamentum parium ſuorũ: vel ſi dñis ſuis deſeruire noluerint, tũc codictio cã data proponitur ad repetendũ feudũ, ex quo non ſeruit domino. Nam ſi ſteterit viginti annis & vltra, ꝙ nõ ſeruierit domino: niſi neceſſe fuerit domino, feudũ non amittit. †

Vaſallus feudo priuatur alienando, cum vxore domini concumbendo. et in pugna cùm poſſet eum iuuare, dimittendo. Bald.

SI quis [e] miles beneficium ſuum vendiderit totum ſine voluntate vel iuſſu [f] dñi ſui, vt proprium beneficium amittat, decernimus: dominus verò habeat, vel ſi cõcubuerit [g] cũ vxore dñi ſui dño viuẽte: vel ſi in pugna ſuum dñm dimiſerit, † & cũ eo [h] nõ laborauerit, ſi potuerit.

TITVLVS XXII.

QVO TEMPORE miles inueſtituram petere debeat. [i]

Si miles intra annum & menſem poſt mortem domini non petat inueſtituram ab eius herede, vel poſt mortem patris à domino, perdit feudum. fallit in caſibus hic inſertis. Bald.

SAncimus, vt nemo miles [k]

[a] SI quis acquiſierit. Emptum. ſic ergo feudũ emitur & acquiritur pretio: vt hic, & I. de na. fe. ꝫ. eſt euidẽter ꝩ. de feu. dato in vicem l. commi. vbi dr, ꝙ nõ ſub pretextu pecuniæ, ſed amore dñi feudũ acquiritur. Rñ iſtud intelligo, qñ à vaſallo emitur dño ſciente. illud vero locum habet, qñ à dño emit: quod fieri prohibet. Sed opponitur, ꝩ. tit. quemadm. feu. ad fil. perti. c. ſi quis ſine filio, ex eo verbo, niſi à domino redemerit per quod innuitur, quod à domino emi valeat. So. illud intelligendum eſt, quando redemit ſine pretio alias bene ſeruiẽdo domino & optime ſe habendo erga dominum & ponitur ibi redemit extra propriam ſignificationem, ſimilia ſtudioſus inquirat. hic autem notabis iſtud generale. Licitum eſt ſine pretio, quod cũ pretio non liceret, vt arg ff. de infa. l. furti & argu. C. de prædiis cur. l. fin. & C. mand. l. fin. & de fun. patr. l. 1. argum. contra eſt alias. l. quia non eſt licitum gratis quod pretio non liceret, vt ff. de ritu nupt. l. palam. argu. contra ad hoc ff. de regu. iur. l. cui ius eſt donandi. licet alias dicatur, quod licitum eſt pretio, quod gratis non liceret, vt ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſolut. l. ſicut. §. ſed ſi. & C. de contra. iu. l. vna. & ff. de contrahen. emp. l. 1. & C. de adminiſtrat. tuto. l. nõ omni. & ff. de ꝓcurato. l. procurator cui. ff de pact. l contra. § vlti. ff. de don. l. filius. & C. ſi maior factus. l fin. & iſta generaliter ſunt in li. Py. quod autem hic dicitur, ſi inſimul, ſteterint, intelligo maxime, quia idem intelligo, & ſi non inſimul, dum tamen de communi pecunia & domino ſciente fuerit emptum, & ita multum intereſt, cuius pecunia feu. ematur. vnde hic poterit repetere, quod notauimus I. qui feu. da. poſſ. c. cum verò Corradus.

[b] Domino ſciente hoc aũt dictũ eſt, ne alias inuitus dominus alium, quam quem vellit, acquirat vaſ. vt ꝩ. de fratribus de no. bene. inueſt. ca. ſi duo fratres.

& in communi cauſa hic colligitur, quòd ex certa ſcientia ſine contradictione præſumitur dominus conſenſiſſe, ſicut & alias, vt ff. de euict. l. quidã. & C. de nup. l. ſi vt ꝓponis & ff. de re. iu. l. qui tacet. & in ſumma vt in lib. diſp. Py ſecundo quaterno 2 char. tu. ex ſcientia ſine contradictione eiuſque contrario: licet ꝫtia ſit ſequens rubricella per id quod legit. ff. qui. mo. pig. vel hypo ſol. ſicut. §. nõ videtur. ff. de proc. l. filius. §. inuitus, cum concor. ibi. ſeq. quod aũt dicitur in ſi. vel in hoſtem regis, dicitur per l. quæ eſt in Lomb. de ſucc. ſi fratres poſt mortẽ &c.

[c] DE FEVDO ſine culpe &c. Quidam nõ habent hic aliquem titulũ, ſed nos hoc vtimur.

[d] SAncimus vt nemo miles: quod diximus da milita, idem in aliis hodie, vt ſup. de na. feu. in fi. ſimile legitur. C. ꝗ ac. non poſſ. l. 2. & ff. quod met. cau. non eſt veriſimile. & metuo idẽ in illis aliis vaſal. quia eadem eſt hinc inde ratio & æquitas, vnde idẽ ius conſtituendũ eſt, vt ff. ad l. Aqui. l. illud. & ff. de legi & ſenat. ꝗ. non poſſunt. & C. de li. præte. vel exhe. l. 1. Acc.

[e] SI quis. hoic ca. quidam habẽt tit. de ſucc. quo non vtimur.

[f] Iuſſu. hic iuſſus ꝓ conſenſu ponitur, i. ſine conſenſu & voluntate domini, & notãdum eſt in aliis idem quod in milite, vt in conſti. Frid. imperialem. & idem de parte, quod hic dicitur de toto. ſ. vt partem tantum alienatam amittat. vt ꝩ. de vaſ. qui contra conſti Lotha. bene. alie. c. 1.

[g] Concubuerit. iſtud ca. expoſitum eſt I. quib. mo. feud. amit. in prin. §. 2.

[h] Et cum eo. No. verbum iſtud, & ſoluit quæſtionẽ quam fecimus, ſup. qui. mod feu. amit. in prin.

[i] QVO TEMPORE MILES &c. Quidam non habent hic aliquem titu.

[k] SAncimus vt nemo miles. in quibuſdam conſtitutionibus nõ eſt ſancimus: ſed ita cõtinuat cũ ſuperiori

† Hæc regula ẽ vera in omnib. vt I. de nat. fe. de his ꝗ feu. dare poſſ. §. fin. & quib° mo. feud. amitt. in prin.

† Facit ad hoc Ang. in l. 2. §. occiſori. l fin. ff. ad Syl. quod eſt verũ, ſi dñi cõqueſtus fuerit de eo, alias ſecus.

periori ca. & cũ eo nõ laborauerit, ſi potuerit: ſed vltra annũ & mẽſem vadat vt inueſtiturã &c. & ita ſecũdũ hoc nõ dẽr eẽ hic inceptio. c. nec ti. qđ ẽ falſũ.

Tempus poſt ſciẽtiã currit

vltra annum a & menſem b vadat, vt inueſtiturã beneficij ſui à filio, vel ſucceſſore dñi ſui petat, vel poſt mortem dñi ſui, vel patris ſui, vel alterius, cui ſuccedere debet: niſi iuſta cauſa interuenerit, quare non petierit, veluti mortis, c vel capitalis inimicitię, vel infantia, d vel iuſta abſentia: e & ſi (vt ſuprà dictum eſt) non petierit, damnetur. f

SI quis fecerit inueſtiturã vel cambium g de beneficio ſui militis, ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, pro non facto h habeatur,

Miles non poteſt deueſtiri à domino ſine culpa & cauſa cognita, & conuicta per laudamenta parium. Bal.

SAncim⁹, vt nemo miles adimatur de poſſeſſione ſui beneficij, niſi conuicta culpa, quę ſit laudanda per iudiciũ pariũ ſuorum, ſicut ſupra diximus. Si autem dixerit miles, quòd ſui pares inique iudicaſſent, miles in poſſeſſione maneat i per ſex k hebdomadas: & ad noſtrã veniat præſentiam cũ illis, qui laudamentum atq; iudiciũ fecerint: & ante nos definiemus.

a Vltra annũ. hoc demũ tps poſt ſciam currit: dum th craſſa & ſupina ignorantia non ſit excuſata: puta ſi ignorauerit, qđ oẽs de ciuitate ſciũt. ff. de iur. & fac. igno. l. i. & l. nec, & l. regula, & ff. de cal. l. ann⁹ & no. de tali tempore expreſſius in C. de re mili. l. i.

b Et menſem. ſic argu vñ. ꝙ per annum & menſem poſſit miles differre petitiõẽ inueſtituræ quod in aliis non obſeruat: imo & anno & die elapſo excluduntur alij: dum tñ ſint puberes, vt in conſtitu. Fride. imperialem. §. præterea. & hoc erit caſuale in militie, ſicut & alia caſualia notantur circa militem. q̃ hic enumerare eſſet ſuperfluum. Vel forte corrigitur illud per conſti. Fri. & idem erit in militie, qđ in aliis, velut ergo contumax feudo priuatur vaſallus poſt ſpatium tanti temporis, ſic & alibi punitur cõtumax, vt C. quorum app. non re. l. i. & de iud. l. properandum. §. cum autem. Sed pone, ꝙ poſt annum & menſem ſecundum vſum conſuetum dñs vaſ. recepit, nũquid huic talem quaſi ingratitudinem vt remittere? Et certe videtur ꝙ ſic ff. de l. commi. l. poſt diẽ & de eo quod cer. lo. l. ii.

c Veluti mortis. Nunquid ſi moriatur, antequã peteret cum ſupereſſent tñtum duo vel tres dies de anno & menſe vel die, dabitur hæredi ſuo tantum tẽpus duntaxat, quantum defuncto ſupererat: aut dabitur iterum menſis & annus? Reſp. ne tu lector piger efficiatis, quæras diligenter q̃ notantur in C. de temp. in integ. reſti. l. antepe. quæ incipit, ea quæ, & omnia poteris inuenire, licet videatur, quòd illud tantum, quod ſupererat defuncto, dari debeat, vt C. de in. l. properandum. §. ſin autem. & ff. de iudi. l. l. ſi iudex.

d Infantia. ſi habes in litera infantia, tunc ceſſabũt contra. vel anfractus, vt patet in conſtitu. Frider. infra ſi de feu. contro. fue. c. ſi minor. ſi habes infamiat tunc quæritur de cuius infamia ſit intelligendum: nunquid de infamia vaſal. an de infamia do. ſi dicatur de infamia vaſal. tũc videtur abſurdum, ꝙ propter iſtam infamiam debeat iſtud habere priuilegiũ: cum potius debeat ei nocere delictum ſuum quã ꝓdeſſe. nimirum dolus proprius non debet aliquẽ releuare, neque propria temeritas alicui lucratiua cõcedi. ff. pro ſoc. l. verum. § tempus. & de dolo. l. i. & l. Neratius. & C. de epiſ & cler. l. omnes. in ſi. ne igitur ex delicto ſuo fructum conſequatur, de vaſalli infamia non loquitur, de domini autẽ infamia ſic ...

Excõmunicati vaſallus à ſidelitatis facto eſt abſolut⁹.

pnia quia dominus excommunicatus eſt. & ideo cũ domino vaſallus non habet loquelam, in quo caſu & à ſacramento fidelitatis eſt abſolutus, vt in decr. cauſa xv. q. vi. alius & c. ſi. & j̃ tit. hic finitur lex, deinde con. ſuetudines regni incipiunt. capitu i. vel ita intelligas infamia, id eſt, mala fama habita de domini morte. pone dominum vltra mare mortuum: nec ſit fama de eius morte poſt annum & menſem, certè iſtud vaſallo non valat imputari, vnde apparet, ꝙ hoc tempus ei à tpe ſciæ cedat. & ſm hoc erit vtile & nõ cõtinuũ hoc erit ei vtile & non continuũ hoc tps. ſed nũquid hodie p legẽ Friderici corrigitur? Reſp. ibi determinabitur.

e Abſentia. puta cũ cauſa reipublicæ ſit abſens. nunquid ergo abſenti cauſa reipublicæ non currit tẽpus, maxime ſi potuit per procuratorẽ adire dominum, & non fecit? & vtique currit ei: nec puto ei ſuccurrẽdum hoc caſu. ff. de mi. l. Papin. exuli. ſed vbi nõ potuit per procuratorẽ, ſecus eſt, vt ibi nota. Vel forte ibi iuſta de cauſa abſens eſt: nec per procuratorẽ adire tenetur: quia nõ intelligitur abſens, qui legitimum procuratorẽ relinquit, vt in pluribus ſtudio ſus indagator poteſt inuenire.

f Damnetur. diſtinguitur tamen, ſi fuerit cõtumax vel non: vt ſi contumax fuerit inuentus: quia noluit ſeruire: merito amittat feudum. ſed ſi dñs recepit eius ſeruitium poſt annum: videtur renunciaſſe iuri ſuo, & hoc propter multas leges, vt arg. ff. de rece. l. Celſus & C. de vſu. l. quãuis. & C. de pac. inter emp. & ven. l. commiſſoriæ. & de iure do. imp l. 2 & ff. de va. & ex. l. pen.

g SI quis fecerit. Cambium. licet non poſſit alienare, nunquid locare? itẽ nunquid in feudũ dare? item nunquid pignori obligare? Hæc in conſti. Frid. notabuntur annuente dño: & hoc intelligas verum eſſe niſi totam curiam alienauerit, vt ff. de fun. do. l. i. in Lomb. de be. l. ſi. & j̃. de leg. Cor. §. ex eadem lege.

h Pro non facto hoc intelligo dum ſupererit vaſallus: veruntamen eo decedente cogitur dñs adimpleta promiſſum, & tunc demum incipit inueſtitura effectum habere: quod intelligo tantum de eo milite, qui ſucceſſionem feudi non habet: alioqui pro non facta habetur inueſtitura, vt j̃. ſi de feu. cõ. fue. ca. moribus. & de feud. da. in vicem leg. commiſſoriæ, ſi quia inueſtierit, ſed ibi aliud notabitur: vt in Lombarda de bene. l. fin.

i SAncimus. Maneat. & merito: quia debent in ſuo ſtatu omnia permanere poſt ap. C. de app. l. 4 ꝙ intelligo, niſi fuerit res mobilis, & perſona poſſidens ſuſpecta ſit, nec ſatiſdat: vel etiam ſi res à poſſidente poſtularetur: argu. C. quo. ap. non reci. l. ab executore & ff de app. l. imperator. §. fina. & qui ſatiſd. cogan. l. ſi fideiuſſor. §. bna quod autem dicitur in fine capit. ſcilicet, ante nos definiemus: ſic intelligitur, ſcilicet, ſi ambo ſint vaſalli principis curiæ. alioqui ille ad quem appellauerint, cauſam appellationis ſine debito terminabit, & alias in tex. eſt, definietur.

k Per ſex. Sed nunquid cõtinuum, vel vtile eſt hoc tẽpus? intelligo ꝙ vtile ſit iſtud, quale eſt illud qđ indulgetur appellanti. Et no. quòd detrahitur huic l. per

l. per conſuetudinem: quia generaliter appellanti indulgetur annus: vt ſ. auth. de his qui ingre. ad ap. col. §. Vel ēt dic, q̀ hic nō negat illud: ſed dr, q̀ intra ſex hebdomadas ſe debet repræſentare, imo hoc ſpatium habet, antequā iter arripiat, & hoc intelligendū eſt de maioribus valuaſoribus, vt in Lombar. de ben. l. ſi.

DE CONTEN. &c.

a Si q̀s miles. Alias inuenitur tale gl. loco iſto, vacat iſtud c. ꝓpter inferius c. ſi inter dominum.

b In poſſeſſione. q̀d in iſto c. cōtinetur. ſ. poſſeſſorē debere iurare, non eſt indiſtincte ſic intelligendū: ſed ſicut diſtinguit ĵ. de conſue. re. feu. c. ſacramentū nō ſemper, & notabitur ĵ. ſi. de inue. inter do. & vaſ. lis ori. c. i. q̀d autem in ſi. dr, nō eſt relinquendū. ſ. quia nō eſt bonū, vt veritas denegetur: ſimile l. C. de ap. l. eos q. §. i.

QVEMADMODVM feu. &c.

c Si q̀s ſine filio. Beneficiū pris, intelligo niſi pactū interuenerit: vt & filiæ ſuccedant: vt ĵ. de ſucc. feu. §. filia vero non ſuccedit.

QVIBVS MOdis feudum &c.

d Sciendū eſt. Hoc iure. aliter hoc iure & aliter, hac in re nullo &c.

e Succedente in hoc c. videtur abſurdū. ſ. q̀ hæres excludatur qñ dñs poſſeſſionem in vaſallum tranſtulit. igitur inueſtiuit ſecifſe vr, quia ꝓprie inueſtitura poſſeſſio appellat. argu. ĵ. eo. quid ſit inueſtitura c. 2. nam vnuſquiſq; ſibi & ſuis hæredibus proſpexiſſe vr: vt ĵ. de duob. fra. à ca. inueſt. e duo fratres & hoc verū eſt, ſi hæredis mentio habita non eſt: vt ff. de probat. l. ſi pactum. & aperte ʒdicitur ĵ.

TITVLVS XXIII.

DE CONTENtione inter dominum & vaſallum de inueſtitura feudi.

Si inter militem vaſallum et dominum contentio ſit de inueſtitura: domino deficiente in probatione vaſallo poſſidenti defertur iuſiurandum. domino autem poſſidente, militi vaſallo incumbit probatio: eo autem in probatione deficiente, domino dabitur iuſiurandum. Bald.

SI quis miles in poſſeſſione [b] ſui beneficij fuerit, & dñs inueſtituram negauerit: miles affirmet per iuſiurandum, ſi potuerit, q̀ ſuum ſit beneficium per inueſtituram dñi ſui. & ſi dominus poſſederit, & miles ſic dixerit, q̀ inueſtitus fuerit à domino ſuo, & dñs negauerit, adhibeantur pares illius, & per ipſos inueniatur veritas. & ſi pares non fuerint, veritas inueniatur ꝑ dominum: quia non eſt bonum, vt veritas denegetur.

TITVLVS XXIIII.

QVEMADMOdum feudum ad filiam pertineat.

Vaſallo defuncto ſine liberis, filia non ſuccedit in beneficio patris: fallit hoc in duobus caſibus. Bald.

SI quis ſine filio maſculo mortuus fuerit, & reliquerit filiam, filia non habeat beneficium patris: [c] niſi à dño redemerit. Si autē dominus ei dare voluerit propter ſeruitium & amorem patris, non reuocetur ab vllo ex parentibus ſuis, neq; damnet.

TITVLVS XXV.

QVIBVS MOdis feudum conſtitui poteſt.

Feudum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt. Bal.

SCiendum eſt feudum ſine inueſtitura nullo modo conſtitui poſſe, etiam ſi domino iubente quis alicuius rei nomine feudi poſſeſſionē nanciſcatur, & teneat: liceat tamen poſſeſſionē taliter adeptam, dū vixerit, quaſi feudi nomine retinere: hærede eius in hoc iure [d] nullo mō ei ſuccedente. [e] Si dominus qui inueſtiuit, forte ſit clericus, [f] & contigerit, vt ante moriatur, quam vaſallus poſſeſſionem feudi nanciſceretur, exinanitur feudum: quod generaliter in omnibus clericis, qui feudū dat, obſeruatur.

de conſue. re. feu. c. ſciendum. Py. tamen de hoc diſputat: vt in ſumma nota.

f Forte ſi clericus, iſtud ſatis expoſitum eſt ĵ. tit. qui ſucc. teneantur, & in alio tit. hic poteſt eſſe tit. qui ſucc. teneantur. & infra dicetur.

g SI DE INueſtitura &c. Alias titu. qualiter iudicium feudi ſit examinandum, quo non vtimur.

h Si inter dominū. Orta contētione inter do. & vaſ. deficiente probatione, poſſeſſoris ſacramento cā definietur: ſed ſi teſtes interfuerint, debet fieri per teſtes ꝓbatio: qui ſi veritatē dicere recuſant, debent cogi à comite, vel à populo, vel ab Imperatore, ad quē accedere debet vaſallus cū iuſſu domini: ſed interim quieta poſſidet vſque ad annum. ſed ſi interim non iuerit per ſe, vel per alium, dñi ſacramento cauſa decidetur. in clericorū autem inueſtitura omnes teſtes pariter admittuntur. h. d. Bal.

i Inueſtituram. Sed de qua inueſtitura intelligitur q̀ hic dicitur: quæro vtrum de noua, an de veteri? Reſp. de veteri: quia de noua non audiunt teſtes niſi ſint de paribus: imo debet per breue teſtatū probari, in quo etiā caſu ſecundum quoſdam non valet inueſtitura: quia de ſolemnitate deeſt in cō. re. feu. vt ĵ. qui teſt. ſunt ne. ad proban. no inueſt. c. i. vel ēt pōt intelligi illud, qñ præſentes ſunt pares tempore inueſtitu-

TITVLVS XXVI.

SI DE INVESTITVRA inter dominum & vaſallum lis oriatur. [g]

SI inter dominum [h] & vaſallum lis oriatur de inueſtitura feudi, domino ſcilicet inueſtituram [i] ſe feciſſe negante: ſi teſtibus res probari non poterit, poſſeſſoris ſacramento res decidatur. Idem

& in eorũ ſucceſſorib. obſeruat. Si verò teſtes interfuerint, & eos vaſall⁹ ad teſtimoniũ vocauerit: eorum teſtimonio cũ ſacramento credatur. Teſtes verò ſint pares eius & qui ab eodẽ dño feudũ teneant, qui ſi tẽpore inueſtitionis abſuerint, ẽt extranei ſunt recipiendi: qui ẽt ſi veritatem celare voluerint, fortè amore, vel pretio, vel aliã qualibet ex cã, à comite [a] vel à populo iurare compellantur, ꝙ ex ea cã falſitatem nõ dicant, nec vera ſcientes tacebunt. His.n. non cogentibus eos vaſallus cum ipſo domino ad imperatorẽ [b] ire feſtinet, eiq; cãm intimet: & quod imperator inter eos iudicauerit, obſeruetur. [c] Si aũt ſe venturũ, vel nuncium miſſurum vaſallus promittat: ex quo promiſerit, vſque ad annum [d] quietè poſſideat. Si verò ad regẽ non venerit, vel non miſerit intra annum: [e] domini ſacramẽto cauſa finiatur. Et ſi teſtes ſacramento [f] iã dicto præſtito ſe non interfuiſſe dixerint: dñi ſacro quõ terminetur. Hæc oĩa ẽt in clericorũ [g] pſonis locũ hñt, pterquam ꝙ de pſonis teſtiũ dictũ ẽ. In clericorũ feudo pariter accipiunt pares & extranei: hoc iõ, qa cũ clerici quoſdã de feudo inueſtiunt, ſępe abſcõſè & ſine pñia ſuorũ cõfratrũ hoc facere ſtudẽt.

Orta contẽtione inter dominũ et vaſallũ, ſi vaſallus dicit ſe, vel patrẽ ſuũ inueſtitũ, debet probare per teſtes ſaltẽ duos ſuã intentionẽ. & eo in probatione deficiente, defertur ſacramentũ domino poſſidẽti, qui iurabit cũ duodecim ſacramẽtalib. & eo nolẽte iurare defertur actori, qui iurabit ẽt cũ xij ſacramẽtalibus. vtroque aũt nolẽte iurare dominus poſſeſſor abſoluit: vaſallo aũt poſſidente ſi poſſidet p annũ ſciẽte domino & nõ contradicente, ſolus debet iurare ſine alijs: alius autẽ non. Bal.

Si qs [h] ſe vel patrẽ ſuũ ab aliquo defuncto, vel patre eius de feudis inueſtitũ eẽ cõtẽderit: niſi per duos pares [i] de domo ipſi⁹ dñi pbauerit, qđ intẽdit, vel ẽt cum pares abſunt, per alios [k] idoneos duos teſtes: [l] tunc in electione domini eſt, vtrum

ſtituræ. nam ſi tunc abeſſent, tunc etiã extranei poſſunt recipi ſecundum quod hic videtur dici in verbo illo, qui ſi tempore inueſtitionis abſuerint &c. quod falſum eſt: quoniã ſi abſunt, expectandi ſunt vt ſ. de cõſue. re. feu. c. ſciendũ, qđ autẽ hic dr, intelligo qñ dominus pares non habet. vt colligitur in prędi. cap. ſciendum. vñ qđ hic dr, qui ſi tẽpore inueſtiturę abſuerint, intelligas, i. ſi tẽpora inueſtitionis pares dñs habuerit. nã ſi pares non habuerit, ẽt extranei &c. & qđ ibi ſequitur. veritatẽ celare voluerint eſt notabile verbum, nimirum qui veritatẽ dicere non vult, nocere deſierit, vt in decre. ca. 11. q. vlti. cap. quiſquis.

Veritatẽ celans nocere deſiderat.

[a] Qualibet ex cauſa. à comite. ſed iſtud notandum eſt, quòd gradatim facienda eſt poſtulatio. ſ. de minore iudice ad maiorem iudicem.

[b] Ad imperatorem. nam primo inuocatur curia: poſtea comes, deinde popul⁹, poſtea imperator, ſic etiam procedit appellatio in auth. de appel. col. 4. §. vlt. licet videatur contra, ff. de conſti. prin. l. 1. & inſtit. de iu. na. gent. & ciui. §. ſed & quod princ. nam ibi innuitur, ꝙ maior ſit populus imperatore, cũ eũ eo poſſit degradari. licet in contrariũ Barbarius Philippus dicat, ſ. pl⁹ poſſe imperatorẽ, vt ff. de off. præto. l. Barbarius Philippus. Accur.

[c] Obſeruetur. & merito, quia quod principi placuit, legis habet vigorem, vt inſtitu. de iure natu. §. ſed & quod principi. & ff. de conſtitut. princip. l. prima. & inuenitur errorem principis ius fecere, vt ff. de ali. & cib. lega. l. 3. in fine. ſed & quod comes vtpote loco præſidis ſtatuit, ex neceſſitate ſeruendum eſt, vt C. vbi pu. edu. de. l. 1.

[d] Vſque ad annum. & eſt illud mirabile, ꝙ annua vaſ. indulgetur ad præſentandum ſe, cum iñ 6. hebdomedæ concedantur ſuperioribus appellationib. vt ĩ. quo tẽ. mi. inue. pe. de. c. 3. §. ſi aũt dixerit, & in Lomb. de be. l. vl. Sed iſtud cur contingat, is inquirat quem labor⁹ mundi exagitat, cum maxime ſpatium nouem menſium ſeptẽtrionalibus hominib. ad ſe repræſentandũ iudici legumlatoribus vĩ ſufficiens, vt in auth. vt om. ob. iud. §. ſi igitur, col. 5.

[e] Intra annum. & ſic per totum annum quiete debet poſſidere vaſallus, licet intra annũ, ſe debeat repræſentare, & eſt no. hic, ꝙ poſſeſſori probatio incumbit, ſed intelligo, ꝙ aliud pro domino faciebat, vt ĩ. dicitur, ꝙ ſi teſtes ſe non interfuiſſe dixerint ꝙ ſacramento domini cauſa finitur. & intelligo ꝙ hoc ſacramentum ad cautelã domino detur, cum in probatione deficiet, qui probare tenetur, ſicut no. in C. de reb. cre. & iureiu. l. in bonę. & hoc conſonat ei, quod legitur, ut infra de conſue re. feu. c. ſacramentum.

[f] Sacramento. ſi habes non, tunc ſimiliter debes habere ſ. litera domini ſacramento, alioqui non.

[g] In clericorum. Hic colligitur, quòd ex perſonarum qualitate, & differentia licitum deprehenditur, quod aliàs non liceret, vt no. ĩ. de na. fe. circa prin. quòd autem dicitur hic da clericis, ſcilicet ꝙ feud. da. poſſunt, cognati tamen excipiũtur, quibus dare prohibentur, vt C de ſacroſan. eccle. l. iubemus, authen quibuſcunque. licet potius hodie agnatis, quam extraneis huiuſmodi beneficia à clericis concedentur, nec ſibi poſſunt acquirere dum adminiſtrãt, ff. de contrahen. emptio. l. non licet, & ff. proconſ. l. de offic. ſolent, §. vltimo. Item in iſto. §. notare licet, & notabitur in inferiore proxi. §. quod inopia probationum emergente licitum deprehenditur, quod aliàs eſſet illicitum, ut no. ſupra de conten. inter domi. & vaſall. de inueſt feu. circa princi.

Licitũ facit ex illicito pſonarũ qualitas & dĩa.

[h] Si quis. quidem in hoc c. habent gl. talem, vacat hoc c. propter inferius, ſi duo.

[i] Pares. hic no. duos teſtes ſufficere ad inueſtiturã probandam, & merito, quia ibi numerus teſtiũ non exigitur, duo ſufficiunt. pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt, vt ff. de teſti. l. vbi, vnde dominus in euang. in ore duorum vel trium teſtiũ ſtat omne verbum, & extra de teſta. relatum.

[k] Per alios. ecce quod plena notauimus, vel inopia probationum emergente.

[l] Duos teſtes. idoneos cũ pares abſunt, ut ſup. eod. ca. 1. & de hoc dic, ut ibi notauimus, quòd autem

veli iurare [a] cũ duodecim ſacramẽtalibus, illũ qui feudũ quærit, per ſe vel patrẽ eius, ſi de hoc quæratur, de ipſo feudo inueſtitum non fuiſſe, Quòd ſi iurare noluerit: actor iuret cũ duodecim ſacramẽtalibus ſe vel patrẽ ſuũ inueſtitum fuiſſe. Quòd ſi iurare [b] noluerit, qui cõuenitur, eſt abſoluendus. [c] Secundũ enim morem Mediolanẽſium hæc ſacramẽta præſtanda [d] ſunt tã à filijs actoris vel rei, quã ab ipſis principalibus pſonis. Si autem aliquis in poſſeſſione feudi ſit, de quo dñs dicit eũ inueſtitũ nõ fuiſſe: tũc ſine pbatione vlla teſtiũ debet ſolus [e] iurare ſe, vel patrẽ ſuum fuiſſe inueſtitũ. Hæc aũt ſunt ita tenenda, ſi per vnum annum ſciente [f] domino & non contradicente in poſeſſione feudi pmanſit: alioqui iuſta ignorãtia vel parui temporis negligẽtia cum ini quæ poſſeſſionis piurio quãdoq; domino in poſſeſſione damnũ afferat.

TITVLVS XXVII.

DE FEVDO DATO INVICẼ LEGIS COMMISSORIÆ REPROBANDO.

Feudum non poteſt cõſtitui ſub pacto legis cõmiſſoriæ, quia non prætextu pecuniæ, ſed amore domini dandum eſt. Bald.

SI quis obligauerit aliquam rem pignori eo pacto, [g] vt ſi ſtatuto tempore pecunia ſoluta non fuiſſet, res eſſet creditoris, & eã pro feudo habeat: pt debitor

---

de domo ideſt de curia intelligo, ne forte domeſticis teſtibus fides improberetur: vt C. de teſt. l. parentes & l. aduerſus, & l. etiam. quandoq; tamen & domeſtici admittuntur, vt C. de repu. l. conſenſu. §. ſi. & hoc eſt quòd dicit, niſi per duos pares. Acc.

a Iurare. ecce quod prope. not. inopia pbationum emergente. &c.

b Quod ſi iurare. Quid ergo ſi nec iurat, nec ſe velle iurare recuſat? Reſpon. intelligo, quòd iudex debet ſtatuere tempus intra quod iuret, ſi vult dominus: quo tranſacto in vaſallum transferatur electio: licet an tequem iuret, etiam die tranſacto poſſit adhuc iurare dominus: vt arg. ff. de le. i. l. cum res, & C. commu. de le. l. ſi duobus §. ſed ſi quis, & ff. de op. lega. l. mancipiorum.

c Abſoluendus. ſ. nimirum actore non probante, vel queſi probante abſoluitur reus, & ſi nihil præſtiterit, obtinere debet: vt C. de eden. l. qui accuſare: quaſi probante ideo dixi: quia iuſiurandum loco probationis cedit, imo quaſi probatio dicitur. C. de re. cre. l. actori. & ff de iureiu. l. non erit. §. dato. & l. ſed & ſi. §. ſi. & l. tutor.

[illegible] iuſiurandum quaſi probatio dicit.

d Præſtanda tam à filijs. & merito: quoniam perſona patris & filij vna eſſe intelligitur. C. de impub. & al. ſub. l. vl. & inſt. de inuti. ſtip. §. ei qui ino. & vnũ eſt ſacramentum teſtatoris & hæredis: vt in authẽ. de iureiu. à mo præſt. in prin. licet alibi dicat, quòd multum diſcrepet iuſiurand. hæreditarium à principali ſacramento. C. de re cre. & iureiu. l. generaliter. in prin.

e Debet ſolus. intelligo ſecũdum diſtinctionem quæ ſit. j. da conine re. feu. ca. ſacramentum.

f Scientie. hic innuit, q patientia ſine contradictione habeatur pro expreſſo [a] conſenſu. ſimile eſt qd dicitur de cohæredibus, qui præſentes paſſi ſunt vnum cohæredem totam hæreditatem vendere, & pretium acceperunt nam & ipſi videnť ſuas partes vẽdidiſſe: vt ff. de euict. l. quidam, idẽ quoq; dicitur de liberto qui paſſus eſt dominum rem vendere cũ pro ipſa parte pretium ſoluiſſet. ff. man. l. ſi vero. §. inde Papinianus. nem pater videtur approbaſſe matrimoniũ filij ſui, cum ipſum contrahentem nõ prohibuit ſciẽs: vt C. de nup. l. ſi vt proponis. idem dicas de contractu filij: vt ff. ad ma. l. ſi filius. ſed vt magiſter nauis vẽ illum naui præpoſuiſſe, quem miniſterio fungi voluit, nec cõtradixit, vt ff. de exerci. l. i. §. magiſter idẽ quoq; de eo dicitur, q miſit ſtillicidium ſuũ in alienis ædibus ſciente eo & non contradicente: cũ emeret ad hoc: vt ff. ſi ſerui. vendi. l. ſi à re. ſed & ſi paſſus fuero te in meo ſepulchro ædificare. & me ſciẽte mortuum tuum intuleris: alium poſtea te inferente prohibere non potero: vt ff. de mor. inſe. l. ſi proprius. §. ſi. nam & ſi ego dominus horreorũ propoſitũ habeo aurum & argentum, & margaritas meo nomine & periculo non recipere, & me ſciente has res in horreis induxeris: videor à propoſito receſſiſſe, vt ff. loca. & condu. l. eam in plures §. locator. ſed & licet in inſtrumento non contineatur, poſſeſſionem fuiſſe traditam: ſi tamen domino ſciente in emptor poſſediſti diutius, eam tradidiſſe intelligitur. C. de acqui. poſ. l. i. & 2. nam ſi dominus ſciat ſeruum ſuum militare vel aliquam dignitatem habere, & ipſam non reuocet: videtur conſentire, & ingenuus efficitur. C. qui mil non poſ. l. penul. & vlt. item ſi non contradixerit ſeruum ordinari clericum, cum ſciebat: vt in authen. da ſan. apiſco. §. ſi ſeruus, colla. ix. hic ergo ſcientia ſine patientia ſine contradictione pro conſenſu accipitur: ſed intelligo ſicut expoſitum eſt. ſ. qui. mod. fed. amit. §. præterea.

[a] Vide tamen hic loco qd tradit Bar. in l. qui do. ff. ſol. ma. in le. quo anim. rẽ mat. hab. & adde quæ not. in ca. nõna. per canoniſt. de pſum. & Di. in regu. iur. qui tacet. lib. 6.

Patientia pro obſenſu habetur.

DE FEVDO dato &c.

g Si quis. Pacto. hoc. §. dicitur expreſſe, quòd non poteſt feudum acquiri ſecũdum pactum. i. commiſſoriæ occaſione pigneris & eſt ratio: quia in pignoribus omnibus reprobata eſt lex com. C. de pa. pi. & de le. com. l. i. & 2. Sed quid erit de tali pacto: puta vendo tibi domum pro centũ aureis: & niſi ſolueris integrum pretiũ, retinebo poſtea in feudum, & ſoluis medietatẽ plus minusve: quid iuris erit? nunquid licitum eſt pactum? Reſpon. videtur q hoc pactum ſit licitum, quia in traditionibus rerũ ſuarum quodcunq; pactum apponatur, valere debet ff. de pact. l. in traditionibus, nam & ſi non expediat domino talem vaſ habere, tamen poteſt pactũ valere ff. de ſerui. l. ei fundo. maxime cũ iſtud pactũ nullam contineat turpitudinem, idcirco videtur valere. Sed contra eſt, quod ſequitur ſtatim, ſcilicet, feudũ enim non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini acquiritur: vt no. ſ. poteſt ergo diſtingui, vtrũ voluerit dominus totam domũ pro feudo teneri: an pro ea tãtum parte pro qua pretiũ nõ eſt ſolutum: vt in primo caſu non valeat: ſecundo teneat p parte illa: licet hodie ſub pretextu pecuniæ multa feuda acquirantur. Sed quid erit ſi debitor cũ ſuo fideiuſſore pactum fecerit, q niſi ſolueris creditori ſuo & niſi eam liberauerit vſq; ad certum tempus: & ſi fideiuſſor ſoluerit pro eo poſtea, q habeat ipſum pignus pro feudo: nunquid valet pactum? Et videtur [a] quòd ſic. ff. de contrahen. emptio l. ſi. licet prima ratio videatur refragari.

[a] Tu dicito, qd licet exemplo teneat vt l. ſi. hic alleg. feudum tamen nõ cõſtituitur vt hic.

Quando

quandocunq; a pecuniã ſoluendo, pacto non obſtante b pignus recuperare. Feudum.n. non ſub prętextu pecunię, ſed amore & honore domini acquirendum eſt.

SI quis inueſtierit aliquẽ de feudo ſui militis: viri Placentini prorſus aſſerunt hanc inueſtituram non aliter valere, niſi eo conſentiente, c cuius erat feudum. Mediolanenſes, & Cremonenſes nihil diſtare aſſeuerant, verũ eo ſciẽte vel ignorãte: dũmodo eo viuẽte nullum detrimentũ de feudo ſuo ſibi contingat. Hoc aũt dicendũ eſt de eo milite q feudi ſucceſſores d non habet.

TITVLVS XXVIII.

DE VSV MEDIOLANENſIUM ſECUNDŨ QUOſDAM.

Filio militis dicenti patrem inueſtitum de pignore, & xxx ann. nomine feudi poſſediſſe, defertur iuſiurandum, vt iuraret cum duodecim ſacramentalibus forma hic tradita: ſed eo nolente iurare defertur filio domini, qui ſi iurare recuſet, cogitur filiũ militis inueſtire. h. d. Iac. de Bel.

QVidam obligauerat e terram quãdã ſuo militi: deinde cũ filius ſui domini longũ poſt tempus f pecuniã offerendo pignus liberare voluiſſet, filius militis contendebat patrem ſuum à domino ſuo defuncto de prędicto pignore inueſtitionẽ feudi accepiſſe: vnde viri prudẽtes Mediolanenſes interrogati laudauerũt, in electione filij militis eſſe cũ duodecim ſacramentalibus iurare patrem ſuũ, g vel ſe à domino ſuo per inueſtituram prædictam terram tenuiſſe: † ita, vt per xxx. annos h conteſtatio pignoris à parte domini aduerſus ipſum, vel patrem ſuum facta non fuiſſet. Si autẽ ipſe iurare noluerit, filius defuncti dñi neceſſe habet iurare cũ duodecim ſacramentalibus defunctum militẽ inde p feudum inueſtitum nõ fuiſſe. Quòd ſi ita iurare recuſet: inueſtire ipſum filium militis domini filius de iam dicta terra p feudum debet.

Finitur Liber Primus.

a Quandocunq; &c. iſtud quandocunq;, ſic intelligo.i. niſi creditor aliquo iure velit ſe tueri: puta præſcriptionẽ xxx. ann allegando: quod quidem facere põt ſecundum quoſdam, maxime poſt interuerſam poſſeſſionẽ, vt no. C. de pi. act. l. nec creditores: vel & ſi ius dominij impetrauit, & poſt biennium ſoluere voluerit debitor: tunc nõ cogitur ſolutionẽ recipere creditor, vt C. de iu. do. im l. vlt. in med. l. ſed ſi receptas pecuniã, pignus reſtituere cogitur, vt C. de iu. do. imp. l. 2.

b Non obſtãte. hoc vetum eſt, ſi conuentio inter dominum & vaſal. eſt: alioqui ſi inter extraneos, valet pactũ: vt in Lõbar. de deb. & guar. l. ſi quis fideiuſſorẽ.

c SI quis. Conſentiente. intelligo iſtud ſm Py. cum de futura ſucceſſione tractatur: quia 3 bonos mores tale pactum factum improbatur, & ideo eſt inualidũ: vt C. de pactis. l. ſi. & C de inut. ſtip. l. ex eo, vnde nõ ob. mulieri, quę nullũ regreſſum ad bona paterna ſe habitura pacta fuit. C. de coll. l. 3. vel etiam ſi de futura ſucceſſione nõ tractatur, ſed ſi ignarus forte vaſallus de alieno feudo inueſtituram accepit: vel eiũ ſciens & nominatim de euictione cautionem habuerit vel acceperit, cur non valeat, nõ video: nimirum qñ vendere rẽ alienam poſſe nulla eſt dubitatio. ff. de contrah. emp. l. rem alienã. Vel intelligitur quo ad pręiudicium vaſalli, ſicut Mediola. faciunt, vt not. & j. ſi de feu. defun. contro. fu. cap. motibus. & inf. de inue. rei al. c. cum de re alie. hæc ita dicta ſunt ſecundũ Py. ſed ſecundũ Medio. non. nam quod ipſi dicũt. dummodo de feudo viuente illo nullum detrimentum patiatur: iſtud conſonat legibus. ſ. no. & eſt arg. ff. de ſer. ruſt. præ. l. per quem, & ff. de aque plu. arc. l. in concedendo, licet videatur argu. contra ff de aqua quo. & æſti. l. Lucio.

Sed huic Bald. non ad ſtipulatur.

d Succeſſores. Sed cur in eo qui habet ſucceſſores, idem iuris non eſt: cum nullum præiudicium ipſi hæredibusve ſuis fieri debeat? Reſpon. huic ſtudioſus reſpon. Non omnium quæ à maioribus tradita ſunt, ratio reddi poteſt. ff. de legibus, & conſtitu. l. non omnium.

e Videtur obligauerat. forte hoc ca. pauci habent: qui autem habent, tale conſueuerunt habere, de vſu Mediol. quo non vtimur.

f Longum tempus. hic habetur, quod ſupra proxi. not. eſt ca. ſi quis obligauerit. ſ. quia ius offerendi non tollitur longo tempore, vt C. de pi. act. l. nec creditores.

g Suum poſt iſta verba ſecundum quædam exemplaria in tex habentur hęc adiecta, à dño ſuo poſt inueſtituram prędictã defuncto: poſtea continuantur ſubſequen. ſ. per inueſtituram prædictam, & cętera quæ ſequuntur.

h Per triginta ann. Hic no. præſcri. xxx. ann. l feudo locũ habere, vnde ſi aliquis per xxx. an. feudum poſſedit, & ſeruitiũ domino exhibuerit: quamuis de ea re nũquam inueſtitus fuerit, tamen præſcriptionem acquiſiuit, ita quod ſe tueri poterit: vt j. ſi de feu. con. fue. c. ſi quis per xxx. ann. Quid ergo ſi à poſſeſſionem ceciderit iſte qui præſcriptione ſe tueri poteſt, nunquid vendicare poterit? Reſ. vtique adhibita diſtinctione, quę fit in C. de præſcript. xxx. vel xl. ann. l. ſi quis emptionis. &c. ſed quod dicitur. j. eod. videtur mirũ quòd filius iurare debet poſt inueſtiturã patrem ſuum mortuũ fuiſſe & ſe per feudum quoque rem tenuiſſe: ita vt per 30. ann. conteſtatio pignoris facta non ſit: ſed domino defertur de incerto, ſcilicet defunctum militem per feudum inueſtitum non fuiſſe. Sed cur non ſufficit ipſum probare conteſtationem pignoris factam: vbi tantum alter p̃ſcriptione feudi ſe tuetur? Reſpon. hoc non negatur hic: ſed hic filius volebat ſe tueri dicens patrem ſuum inueſtitum. Vnde puto quòd ſi tantum præſcriptionem feudi alleget filius defuncti: quòd filius domini non aliud teneatur probare, niſi patrem ſuum pignoraſſe, & conteſtationem factã fuiſſe ante ſpatium triginta annorum, eſt enim legitima interruptio, ſi per executorem conſecuta ſit conuentio, vt C. de præſcriptione triginta annorum l. ſicut, argumentum ad hoc. C. de pigno. actio. l. neque.

† Eguinã Baro legit, aut per triginta &c.

INCIPIT LIBER Secundus.

TITVLVS I. DE FEVDI COgnitione. [a]

Cauſæ generaliter aut deciduntur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut conſuetudine, ſed cauſæ feudales deciduntur cōſuetudine, quæ vincit legem in hac parte licet contrarium dici ſoleat: conſuetudine autem deficiente decidi poſſunt etiam lege ſcripta. Bald.

Obertus de Orto, Anſelmo filio ſuo dilecto ſalutem. Cauſarū, quartum cognitio frequēter nobis committiť, aliæ dirimuntur iure Romano, aliæ verò legibus Longobardorū, aliȩ autē ſm regni cōſuetudinē, q̄ quāquā ſint variæ, & quamquam ſecundum diuerſorum locorum, aut curiarū mores ſint diuerſȩ, nec breuiter poſſint dici, nec hoc libello facile cōprehendi: vſum tñ feudi, qui in noſtris partibus obtinet, prout poſſibile eſt, exponere tibi neceſſariū duxi. In iudicio etenim quod de feudis agitur, illud legibus noſtris contrarium dici ſolet. Legū autem Romanarum non eſt vilis authoritas, ſed non adeò vim ſuam extendunt, [b] vt vſum vincant, aut mores. Strenuus autem legiſperitus ſicubi caſus emerſerit, qui cō ſuetudine feudi nō ſit cōprehenſus, [c] abſque calūnia vti poterit lege ſcripta. Sciendum eſt autem feudum ſiue beneficium, non niſi in rebus ſoli aut ſolo cohærentibus, [d] aut in ijs, quæ inter immobiliā [e] connumerantur (veluti cū de camera, aut de cauena [f] feudum datur) poſſe conſiſtere: ac feudū neminem poſſe acquirere, niſi inueſtitura, [g] aut ſucceſſione. [h]

TITVLVS II. QVID SIT INueſtitura. [i]

Inueſtitura alia propria, vt poſſeſſio: alia abuſiua, vt quādo haſta, vel aliud corporeum porrigitur vaſallo à domino pro inueſtitura. Bal.

Inueſtitura quidem propriè dicitur poſſeſſio: abuſiuo autē modo dicitur inueſtitura, quando haſta, vel aliud corporeum quidlibet porrigitur à domino feudiſe inueſtiturā facere dicente: quæ ſi quidē ab illo fiat, qui alios habet vaſallos: [k] ſaltē corā duo

a DE FEVDI COGNITIONE. Quidam non habent de feudi cognitione.

b Obertus de orto. Vim ſuam extendunt. ac ſi aperte dicat, conſuetudo in feudis vincit leges, licet cōtra dicatur. C. q̄ ſit lon. con ſue. le. conſuetudinis, ſed hoc itelligo de ęqua non de iniqua conſuetudine, ibi nimirum male inuenta, & malæ conſuetudines non confirmantur etiam longo tempore, vt in authen. vt nul. iudi. §. nulli vero, collat. 9. & in decre. diſt 8. ca. male conſuetudo, & c. conſuetudo.

Conſuetudo in feudis leges vincit.

c Comprehenſus. ac ſi aperte dicat: argumentis non eſt credendum, niſi in conſuetudinib. feudi, licet in legibus reperiatur contra ff de re mil. l. non omnes §. à barbaris. Sed nunquid de ſimilibus ad ſimilie eſt procedendum? & vtique vt opinor, vt in legibus, ff. de leg. & conſtitu. l. non poſſunt. Quid eſt ergo quod dictum eſt in feudo, quòd argumentis non eſt credendum? Reſpon. intelligas: quando ſimile non apparet, & lex quid fieri debeat, indicat, nam tunc ſequenda eſt. l. & arg. ſuperflua non conceduntur. ergo hic primo conſideratur conſuetudo: ſecundo ſimilia. vel lex. Nam lex conſuetudini nō poteſt obuiare quod eſt intelligendum, vt ſupra. ſimile legitur in decretis, nam nec decretis poſſunt obuiare leges. vt in decre x diſt lege.

Decretis leges obuiare nō poſſunt.

d Cohærentibus. veluti in rebus immobilibus, & quod ſequitur, aut ſolo cohærentibus, vt puta in fructibus qui pendent in fundo, qui vt pote fundi pars, ipſi fundo cohærere dicunt: nam fructus pendentes fundi pars eſſe videntur, vt vt ff. de rei ven. l. fructus.

Debitorū nomine inter immobilia numerantur.

e Immobilia. vt ſunt panes ciuiles, vt C. de iure do. l. fin. §. præterea. Sed nūquid debitorum nomina inter immobilia computantur? Reſpond. hoc ab antiquo quæſitum eſt, & alibi ſatis diſputatum, & ideo omittimus.

f De cauena. melius dixiſſet iudicio meo veluti fe. &c. vt ſic intelligatur, q̇ nō ſit expoſitiuū illius verbi, aut in his quæ inter immobilia cōputātur, & ſic feudum cameræ aut cauenæ cōputabimus in rebus immobilibus, vel etiam ſolo cohærentibus, vt ff. vnde vi. l. 1. §. 5. Acc.

g Niſi inueſtitura. intelligo etiā eo, quod habetur ꝑ inueſtitura, vt puta cum iuſſerit dominus aliquem ire in poſſeſſionem, licet enim poſſeſſionem non tradiderit, pro eodem tamen habetur, vt ꝟ. de conſue. re. feud. c. ſciendum. licet illud feudum ad hæredes non tranſeat. vt ꝟ. quib. mod. feu. po. conſti. c. ſciēdum, & ideo ſimile eſt huic. quod dicitur actore non probante, reus, & ſi nil præſtiterit, obtinebit, vt gloſſator. C. de eden. l. qui accuſare. nam licet hic deficiat inueſtitura, ſufficit tamen quaſi inueſtitura: ſicut & ibi licet deficiet probatio: ſufficit tamen quaſi probatio: quia intelligitur iuſiurandum delatum & præſtitum: ſuccedit enim loco probationis iuſiurandum, & quaſi probatio appellatur, ff. de iureiur. l. non erit. §. dato, & l. ſed & ſi §. an. & l. ſi tutor. Acc.

Iuſiurandum loco probationis ſuccedit.

h Aut ſucceſſione, illud poteſt habere locum in cohæredibus, ſed non in filio, cum patri ſuccedat: nimirum quia etiam viuente patre dominus intelligitur, vt inſt. de hære. qua. & diff. §. ſui. & alibi dicit, quod pene ad ꝓpria bona venire intelligit. vt ff. de ſucc. edi. l. 2 § largius, vnde nihil ei deeſt præter adminiſtrationē, vt ff. de lib. & poſth. l. in ſuis. Ex his ergo colligitur. quòd filii non acquirunt patri ſuccedendo, ſed acquiſitum capiunt. Acc.

i QVID SIT INVESTITVRA. Quidam non habent hic titu. & malè.

k Inueſtitura. Vaſallus. circa hūc articulū teiis eſt facienda diſtinctio: aut agit de noua inueſtitura, aut de veteri: aut dñs habet pares, aut non. Item aut va. poteſt probare per breue teſtatū: aut non aliās

bus ex illis ſolenniter fieri debet, alioq licet alij interſint teſtes: inueſtitura minimè valeat. Si.n.domino adhuc in poſſeſſione conſtituto, an facta ſit inueſtitura, quæratur: nõ debet probare, niſi per pares curtis illius dom', vel per publicum inſtrumentum à tribus vel à duobus paribus confirmatum. Nam ſi inſtr̃m defecerit, vel quia factũ non fuerit, vel quia amiſſum ſit: tunc qui probare deſiderat, pares curiæ illius qui interfuerint, offerat: qui ſi denegauerint, fortè corrupti odio, vel gratia, ſeu p̃tio, & dicant ſe non interfuiſſe, cũ inueſtitura facta fuerat, vel non reminiſci: tunc dño cogente [a] iurent tactis ſacroſanctis ſcripturis, ꝙ huius rei veritatẽ neſciant: & tunc actor aut alios p̃ducat pares, aut iuriſiurãdi dño def. electio vt proinde iuret inueſtiturã factam nõ eſſe, aut ſacramẽtũ vaſallo referat, & ille aut iuret aut acquieſcat. Quòd ſi iurate pares aliqua ex cauſa recuſauerint, nec dñs eos iurare cõpellat: [b] liceat vaſallo & p extraneos p̃bare inueſtiturã. Teſtib. verò deficientibus, iuriſiurãdi electio domino def.

Vaſallo poſſidente feudum cauena non opus eſt probatione: ſed aut iuret, aut deferat. ſi de inueſtitura inter ſe & dominũ lis orta fuerit. Bald.

Si verò vaſallus quidẽ poſſideat, [c] vel ſi feudum [d] cameræ aut cauenæ in duabus ſeu tribus acceptionib. quietis quaſi poſſideat: dñs autẽ feudum negans eſſe, rem ſuam petat: vel quod de camera, vel de cauena bis vel ter (ſicut diximus) iã ſolutũ eſt, deinceps ſoluere renuat: tunc non eſt

ſtiganda relinquo. Iſtud ergo valde notandum eſt [1] quod ſicut priuatur vaſallus feudo propter hãc culpam, ita quoque debet priuari dominus proprietate propter eandem culpam: vt ĩ. qualiter dominus ꝓprie. priue. cap. ex facto. Si ergo dominus noluerit iuſtitiam facere vaſallo, proprietate priuabitur. vnde hic expeditum eſt quod not. ſupra tit. quid ſit inueſtitura. §. ſi enim domino, ſuper verbo illo, eos iurare compellat &c. Acc.

[1] Idem Baldus & Præpo.

a Feudum perdet. ideſt, perdere poteſt, vel debet. vel eo ſpoliandus eſt.

b Recuſauerit. ſimile eſt quod de conductore dicitur. nam pactum factum à locatore conductori, ita demum obſeruatur, ſi quod promiſit obſeruet, ideſt ſi penſionem ſoluit, quamuis in promiſſione de colono vel conductore de domo repellendo non fuerit adiectum: vt ff. loca. & conduc. le. quæro. §. inter. nam donatarius qui legi dictæ non paruit, dominum à ſe vendicari ſaltem vtiliter cognoſcit, vt ff. de condi. ob cau. l. 2. ſed in l. ſecunda diligẽtius quæ poſſunt hic opponi. no. & habes in C. de dona. quæ ſub modo l. ſi doceas. Acc.

dum quod tenebat, perdet [a], ſicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo.

Sed non eſt alia iuſtior cauſa beneficij auferẽdi quam ſi id, propter quod beneficium datũ fuerit, hoc ſeruitium facere recuſauerit: [b] quia beneficium amittit. Aliud eſt ſi fortè ideo non ſeruierit, quia nõ potuerit: tunc enim feudum nõ amittit. Itẽ ſi delator domini ſui extiterit, & per ſuam delationẽ graue diſpendiũ eum ſuſtinere fecerit. vel ſi cognouerit dominum incluſum: & eũ, cùm potuerit, non liberauit: feudum perdit. [c]

Prædictis modis beneficiũ debere amitti, tam naturalis, quàm ciuilis ratio ſuadet: quæ poteſt colligi, ſi quis nouam cõſtitutionem iuſtas exhæredationis cauſas enumerantem, & alias conſtitutiones veteres iuſtas ingratitudinis, & repudij cauſas, quibus matrimonia rectè contracta ſoluũtur, & donationes iure perfectæ reuocantur, ſubtiliter ſeruatus fuerit.

Sed quia natura † nouas deproperat edere formas: poteſt multis modis contingere, vt aliæ emergant cauſæ quibus videatur iuſtè adimi poſſe feudum. ideoq; iudex ſolers & diſcretus, & æquitati obſecundare ſolicitus, cuncta ſubtiliter diſpenſans, prouideat, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis ſeu maior, vt proinde ſciat, vtrum beneficiũ ſit amittendum, an nihilominus retinendum.

Illud enim eſt certum

[2] Iſtũ intellectum gl. ſequũtur Bald. Alu. Præpoſ.

c Perdit. alias amittit, aliàs indignationem domini non euitabit. i. feu. priuari poteſt, ſicut hæres hæreditate, & patronus bonorum poſſeſſione contra tabu. liberti, vt in auth. vt cum de appel. cog. §. cauſas, & ff. de bo. libe. l. qui cum. Idem intelligo [3] ſi pro delatore fideiuſſit, vel ipſum ſubmiſerit, vel etiam ſuo teſtimonio delatorem adiuuit, vt ff. prædi. titul. l. q. cum. §. t. & de ijs qui. vt indi. l. poſt legatum. §. qui accuſauerit. Sed licet dominũ [4] vaſallus accuſauit pro principe vel repu. non tamen feudo priuabit: quia nec filius exhæredatur, vt in authen. eod. tit. & eo. §. in prin. Item licet accuſauerit, non tamen criminaliter accuſatur, vt ff. de bo. liber. l. qui cũ. in §. 2. excuſatur etiam vaſallus, ſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur, vt ff. eo. l. qui cum. §. ſi patris mortem. ſed & ſi crimen quod intẽdit [4] probauerit, excuſationem meretur, vt ff. de iniu. l. eum qui nocentem, & ff. de bo. lib. l. qui cum. §. vlt. ſed & ſi leuis cauſa delator vel accuſator extiterit, de qua ſine pœna poterat dominum accuſare, licet iudex pœnam exacerbauerit, nihilominus feudũ retinebit vaſal. quoniam iniuria iudicis non debebit vaſallo nocere, vt ff. de euictio. l. ſi per imprudentiam. & de bo. lib. l. qui cum. §. t. ſed ſi ſe defendendo vel vlciſcendo fecerit, excuſatur: vt ff. eod. tit. & ea. l. 2. Quod autem dictum eſt de eo qui teſtimoniũ dicit in cauſa patroni vel domini, intelligitur quando nõ coactus id fecit: alias enim ſi vigente neceſſitate id fecerit. excuſandus erit. vt no. ff. ſi quis cau. l. 2. §. 1. & ar. ff. de ijs quib. vt indig. l. poſt legatũ. §. an libertas. Quid ergo ſi aduocatus contra dominũ ſuum extiterit? Reſpo. & vtiq; ob hoc feudo priuabitur, vt ff. de inoffi. te. l. vlt. Vt igitur nulla ſit hæſitatio diſtinguas, vt ĩ. ſcilicet, quia aut præſtat aduocationẽ [5] coactus, aut voluntarie in primo caſu excuſatur, vt inſti. de inoffi. teſt. § an tepenul. & ff. de bo. libe. l. qui cum. §. penulti. ſecundo non, vt ff. de inoffic. teſta. l. vlt. Quod autem ad uocati cogantur, legitur C. de poſtul. l. prouidendum, & ff. de officio. procon. l. nec quicquam. §. obſeruare. & ff. de poſtul. 1. §. ait prætor. Quid ergo, ſi vaſallus iuſta pœnitentia ductus ante ſententiam deſiſtere voluerit, nũ quid poterit feudo priuari vaſallus? Et vtique, [6] vt opinor, ſi perfecit delictum, ideſt, ſi dominum reum detulit: & ideo deſtitit: quia probare non potuit ff. quod quiſque iur. l. tertia, in prine. & de calumnia. l. & generaliter. & de poſtula. l. 1. §. & qui operas. alioqui ſecus eſt, ne iuſtæ pœnitudinis humanitas amputet, vt ff. de in ius vocan. l. quãuis & C. de appel. l. ſi quis. ff. ad le. Corne. de fal. l. q. falſam, & de bo. lib. l. q. cũ § accuſare. & not. in ff. quod quiſque iur. l. 3. Sed quid erit, ſi vaſallus in cauſa dñi contra dominũ pronunciauit, à cuius ſententia appellauerit dominus & obtinuerit: nũqd feudo priuabit? Reſpon. videtur quod ſic [7] vt ff. de iis, quibus, vt indig. l. poſt legatum § qui accuſauerit, hoc intelligo in eo caſu, quando in cauſa appellationis nihil additum fuit: maxime ſi bene iudicatum fuit à iudice appellationis. ſed adhuc excuſatur vaſallus, ſi cauſa venerandæ Reipubli. iniuriarum agat: ſed conuicij incertæ perſonæ facti nulla eſt executio, vt ff. de iniu. le. item apud. §. cui. ſi tamen curauerit facere conuitium, & factum non eſt, non tenetur, vt ff. eod. titu. & ead. le. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. & ff quod quiſque iur. l. 1. in fine. intelligo, quãdo ſua voluntate deſiſtit, & nõ per impoſſibilitatem, vt notatum eſt ſupra q b. mod. feu. amit. in princip. & not. in diſt. Py. cum quis habeat voluntatem delinquendi & c. item adhuc excuſatur [8] vaſallus, ſi gratia ſui iuris conſeruãdi in aliquam prædictarum cauſarum inducatur, vt ar. ff. de bo. libe. l. ſi quis. & ff. de iureiur. l. ſi quis, nam & ſi iuſta ignorantia ductus in ſeruitutem dominum petierit, & obtinuerit, & poſtea veritate reuelata liber apparuerit, & ita pro libero dimittatur: ab ipſo tamen nihilominus in feudum retinebit, vt ff. de bon. liber. le. in ſeruitutem. §. ſi petierit. adhuc ingratitudinem [9] egregiam vaſallus committit, ſi domini ſui vxorem adulterandam conatus fuerit tradere: quia pp hoc vxor à marito diuertit: vt C.

[3] Iſtã limitationem cum ſequẽti ſequuntur ſcribẽtes hic.

[4] No. hãc limitationẽ, quia mirabilis ẽ & ſing. ſecũdùm Præpo.

[5] Idem Aluar. & Præpo. Aduocatus ꝯtra dominum cũ agens an feudo priuetur.

† Cõcor. cum hoc tex. l. pœnuit clemen. poſt prin. ibi. quia nul. in &c.

[6] Iſtã doctrinã gl. ſequũtur Aluar. & Præpo.

[7] Tu dic alleet, ꝙ ſi vaſallus perperam & malo animo iudicat, priuatur: ſi vero per imperitiam condẽnat ponitur ſi non cõſulit peritiores, aliàs poſſit. Andr. Baldus, & Præpo.

[8] Iſtam partem & præcedentẽ ſequuntur Alua. & Præpo.

[9] Hoc verum ſi viceverſa colloquium ꝑnẽtum eſt ad aliquẽ actum inhoneſtũ ſecundùm An. Alua. & Præpo.

vt C. de repu. euth. ſed nouo iure.

a Ex omni cauſa. ſicut non ſufficit ois occaſio ad feudum amittendum, per quam fideiis accepti beneficij igratus videatur, vt uo. ſ. eod. circa prin.

b Retinet. ſ. illud qđ non alienauit: q̄m aliud qđ alienauit, amittit, j. de vaſall. qui ꝯ conſti. Loth. ſi autem totum alienaret, totū emitteret. & quia dominū contemnere videtur, ad eum redibit, vt ſ. e. §. proxi. in ſi.

Ingratitudine amittit qs feudū: & redit in ſeruitutem.

c Ratione. ideſt naturali æquitate, vel dicas ratione. ſ. iure Romano, ſicut dicitur de donatario, q propter ingratitudinem amittit donationem, & à donatore reuocet, vt C. de reuoca. donat. l. t. ſicut etiam dicitur de liberto, qui propter ingratitudinem reuocatur à domino in ſeruitutem. vt C. de lib. & eorum lib. l. 2.

d Ad proximos. Intellexerunt quidam ſcilicet quando feudum non erat paternum, quod non puto verum. quare enim diſtingueret, verum in dominum peccauerit, vel in alium? Item nulla eſſet dubitatio ſi paternum non eſſet, quia ad dominū deberet redire: niſi forte velles intelligere quod hic dicitur proximos, ideſt, deſcendentes, ſcilicet vt illi ſoli excludātur, vt videtur dici, imo dicitur, j. ſi vaſ. feu. pri. cui deferatur, c. vaſ. & ita habes hic, ꝙ delictum alterius alteri nocet. ſic j. p dict. tit. & cap. quod contingit pp enormitatem criminis, ſicut & alias, vt C. ad leg. Iul. maieſta. l. quiſquis, & de bon. proſcrip. l. penult. & ff. de rit. nupt. l. Iul. alias non debet alterius delictum alteri

Iſta eſt vera & cōmunis ſecundum Alua.

quòd non ex omni cauſa a ex qua opinio vaſalli grauat beneficiū amittitur. Nam & ſæpe deierat, & beneficium nihilominus retinet: vt puta q beneficij portione alienat abſq; dn̄i ſcientia, beneficiū quidem retinet, b ſed fidem promiſſam ſeruare non videtur.

Vbicunq; dominus principaliter offenditur per reatū vaſalli, ibi ad dominum feudum reuertitur: vt hāc habeat ſaltē ſuæ iniuriæ vltionē. Bal.

Deniq; ſæpe quæſitū eſt, vaſallo pp iuſtam culpā à feudo cadente vtrū ad dn̄m, an ad ſucceſſorem vaſalli beneficium pertineat? ſed hæc diſtinctio tam ratione, c quā moribus cōprobata eſt, vt ſi quidem vaſallus ita in dominum peccauerit, vt feudū amittere debeat: nō ad proximos, d ſed ad dn̄m beneficium reuertatur: vt hanc ſaltem habeat ſuæ iniuriæ vltionē. e Si verò non in dominū, ſed alias grauiter deliquerit, vel graue qd commiſerit, ſicut ille, q fratrē ſuum f interfecit: vel aliud graue crimen (quod parricidij appellatione continet) cōmiſerit, feudum amittit: & non ad dominum, ſed ad proximos g pertinet: ſi tn̄ beneficium fuerit paternum, ſic enim ſæpe pronunciatum ſcio. Si vaſallus ꝯ conſtitutionem bonæ memoriæ Lotharij imperatoris beneficium alienauerit: quia dominum contemnere videtur, ad dominū beneficiū pertineat, ſcriptū h eſt enim, vt pretio ſe cariturum agnoſcat. i

TITVLVS XXV.

SI DE FEVDO vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

Dominus vaſallo cum extraneo litem habenti de feudo, de euictione tenetur, ſi monitus eum nō defenderit. Bald.

NEgotium tale eſt: Quidā vaſallus à domino tenebat feudum de quo ab aliquo interpellatus fuit: & ſic vaſallus dominum vocauit, vt eum defenderet, domino renuente ad iudicem venire, vaſallus amiſit cauſam per ſententiam. nunc vero vaſallus cambium feudi à domino petit: ad quem dominus reſpondens ait, illum nunquam ab eo feudum tenuiſſe, nec ab eo inueſtituram accepiſſe, contra quē vaſallus dicit ſe hoc feudū ab eo tenuiſſe, & inueſtituram recepiſſe, & ab eo petiuiſſe, vt eum in iudicio defenderet, nec tunc temporis inficiabatur illius eſſe: quod idoneis totum teſtibus probat vaſallus. Reſpond. Super negotio iſto, quod literis inſinuaſti nobis, tale eſt ſapientum noſtræ ciuitatis conſilium, videlicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagiſti: vt ſi vaſallus cum de feudo interpellabatur, auctorem ſuum, ideſt, dominū, vt eū defenderet, vocauit k & hoc probare poſſit: ſi in eo iudicio vaſallus l fuerit victus de re aliena inueſtitum fuiſſe: vt dominus vaſallus eiuſdem

nocere. i vt not. in prædict. tit. ſi vaſall. feud. pri. cui deferatur.

a Vltionem. ſicut & alias dicitur, quod virgo Deo dicata habet ſolatium de rebus raptoris, qui eā rapuit, vt C. de epiſ. & cleri. l. raptores. ſicut etiam redditur dos patri loco ſolatij filiæ in matrimonio defunctæ, ne dānum pecuniæ ſentiat & filiæ amiſſæ, vt ff. de iure do. l. iure ſuccurſum eſt.

f Qui fratrem ſuū. Intelligas etiam ſi tradendo interfecit vt totam habeat hæreditatem. nam & licet in curia amplius ſtare non poſſit, ad dominum non reuertitur, vt j. tit. an ille qui interfecit fratrē domini ſui, feudum amittat, cap. ſi quis interfecerit. Quòd autē dicitur in fine: ſi contra cōſtitutionē bonæ memoriæ &c. determinabitur. j. de vaſall. qui contra conſtitu. Loth. feu. amit. c. 1.

g Ad proximos. & non ad filium vaſalli, vt j. ſi. vaſ. feud. pri. cui. defer. c. 1.

h Scriptum. totum, ſi totum alienauerit: ſi autem tantum partem alienauerit, tunc illa tn̄ redibit ad dominum.

i Agnoſcat. vt j. de prohi. feu. alienati. per Lotharium l. t. circa ſi.

i De hoc vide per Dy. in cap. nō debet, eā de re. iur. lib. 6. Item vide hic 18. cōcluſiones quas ponit hic d. Alua. ſup intellectū iſtius gl. & lepide dictæ concluſio. in 4. co. poſt medium, i verb. quo pro intellectu iſtius gl.

SI DE FEVDO vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit &c.

k NEgotiū. Vocauit. cæterum ſi non vocauit, vt eum defenderet, nullum regreſſum habet. i vt ff. de euic. l. ſi fundo. §. vlti.

l Vaſallus. quod di-

Hoc verum niſi ipſa denūciatio fuiſſet remiſſa per pactū: vt le. Herēnius. ff. de euic. ſecūdum Aluarū.

æſtimationis, quod erat tempore rei iudicatæ feudum reſtituat, vel nummos in feudũ dandos a numeret, & hoc cum certum eſt vaſallum de feudo victũ fore. Sed ſi dominus neget hoc feudũ nunquã ab eo tenuiſſe, nec ab eo domino ipſum vaſallũ, vel eius anteceſſores vnquã inueſtiturã accepiſſe, & hoc vel per inſtrumentũ publice confectũ: b vel per pares c curtis vaſallus poterit ꝓbare, dominus ad reſtitutionẽ feudi tenebitur: alioqui dñs ſacramentum ſubire cogetur, d iſtũ, qui eſt in cauſa, vel eius anteceſſores à ſe, vel à ſuis anteceſſoribus nunquã hoc feudũ tenuiſſe, vel iueſtiturã accepiſſe, quo facto dñs abſoluendus erit.

TITVLVS XXVI.

SI DE FEVDO DEfuncti contentio ſit inter dñm & agnatos vaſalli.

Si contentio eſt inter dominũ & agnatos defuncti, agnati interim ante litem finitam conſtituendi ſunt in poſſeſſionem: vtroque autem in probatione deficiente, agnato defertur iuſiurandum. Bald.

SI de feudo defuncti militis ſit contentio inter dominũ & agnatos defuncti; domino nouum feudum, agnatis verò paternum eſſe contendentibus, agnati in poſſeſſionẽ feudi, de quo quæritur, conſtituendi ſunt. Eo facto, ſuper principali quæſtione cognoſcendum eſt: vtroque autem deficiente in probatione, electio iuriſiurandi e agnatis danda eſt.

Si contentio eſt inter filiã & agnatum de beneficio filia interim debet eſſe in poſſeſſione: vtroque autẽ deficiente in probatione, agnatis defertur iuſiurãdum. Bald.

Inter filiam defuncti & agnatos eius de quodam ꝑdio mota eſt q̃ſtio, agnatis feudũ, filia verò allodium ſiue libellariũ eſſe aſſerentibus, ſuper poſſeſſione, apud quẽ manere debeat, quærebatur? Reſponſum eſt, apud filiam poſſeſſionem interim f eſſe collocandam, deficientibus vero hincinde probationibus, per iuſiurandũ cauſa cognita res

dicitur dominum teneri, intelligo ſecundum diſtinctionem quæ fit ſ. de inoeſti. rei ali. cap. 1. Itẽ hoc intelligo, 1 quando denũciatũ eſt domino vel eius procuratori, maxime domino ſciente. Item & quãdo non per iudicis iniuriam ſiue per imprudentiã iudicis ſententia lata eſt. Item & quando non ex compromiſſo ſententia lata eſt. Item & quando contra ꝓſentem pronunciatum eſt. ſed & ſi non denunciauit quia dominus vbi eſſet, ſcire non potuit: nihilominus recte aget, & veniet etiam in actione melioratiõis ratio, & hæc omnia his legibus colliguntur, vt ff. de euic. l. ſi ꝑ imprudentiam, & l. ſi fundo, & l. ſi ideo & l. ſi dictum, §. 1. & §. ſi præſentem, & C. de euic. l. emptor fundi, & l. ſi controuerſia, & in ſum. ſi res euicta ſit culpa ſua, dominus non tenetur, vt ff. de euictio. l. ſi dictum. §. ſi eum poſſet. Acc.

a In feudum dandos. i. in terram, ſiue aliquam rem immobilem, quam teneat ab eo in feudũ ſicut priorẽ tenebat. alias enim aliter intelligeretur, id eſt, quod deberet tenere nummos in feudum, hoc ſtare non poſſet: quoniam feudum ſiue beneficium non poteſt conſiſtere, niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus: aut in iis, quæ inter immobilia computantur, vel nisi cum de camera aut de canoena datur feudum, vt ſupra de feu. cog. cap. ſciendum. Sed ſi quis 2 ſimplex conſuetudinem pecuniam in feudum dedit, pro cuius datione fidelitatem quoque recepit: quid erit? nunquid amittet pecuniã? & qui iurauerit fidelitatem abibit iuramento ſolutus ita quòd vaſallus non erit.

b Publice confectum. & à duobus vel à tribus paribus confirmatum, ſi de noua inueſtitura agitur, vt ſupra quid ſit inueſti. c. ſi eum. ſed ſecundũ Mediolanenſes ſufficit, ſi etiam ab extraneis ſit confirmatum, vt ff. qui teſtes ſunt neceſſ. ad probãd. nouam inueſtitu. c. ſi clericus.

c Per pares. hoc intelligo ſecũdum diſtinctionem prædictam: ſcilicet ſi agatur de noua inueſtitura, an de veteri.

d Subire cogetur. 3 Sed cur debet dominus cogi iurare, cum etiam ſi nihil præſtiterit, debet obtinere vt C. de eden. l. qui accuſare? Itẽ nunquid hoc eſt intelligendũ in caſu propoſito, ſcilicet quando dominus ante ſententiam nõ inficiabatur feudũ eſſe, & à ſe detineri: an vtroque caſu intelligis dominũ debere iurare? Reſpon. ad cautelã domino defertur in primo caſu, ſcilicet quando non inficiabatur: ſicut alibi ſtudioſus inueniet. Py. & hoc forte ideo: quia præſumptio erat pro vaſallo, ſcilicet q̃ñ dominus nõ erat inficiatus illud feudũ, ſcilicet q̃ñ fuit denunciatum ei: aliàs. n. abſolueretur nullo ei dato ſacramento, & ſic intelligas hoc, & ſi tunc nõ confitebatur, nõ tñ diffitebatur: alioqui ꝯ propriã ſcripturã audiret. Audiretur. n. contra propriam ſcripturam, ſi deferretur ſibi iuramẽtum eo caſu q̃ñ ab initio, cum fuit ei facta denunciatio, confeſſus fuit feudum eſſe, & à ſe detineri, quod eſſe non debet, vt quis contra propriam ſcripturam & confeſſionem audiatur, vt C. de non numer. pecu. l. generaliter. Acc.

SI DE FEVDO defuncti contentio ſit inter dominum &c.

e SI de feudo. Iuriſiurandi. Videtur mirum, quod hic dicit agnatos poſſe reuocare iurando, cum quodãmodo anceps periurium ſubire cogi videantur? Reſpõ. quod non coguntur. 4 ſed volentes admittuntur, vt ff de dam. infect. l. qui bona, & de in lit. iur. l. videamus, præterea 5 hoc intelligo ſecundum diſtinctionem quæ fit j. de conſuet. rec. feu. c. ſacramentũ non ſemper &c. Item 6 q̃ dicit agnatos in poſ. feu conſtituendos, eſt ſimile quod dicitur de interdicto quorũ bonorũ, vt C. quorum bo. l. fi. Sed quid ſi ſtatim mouebatur q̃ſtio, nunquid interim poſſideat vaſallus vel dominus? Reſp. videtur quòd dominus, 7 vt C. de car. edi. l. 1. & ff. de Carbo. edi. l. Carbonianum. §. penul. & C. de ord. cog. l. 2. licet in edicto diui Adriani videatur contra, vt C. de edic. diui Adria. to. l. 2.

f Interim. hic dicitur, quod interim filia poſſidere debet, iſtud merito accidit 8 quia iã facile fundata erat intentio eius, vt C. de proba. l. ſiue. Sed quid eſt quòd dicit vtroq; in probatione deficiente, ſcilicet quòd agnatis defertur ſacramentum: cum actore nõ proban-

1 Iſtam limitatiõẽ ſequũtur hic Alua. & Præpo.

2 Vide q. glo. nõ ſoluit: ſed vide hic per do. An. de Iſer. q. hoc late declarat.

3 Totã iſtam gloſ. ſequũtur. ſcrib. hic.

Auditur quis quandoque cõtra ꝓpriã ſcripturã.

4 Iſtã approbant Bal. Alua. & Præpoſit.

5 Iſtud dictũ ſequitur Præp. hic.

6 Iſtud dictũ gl. reprobatur per Præpo. hic.

Iſta eſt vera. ſi de ſeruitute prouocat in libertatem: ſecus econuerſo, ſm Bald. Alua. & Præpo.

7 Iſta approbatur cõmuniter p oẽs ſcrib. hic.

probante, & ſi nihil præſtiteris reus obtinere debet, vt C. de eden. l. qui accuſare? Reſpon. illud eſt intelligendum ſecundum diſtinctioné Py. Actore non probante &c. ſicut diſtinguitur. ỹ. de conſue. rec. feu. c. ſe ere mentum. huic c. præbet adminiculum quod legitur. C. de iureiur. in bonæ fidei. huic ca. obuiata vñ, qđ legit in proximo notabili ſeq. nã hic dr̃, quod dat agnatis electio: licet ibi dicatur, quod datur filiæ: ergo vel erunt contraria vel rõnem diuerſitatis aſſignabis. Reſp. ſi ea quæ dicta ſunt ſuperius, diligenter attendas, à ſuperioribus non diſcrepabit, referas aũt ad diſtinctionem ſupradictam.

a Danda eſt. occurrit contradictio ſupradicto prox. cap. So lu. hic pro filia faciebat præſumptio, ibi pro agnatis. Acc.

Pactũ de futura feudi ſucceſſione an valeat.

b Moribus. hic vr̃ quod pactum de futura ſucceſſione feudi valeat & teneat, & ſine conſenſu illius, de cuius hæreditate quæritur, vt alibi tenet venditio, vt ff. de actio. emp. & vendi l. ſi quis alienã, & de hære. vel actio. vendi. l. 2. & 3. & arg. C. de pactis. l. t. Argum. contra. C. de pact. s. l. vltim. & ff. de acqui. hære. l. qui ſuperſtitis, & C. de inut. ſtip. l. ex eo, & C. de coll. pacti quod dotali. Sed ad hoc vt valeat potentiſſimum eſt argumen. C. de done. l. [illegible] De hac materia ſatis tractatum eſt ſ. titu. qui ſuc. tene. ca. ſi vero archiepiſcopus, & de feu. da. in uicem legis commiſ. ca. ſi quis inueſtierit &c. Acc.

c Scientia. quod dicit de ſcientia, intelligo, ſic, vt craſſa & ſupina ignorantia non ſit excuſata, vt ſupra. not. eſt quod legitur. ff. de iu. & fac. igno. l. nec ſupina, & l. regule, & quod poſtea dicit expoliabitur, intelligo pro ea parte, quam inficiatus eſt, vt dicitur de alienatione feudi infra de vaſ. l. qui con. conſti. Lotha. bene. alt. cap. t. nec enim debet vltra procedere pœna quam reperitur delictum, vt C. de pœnis. l. ſancimus, & ff. de vulg. & pupil. ſubſti. l. ex facto. §. iulianus. & not. hic de pœna inficiationis: quæ quanquam varia ſit, in fine

Iſtud dictum glo. ſequunt communiter ſcrib. hic.

Idẽ Alua. & Præpoſi.

decidetur, electione danda agnatis. Defuncto milite, inter dominum & filiam illius ſuper quodã feudo quærebatur: domino feudũ, filia allodium ſiue libellarium eſſe allegante? Reſpondi, filiam in poſſesſione feudi manere debere, donec de eo iudicetur: probatione verò hincinde ceſſante, electio iuriſiurandi filiæ danda eſt. a

Inueſtitura ſumit effectum cùm feudum ſibi, vel hæredi ſuo fuerit apertũ: ſed inueſtitura facta à prælato eodem modo nõ capit effectum, niſi ſibi aperiatur, & in tali inueſtitura non exigitur cõnſenſus eius, de cuius feudo procedit. Bald.

Moribus b receptum eſt, dñm de feudo militis ſui, quod poſt mortem ipſius ad dominum reuerti ſperabatur, in alium militem inueſtituram facere poſſe: quæ inueſtitura tunc demum capiet effectum, cum feudum domino, aut hæredi ſuo fuerit apertum. Secus eſt in eccleſiaſticis perſonis nam ſi eccleſiaſtica perſona talem faciat inueſtituram: non aliter valebit, niſi ſibi, non etiam ſucceſſori ſuo feudum aperiatur, & in tali inueſtitura conſenſus, eius de cuius feudo ſit, exquiri non oportet.

Si vaſallus domino inficietur feudum, vel feudi partem, aut eius conditionem: conuictus poſtea de mendacio perdit feudũ, & eius conditionẽ. Bald.

Vaſallus ſi feudum, vel feudi partem, aut feudi conditionẽ ex certa ſcientia c inficiatur, & inde conuictus fuerit eò, quod abnegauit feudum eius, vel conditionem, expoliabitur. Alius autem vaſallus, quamuis hoc ſciens nõ patefaciat, feudum tñ retinet: aut ſi aliã rem dñi celauerit d vaſallus, feudum tamen non amittit.

Qui per triginta annos rem alicuius, tanquam in feudum poſſedit, & pro ea ſeruitium præſtitit domino, præſcribit in feudum. Bald.

Si quis per triginta annos e rem aliquam vt feudum poſſedit, & ſeruitium domino exhibuerit; quamuis de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen triginta annorum ſe tueri poteſt. Qui clericus efficitur; aut votum religionis aſſumit: hoc ipſo feudum amittit. f Et ſi vaſallus g omni anno domino ſe non repræſentat: feudum tamen non amittit. Omnes filij eius, h qui feudum acquiſierit, fidelitatem fa-

libelli diſpu. ſatis poteſt à diligenti competenter indagari.

d Celauerit, non per dolum. reliqui per hoc, quod celat per dolum dominum contra abnegantẽ ſciens patefaciendo non adiuuat, vtile, vel facile nõ habet in memoria. quod habere debet, vt ĩ. de for. fide. in epiſtola, ergo quia detectat, non immerito feudo caret, vt infra hic ſinitur lea deinde con ſue. reg. ca. ſi inter dominum & vaſallum.

Sequitur eam Alu. hic.

e Trigintæ annos. illud merito accidit: quia tanto tempore actio omnis tollitur, vt C. de præſcrip. 30. e non. l. omnis. & de præſcript. long. tẽpo. l. malę fidei. Sed nunquid iſtud locum habet ſiue bona, ſiue mala fi. poſſederis? Item nunquid iſtud locum habet ſiue cũ titulo, ſiue ſine titulo? Item ſi à poſſeſſione ceciderit, nunquid vendicare poterit, & ſi ad vendicationem admittatur: nunqđ præfertur dominus vendicando, an ipſe? Reſp hæc omnia inuenies notata in C. de præſcrip. triginta. anno. l. ſi quis emptionis.

Actio omnis xxx. ann. ſpatio tollitur.

f Amittit. hoc ideo accidit: quia ex quo incipit eſſe miles Dei definit eſſe miles ſeculi, nec debet beneficium pertinere ad eum, qui non debet gerere officium, vt ſupra, de eo qui ac. belli. depo. Sed nunquid per alium poteſt feudo ſeruire clericus? Rñ. hæc quæſtio eſt ſcholaſtica & ideo omittimus eã quia in brocardis diſputatur à iuris prudentia.

g Et ſi vaſallus. Iſtud plenius dicitur infra. eodem. capit. licet.

h Omnes filij eius. merito dicit omnes filios fidelitatem iurare, quia cum plures perſonæ in locum vnius perſonæ ſuccedant, omnes pro ſingulari pſona ſunt accipiendi, vt ff. de cond. & demon. l. cum fundus, & C. de ſecun. nup. l. ſi quis, & intelligo quod iſtud, maxime, expoſitiuè ponatur. nam ſi pro diuiſo poſſiderent, is ſolus, qui poſſidet vaſallus eſt cẽſendus. huic ca. obuiat. ff. cõmoda. l. 5. §. hæres, & ff. de vi & vi arma. l. ſi plures. ſed quæritur, an vaſallus teneatur iurare & fide-

cere debent: maximè ſi indiuiſum habent. quòd ſi feudũ ex diuiſione ad vnum tm̃ peruenerit: ille tm̃ faciet fidelitatem. Adoptiuus filius in feudũ non ſuccedit. [a] Mulier habens feudum, relictis filijs ex duob[us] matrimonijs deceſſit: inter quos feudi quæſtio aliarumq; rerum maternarum vertebatur. obtinuit filios prioris matrimonij tam in feudo, quam in cæteris poriores eſſe. [b] Naturales filij, licet poſtea fiant legitimi, [c] ad ſucceſſionẽ feudi nec ſoli, nec cum alijs admittuntur. Si minori [d] datũ fuerit feudum, fidelitatẽ facere nõ cogat, donec venerit in maiorem ætatẽ, in qua doli capax ſit: feudum tamen retinet.

Si filius impubes ſucceſſit vaſallo, nõ cogitur facere fidelitatem, nec ſeruitium perſonale poteſt preſtare: tamen ſi alius pro eo ſponte facit, admittitur. Bald.

Si quis deceſſerit filio impubere [e] relicto, fidelitatem neç ipſe, nec alius pro eo facere cogitur. Idẽ de ſeruitio pſonali:

& fidelitatem facere omnibus hæredibus dñi: an ſufficiat, ſi paratus eſt iurare vni? quòd ſufficiat vni iurare, videtur probari poſſe: quia in principio, quando recepit feudum, non fuit expreſſum, quòd omnibus iurare debet, ergo non eſt verbum protogandum: quia à tenore verborum in contractu appoſitorum non recedendum, niſi euidenter illud appareat, vt ff. de lega. 3. l. non aliter. Item quia in hoc caſu poſſet deueniri ad infinitatem, & infinitas eſt euitanda, vt ff. de dam. infect. l. qui bona. §. vlti. & de re iud. l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. & l. t. §. ſi cui. ff. vt lega. no. cauea. & de lega. 1. l. fideic. §. ſi quis decem, & de ver. ſign. l. boues, § hoc ſermone, & de verb. obli. l. eum qui calendis. itẽ quia fauorabiliores sũt rei, q̃ actores, vt ff. de ac. & obl. leg. Arrianus. Item quia iſti hĩdec non eſſent contrium poſtulatuti eius, quod petũt: ergo non ſunt audiendi, vt ff. de dam. infect. l. qui bona, §. ſi quis. & C. de ſol. l. pen. Item quia obligatio non debet mutari ex perſona ſucceſſorum, vt ff. de verb. obli. l. 2. §. ex his. & de præto. ſtip. l. a. §. 1. & de dam. infe. l. damni. §. ſi quis, & de diuer. & temp. præſcri. l. eum hæres. Item quia ſpecialis eſt obligatio, non debet in alios extendi, ar. ff. de act. empt. & vendi. l. qui ab eo. Item quia cum vno contraxit, non debet in plures aduerſarios diſtingui, vt ff. de exer. ac. l. 1. §. vlt. & l. 2. Ex his itaque patet, quod vni iurando, liberatur, vt ff de iis. qui deie. vel effu. l. 1. §. vlt. & l. 3. Cõ prima ratio põt in caput vaſalli retorqueri: iurauit n. ſibi & ſuis hæredibus, & ſi non fuerit dictũ ſuis hæredibus, ſed ſibi, cum non fuerit additũ ſibi tantum, & hæredibus iuraſſe intelligitur: quia pactum non fuit perſonale, licet in eo perſona fuerit inſerta. ergo tranſit ad hæredes, vt ff. de pact. l. iuriſgentium, §. vtrum, & l. tale pactum, & de pig. act. l. ſi neceſſarias. §. de vendendo, & de prob. l. ſi pactũ, ſi tranſit ad hæredes, ergo ad omnes, vt argu. ff. de ſerui. vrb. prę. l. ſi ſeruitus, ſecundo reſp. Item illa rõ: quia obligatio nõ debet mutari ex perſona ſuc. poteſt retorqueri in vaſallum: & illa, quia non eſſet poſtulaturus contrarium, quia omnes aliæ. Sol. iurare debet omnibus: quia vaſallorum eſt ius indiuiduũ, vel eſſe debet, ad inſtar libertorum, quorum eſt ius indiuiduum, vt ff. de iu. pat. l. Carmelia Pia, & ea q̃ indiuidua ſunt, debentur hæredibus inſolidum, vt ff. de ſer. ruſt. præ. l. ſi vnus ex. & de condi. & dem. l. ſi cui fundus. nec. n. incurritur infinitas, cum effectus ſit idem, tantum enim faciet omnibus hæredibus inſolidum, quantũ faciebat ſoli defuncto, quare vni pro omnibus iurando poterit liberari, vt arte ff. de iis. qui deie. vel effud. l. 1. à cõtrio ſenſu illius l. vt ſit cõtriorum eadem ratio, vel ſi grauari ſentit, relinquat feudum ſm Py. ſed quicquid dicat Py. hoc tamen videtur expreſſum dictum in conſtitutiona Friderici, imperialem. §. præterea ducatus, ſcilicet, vt nõ teneatur fidelitatem facere vaſallus, niſi vult dicendo. quòd pro vno feudo plures dominos habere non compellatur.

Indiuidua hĩdibus inſolidum debentur.

[a] Succedit. licet in quartam omnimodo patri adoptiuo ſuccedat, vt C. de adop. l. 2. & inſtit. de adop. §. cum autem. & ff. de adoptio. l. ſi arrogator, nec ſibi putet aliquem iniuriam fieri, cum patris naturalis omnia iura perſiſtant, vt C. de adopt. l. cum in adoptiuis. circa mediũ primæ columnæ.

[b] Cæteris poriores eſſe. Iſtud quod hic dicitur expreſſim legibus contradicit, & iniquitatem continet maximam, vt C. de legi. hære. l. vlti. & C. ad ſenatuſcõ. Orfic. l. penul. vel forte hic loquitur de iis filijs ſecundi matrimonij: quę dicuntur ĩ. proxi. c. filij nati.

[c] Legitimi. hic notabis illud generale, quod ab initio non valet, nec ex poſtfacto conualeſcit, ſecũdum quod plenius nota in conſtitutione Friderici imperialem, circa fin. 1. reſpon. ſic etiam dicunt & de clerico, qui beneficium amiſerit: nam licet poſtea deſinat eſſe clericus, non tamen feudum poſſidebit, vt ĩ. de feud. fœm. §. ex hoc illud. hoc autem quod de naturalibus dicitur, ita intelligo: niſi fiant ita legitimi, vt in feudo ſuccedant, & hoc ſit nominatim dictum ab Imperatore, & ſic ex reſcripto licebit, quod alias non liceret, vt C. de preci. imp. of. l. quoties, & ita accidit Mutinæ in cauſa cuiuſdam Hug. cõtra Paſſapontes, vt ferebatur.

Inualidũ ab initio, ex poſtfacto nõ cõualeſcit.

[d] Si minori. ſed de quo minore intelligendum eſt hic? Reſp. [e] de impubere tantũ. nam ſi fuerit puber & per annum & diem diſſerat, feudo priuatur, vt in conſtitutione Friderici, imperialẽ § præterea. iſtud autẽ fauore minoris dicitur: quia generaliter nulle eſt inueſtitura faciẽda ei, q fidelitatẽ recuſat. vt ĩ. p quos fiat inueſtitura, & p quos reci. c. nulla.

[e] Iſta gl. in oib. ſequit & tenet hic Alua.

[e] Filio impubere. Iſte caſus valde notabilis eſt: [f] quia ſi filios habet alienator, q. & eo viuente reuocatur alienatio: ſed ſi non habet, demũ eo mortuo, q. quare contingat, is inquirat cui alia inquirenda relinquimus. Et no. q. qui elij conſentit, ſua iura pdit. [g] vt ĩ. denotatũ eſt in pluribus locis, & ĩ. quibus modis feudũ amitt. §. præterea, & ĩ. ſi de inueſtim. inter do. & vaſal. lis oria. §. ſi autem aliquis alibi. ad hoc, vt proximior agnatus ſuccedat, alienatoris mors inſpicitur, vt ĩ. de ſuc. feu. c. 2. §. 1. Sed quid eſt quod dr ĩ. quibus cau. feu. amit. §. deniq; in ſi. l. q. ſi vaſallus alienauerit feudum illicite, quia vl dñm contemnere, ad ipſum omnimodo pertine bit: nunquid pp patris alienationẽ excluduntur filij? Item ſi excluduntur, cur ad agnatos potius, q̃ ad ipſos pertinet, maxime cum fuerit auitum & proauitum? Reſp determinabitur. ĩ. tt. ſi vaſallus feud. priue. cui defe. c. vaſallis feudum &c.

[f] Iſta gl. ſequunt Bal. & Alua.

[g] Et hoc ſiue ex pſſe, ſiue tacite conſentit ſm Alua.

[h] Cogit. no. hic. q. impubes nõ cogit fidelitatẽ facere, [i] nec ſeruitiũ vel p ſe, vl p aliũ, ſi tñ fecerit. vel facerẽ voluerit, admittit & audit. iſtud ãt potiſſime notabis, [k] q. alius p alio feudo ſeruita valeat huic præbet adminiculum. C. de epiſc & cler. l. quiſquis, & l. ad ſimilitudinem. & ff. de admini. tuto. l. ita in prin.

[i] Idẽ Alunar.

[k] Placet Bal. & Alnar.

De hoc vide per do. Alna. hic in 2. col. in verſic. quarto cum dicta glo.

prin. & C. de cad. tol. l. vnica. §. ne autem, & de natu. libe. l. 3. & de præpoſi. agen. in re. l. agentes. libro. 12. & in ſum, 3. in prin. his autē arbitrio minoris. & impuberis relinquitur. hodie vero per maiorem partē curiarū neceſſitati ſubijcitur. a nam hodie cum dominus inueſtit impuberem: alium pro eo donec pubes fiat, poſtulat vaſallum: quem impubes nulla adhibita excuſatione præſtat: ſed tamē non puto præiudicium ei fieri, ſi id nō faciat: vt hic dicitur & notabile, quòd ad id, ad quod aliquis non compellitur, volens tamen admittitur. ſimilia ſtudioſus inquirat.

ſi vaſallus non compelletur intereſſe recipere. ſi nollet. Sed quid ſi alium inueſtiuit poſtea quam iſtū inueſtiuerat, & ei poſſeſſionem tradidit antequam iſti nunquid tunc liberatur ſoluendo intereſſe? & quare non? ſicut ſi vendidiſſet duobus, vt tunc habeat locū ſi res vendita non traditur & cæt. vt ff. de actio. emp. & vendit. l. 1 Acc.

alius tamē pro eo faciēs ſeruitium admittetur. Titius filios maſculos non habens partē ſuam feudi Seio, partē eiuſdē feudi poſſidenti agnato ſuo conceſſit. Sēpronius, pximior agnatus mortuo demū Titio partē illius feudi nullo dato pretio recuperare pōt. qꝫ ſi Titius filios, pprios haberet, pretio reddito ēt viuo Titio, quòd ſi conſenſit [a] alienationi, vel per annū, [b] ex quo ſciuit, tacuit: omnino remouebitur.

Facta à domino de feudo abuſiua inueſtitura, cogitur dominus vaſallum mittere in poſſeſſionem, nec liberatur intereſſe præſtando. Bal.

Si facta de feudo inueſtitura pœniteat dominum, antequam poſſeſſionem trāſferat: an præſtando intereſſe vaſallo liberetur, quæſitum fuit? Reſponſum eſt prætermiſſa illa condemnatione dominum poſſeſſionem feudi, [c] de quo inueſtiturā fecit, tradere [d] compellendum. Filij nati [e] ex ea vxore, cū qua matrimonium tali conditione contractum eſt, ne filij ex ea nati patri ab inteſtato ſuccedāt: in feudo ſuccedunt. Nam quāuis ratione improbetur talis conditio, ex vſu tamen admittitur.

Ei qui non vult aliquid conſequi ſed ius quæſitū conſeruare, non imminet ius offerendi, niſi dies fuerit appoſita. Bald.

Licet vaſallus dño ſeruitium non offerat, quantocunque tempore ſteterit (dummodo domino petēti ſeruire paratus ſit) beneficium non amittit, ſi tamen ſciat ei magnū periculum [f] imminere: vltro adiutorium ſuū ei debet præbere. Inde quæſitum eſt, ſi dominus in piurium incidat, quia dare non valeat, qđ dare iurauerat: & vaſallus eum liberare poſſit ſuā pecuniam dādo, & non facit, an beneficium amittat? & reſponſum eſt, non amittere. [g]

Si vaſallus culpam cō mittit, [h] propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neq; eius deſcendentes ad id feudum reuocabūtur, [i] ſed agnati, qui quarto gradu ſunt,

[a] Conſenſit. ſiue tacite, ſiue expreſſe, vt nota, ſupra quibus modis feud. amitt. capi. præterea.

[b] Per annum. remouebitur ergo iſte proximior agnatus à petitione illius partis feudi, quæ tanquam proximiori debebat ad eum peruenire, ta ei taciturnitate illius anni à tempore ſcientiæ computandi: qđ ideo forte contingit: quia ille erat de agnatis, ad quem feudum ſpectaret: niſi ipſe præcederet in gradu vno forte, vel pluribus, non curo, & hoc facit ſcientia & anni tranſcurſio, & agnatio illius qui poſſidet quaſi videatur conſentire alienationi factæ agnato ſuo. ſecus forte eſſet, ſi extraneo alienaſſet, quoniam tunc non noceret ei annalis tranſcurſio: niſi forte eſſet tanta, per quam ius ſuum tolleretur: puta 30. anno. vt C. de præſcrip. 30 anno. l. ſicut. & in authen. malæ fidei de hac annali præſcriptione habes ſupra, ſi de inueſtitu. inter dom. & vaſal. lis oriatur, ca. ſi autem aliquis.

[c] Dominum poſſeſſionem feudi, ſcilicet vacuam poſſeſſionem ſtatim ſcilicet poſtquam fecit inueſtiturā & fidelitatem recepit, ſi per pactum non remiſit fidelitatem: imo ſi differat eam tradere, omnē vtilitatem præſtabit ei: vt 3. de noua forma fidelit. a. inueſtitura, & intelligas, quòd hic loquitur de ea inueſtitura ſcilicet verbali, quæ abuſiuo modo dicitur, & non de ea quæ proprie dicitur inueſtitura, ſecundū quod de vtraque dicitur 3. quid ſit inueſtitura. c. 1. alias. n. ſi de propria inueſtitura loqueretur, nulla eſſet dubitatio. ad quid enim teneretur dominus tradere poſſeſſionem, cum iam tradita eſſet? & ſic nō eſſet mirum

[d] Tradere. ſicut aliàs dicitur de donatore, qui omnino compellitur rem ſimpliciter inter viuos donatā tradere: nec temere poterit eam reuocare, vt inſtit. de dona. §. 2. aliud eſt ſecundum vnam ſententiam in re vendita, à cuius traditione liberatur venditor præſtando intereſſe, vt ff. de actio. emptio. & vendit. l. 1. veruntamen ſuper ea variatur.

[e] Filij nati. iſti filij, qui lege Salica dicuntur nati ſiue pditi, in feudum non ſuccedunt: ſed nec in proprietate prioribus extantibus. ſi enim priores non extarent, tunc in proprietate ſuccederent, & non in feudo, prioribus verò fratribus ſine filijs decedentibus ſuccedunt: & dicitur tale matrimonium Mediolani accipere vxorem ad morganaticam, aliàs lege Salica, vt 3. de filijs natis de matrimo. ad morganaticam contracto, ca. quidam habens filium, & de his forte filijs loquitur. 3. eo. l. mulier.

[f] Periculum, puta quia dominus obſidebatur, vel alias ei mors imminebat, tūc enim vltro (vt dixi) debet ei ſuum adiutorium præbere & ſine nuncio, & cum potuerit: alias enim feudum perdit, vt 3. his finitur lex. §. ad hue.

[g] Non amittere. non enim ſufficit quælibet occaſio per quam fidelis accepti beneficij videatur ingratus ad feudum amittendo, vt 3. quib. cauſ. feu. amitt. circa principium. ſicut non amittitur ex omni cauſa. ex qua opinio vaſalli grauatur, vt 3. prædicto ti. §. illud enim certum eſt.

Filius nō amittit feudū ab auo acquiſitum propter patris delictum.

[h] Culpam committat. arg. contra huius cap. & C. de decu. l. 2. §. pen. & de inter. & re. l. 3. & de in ius voc. l. adoptiuum. in fi.

[i] Reuocabūtur. notant hic quidam, niſi ſit feudum ab auo acquiſitum quia filius propter delictū patris non debet amittere feudum acquiſitū ab auo. vt ar. ff. de pena. l. emancipati. §. ſi quis. & C. vnde li. l. vl.

quod

dũmodo ad eos ptineat. In generali alienatione [a] vaſalli non continetur feudum; niſi nominatim dictum ſit.

Si vaſallus feudũ ignorans alienauit, feudum non amittit, et ſibi reſtituendũ eſt, non domino: tenebitur tamẽ ad intereſſe emptori ignorãti. B.

Si vaſallus [b] feudũ alienauit ignorans: non dño, ſed ipſi vaſallo feudũ reſtituendũ eſt: ad intereſſe vero emptori ignoranti condẽnãdus eſt vaſallus. Vaſallus feudũ qđ ſciẽs abnegauit, [c] amittit: ignoranti verò ſubuenit. Quòd ſi dubitet: dubitanter reſpondere debet. beneficiũ à vaſallo in feudũ ſi nihil in fraudem legis fiat, rectè dari poteſt: dũ tamen militi detur. [d] Si vaſallus de beneficio ſuo [e] agat vel cõueniat: ſiue obtineat, ſiue nõ (licet ignorante dño fiat) omni tpe firmum erit illud iudicium. Nam & tranſigere rectè poterit: nec qđ accepit trãſactionis noie, feudũ [f] erit.

Si dominus commiſit feloniam, per quam, ſi eã committeret vaſallus in dominum, amitteret feudum: dominus etiã perdere debet feudi proprietatem. Bald.

Domino committente feloniam [g] (vt ita dicã) per quam vaſallus amitteret feudum, ſi eam cõmitteret: quid obtinere debeat de conſuetudine, quæritur? & rñdetur, ꝓprietatem feudi ad vaſallum pertinere; ſiue peccauerit in vaſallum, ſiue in alium. Feudum ea lege datum, vt ipſe & hæredes ſui maſculi & fœminæ & cui dederit, habeant: iiſdem culpis amittitur, [h] quibus & aliud feudum. Quòd ſi vaſallus alienauit: feudũ eſſe deſinit apud emptorem. Titius cum Sempronio [i] fratre ſuo feudum paternum poſſidẽte pactũ fecit de eo feudo non petendo à Sempronio hæredibuſve ſuis. Sempronio ſine hærede maſculo defuncto, inter Titium & Seium fratrẽ ſuum de eo feudo quæſtio orta eſt: quid inde fieri debeat, quæritur? Reſponſum eſt, pactum nõ obſtare Titio.

TITVLVS XXVII.

DE PACE TENENDA, & eius violatoribus.

Imperator adulatur omnibus ſuadens, quòd debeant ſeruare pacem: & ſtatuit pœnam contra non ſeruantes. Bald.

FRidericus Dei gratia Romanus Imperat. ſemper Augu. epiſ, ducibus, comitibus, marchionibus & oibus, ad quos literæ iſtæ [k] puenerint, gratiam ſuam, & pacem, & dilectionẽ. Qm diuina præordinante clementia, ſolium regiæ maieſtatis conſcendimus: dignũ eſt, vt cuius ꝓcellimus munere, illi oino pareamus in ope-

quod forte falſum puto: quia ſi non debet amittere feudum ab eo acquiſitum: ergo multo minus, ſi à proauo vel etiam à ſuperioribus, vel etiam eadem æquitate ſiue ratione non debet amittere. quomodo enim poſſent eſſe iſti agnati, de quibus dicitur, in quarto gradu, niſi ab auo, vel proauo ad minus eſſet acquiſitum? Dicas ergo, quod nullo modo debeat admitti filius ad eius portionem, niſi per gratiam ſolam à domino acquirentis: & agnati non extant. quibus expectatur, quod vſque ad quartũ gradum admittuntur, vt hic dicitur: imo vſque in infinitum: vt infra ſi vaſal. feu. pri. cui defe. capit. 1. imo, quod plus eſt, puto quod etiam agnati remoueantur à petitione illius: ſi talis ſit felonia, quæ dominum * reſpiciet: vt dominus habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionem: vt ſupra quib. cau. feu. amit. §. denique. licet quidam forte intelligant illud habere locum in feudo nouo, ſecundum quod ibi not.

* At qđ ſi p̄ſlaiæ meie. etiã admiſſi, an filius ob id ſ... Vide Cat. Zebac. in cle. peſto. in 7. q. de ...

a In generali alienatione. quod hic dicitur, expoſitum eſt ĩ. de cap. qui cu. ven. c. quidã capitaneus. & quæ ibi notãtur, hic ſimiliter notari poſſunt.

b Si vaſallus. huic accedit. ſ. de cule. l. ſ. §. vlti. & ĩ. de controuer. inter domin. & empto. feu. ea. domino cum emptore & quę ibi notaui, hic repetas.

c Sciens abnegauit. hoc ſatis expoſitum eſt ĩ de lege Corrad. c. ſi fuerit inter dominum &c.

d Dum tamen militi detur. ſi tamen dãt fuerit miles. ſufficit enim ſi ſibi æqualis detur. Item nõ debebit dari alia lege, niſi quam ipſe habet: vt infra de leg. Corr. §. ex eadẽ lege. præterea non debebit pretiũ accipere de eo ſub colore inueſtituræ eũ vẽdẽdo, vt in cõſtitutione Friderici. §. callidis. & hoc eſt etiam quod hic dicitur. nihil in fraudem legis fiat &c. in fraudem .n. tunc intelligitur facere, ſi vltra pretium mediocritatis acciperet pro toto. & hoc ita à multis intelligitur. & accedit huic qđ legitur. ĩ. qualiter olim poterat feudũ alienari, circa prin. & quæcunque de hac materia notant ĩ. de ea. Cor. cap. 1. etiam hic poſſunt locari.

e Si vaſallus de beneficio ſuo. iſtud c. determinetur per id quod notatur ĩ. de controuer. inter vaſ. & alium, cap. ſi controuerſia.

f Feudum. niſi ſit tale, quod per ſe eſſe non poteſt: vt ĩ. de inueſtit. de re aliena, cap. 1.

g Domino committente feloniã. iſtud melius exponitur ĩ. qualiter dominus proprie. pri. capit. ex facto.

h Amittitur. licet .n. non habeat propriã feudi naturam, tum tamen feudum cenſetur. poterit .n. vendere & donare: vel aliter ſi ſibi placuit alienare etiam ſine domini voluntate: & hoc facit verbum illud, cui dederit & cætera. aliud tamen eſſet, ſi dixiſſet, & cui in feudum dederit: quoniam tunc haberet propriã feudi naturam: vt ĩ. de feu. nõ habẽte ꝓpriã feudi naturam, c. ſi quis ea lege &c.

i Titius cum Sempronio. hoc cap. exponitur ĩ. de eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno. c. tres erant agnati. &c.

DE PACE TENENDA, & eius violatoribus.

k FRiderici. Literæ iſtæ. videtur ergo, quod voluerit imperator iſtã cõdere legem, cum dixerit: ad quos literæ iſtæ peruenerint. ſed dic tu ſuper hoc ſecundum quod notat. ĩ. de

Inde eſt, q̄ noſtam diuinas, q̄ humanas leges a in ſuo vigore manere cupientes, & eccleſias ſiue eccleſiaſticas perſonas ſublimare, & ab incurſu & inuaſione quorumlibet defenſare intendẽtes: quibuſcunque perſonis ius ſuum conſeruare volumus: & pacem diu deſideratam, & antea toti terrę neceſſariã, per vniuerſas regni partes habẽdã regia authoritate indicimus. Qualiter autẽ eadẽ pax tenenda ſit, & ſeruanda, in ſubſequẽtibus declarabitur euidenter. Si quis hominem intra pacem conſtitutum occiderit: capitalem b ſubeat ſententiam: niſi per duellum c hoc probare poſſit: quod vitam ſuam defendendo illum occidit. Si aũt oĩbus manifeſtum ſit, q̄ nõ neceſſariò, ſed voluntariè illũ occiderit: tunc neq; per duellum, neq; quolibet alio modo excuſabitur, quin capitali damnetur ſnia. Si verò violator pacis à facie iudicis fugerit: res eius mobiles a iudice in populũ publicentur, & diſpenſentur: hæredes aũt ſui hęreditatem, quam ipſe tenebat, recipiant tali conditione interpoſita, vt iureiurando ſpondeãt, q̄ ille violator pacis nunquã decætero ipſorum voluntate, aut conſenſu aliquod emolumentũ inde percipiat. Quòd ſi hæredes neglectu poſtmodũ iuris rigore, hæreditatem ei dimiſerint: comes eandẽ hæreditatem regiæ ditioni aſſignet: & a regio iure † beneficiũ ſuſcipiant. Si quis alium intra pacis edictum vulnerauerit: niſi q̄ in duello, & vitã ſuam defendendo d hoc fecerit, probauerit: manus ei amputetur: & ſicut ſuperius dictũ eſt, iudicetur, & iudex in cã ipſum & res eius ſecundum rigorem iuſtitię ſtrictius conſequatur. Si q̄s aliquẽ ceperit, & abſq; ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines eius aut barbam expilauerit: decem lib. ei, cui iniuria illata eſſe videtur, per compoſitionem impendat: & iudici viginti libras perſoluat. Si verò temerarius abſq; percusſione eũ inuadat: eò,† quòd vulgò dicitur ciſteros, & calida manu ac verberibus contumeliiſq; male tractauerit: quinq; libras ꝑ tali exceſſu ponat, & iudici pro tali exceſſu decem libras perſoluat. Quicunq; iudici ſuo pro exceſſu viginti lib. inuadiauerit, prædium ſuum pro pignore illi tradat, & ĩ.ra quatuor ſeptimanas inuadiatam pecuniã perſoluat. Quod ſi intra e quatuor ſeptimanas prædiũ ſuum ſoluere neglexerit: hęredes ſui ſi voluerint, hæreditatẽ recipiãt, & comiti intra ſex ſeptimanas viginti lib. perſoluant. Si autẽ comes eandem hæreditatem regiæ poteſtati conſignet, proclamatori ẽt damnũ reſtituat, & prædiũ a rege beneficiali iure obtineat.

Clericus, qui pacem violauit, vel pacis violatorem receptauit: ſi quidem compareat in iudicio, pœna pecuniaria punitur. Si verò eſt inobediens, pœna maiori puniendus eſt. Bal.

Si clericus de pace violata pulſatus fuerit, i. notatus & proſcriptus fuerit: aut pacis vio-

de pace iura. firman. hac edictali. §. iniuria ſeu furtum.

a Humanas leges. hoc non ſeruauit imperator iſte in furto, ſcilicet q̄ leges in eo remanerent in ſuo ſtatu, cum dicat, quòd pro furto valenti ẽtiã quinque ſolidos, debet fur laqueo ſuſpendi, vt infra eo. §. ſi quis quinque ſolidos valens. & alias lex dicit, quòd pro furto nõ debeat mori ſed aliter caſtigari, vt C. de fur. auth. ſed hodie pro furto.

b Capitalem. eodem modo punitur miles, qui pacẽ perturbauit, vt ff. de re milit. l. viii. & ita habes hic, quòd capite puniri debet ille, qui hominem occiderit intra pacem conſtitutum. ſed alias per Henricum Imperatorẽ dicitur, q̄ manus ei debeat amputari, vt in Lombar. de ho. li. ho. l. qui vero intra treugã. Sed dic, q̄ hic cõſtabat homicidiũ perpetratum ab iſto, qui ita punitur: ibi vero non conſtabat, niſi per pugnam, in qua ſuccubuit, vnde non eſt mirum, ſi minus puniatur: quoniam incerti ſumus de iudicio Dei: & multi per pugnã cauſam ſuam perdunt ſine iuſta cauſa, vt in Lombar. prædicto titu. recolimus.

c Per duellum. Not. hic caſum, in quo pugna fit. ſ. qñ conſtabat eum feciſſe homicidium, de quo dicit hic. fit ẽt pugna, qñ non occidit ſed vulnerauit tantum: & de hoc conſtabat, dicebat tñ illud feciſſe ſe defendẽdo: ſicut in ſuperiori caſu, & ĩ. ea. l. §. ſi quis aliũ: ſi autẽ conſtaret de homicidio: ſed nõ q̄ ille iſtud feciſſet, tunc poſſet illud per pugnam probari: ſiue poſt treugam factam, ſiue poſt pacem dicatur eum feciſſe homicidium illud: vt in Lombar. de ho. lib. ho. qui vero intra treugã. Poteris ergo addere iſtos duos caſus, qui ſunt ſ. l. iſta. in quibus fit pugna, aliis caſibus, qui notãtur in Lombar. in ſumma Friderici. Notabis etiã hic duos caſus ſupradictos, in quibus ex neceſſitate cauſatiua cogitur reus pugnã imponere, ſcilicet ſi nõ vult puniri. Sunt autẽ & alij duo caſus in Lombar. in quib⁹ ſimiliter cogitur, puta ĩ crimine læſæ maieſt. l. ĩ. vbi quis aliũ vocauerit argitam, i. cucurbitam, vt in Lombar. de pur. l. vlti. & de cõuictis. l. i. quod erit ſpeciale in prędictis quatuor caſibus: cum alias regulariter pugna fit ſemper in electione actoris, vt in Lombar. qualiter quis ſe defendere debet, ſi quis amodo, & l. de prædiis. & l. ſi quis alium acto, licet omnes videantur dicere, quod reus teneatur ſe vel per pugnã defendere, vel iurare, vt in Lombar. præ dicto tit. c. ſi q̄s poſt. q᷑ ita intelligitur, ſcilicet ſi actor voluerit per prædictas leges.

d Vitam ſuã defendẽdo. quod quidem iure facere poteſt. qđ enim quis ob tutelam ſui corporis facit, iure feciſſe exiſtimatur. vt ff. de iuſti. & iu. l. vt vim, dũ tñ cum moderamine inculpatæ tutelę hoc faciat, vt C. vnde vi. l. i. idem puto ſi non voluntariè, ſed ex improuiſo eũ occidit: quoniam crimen tunc non contraxit. ea enim quæ

Duellum qñq; permittitur.

† A rege iure beneficij ſuſcipiant.

† Quidã legunt q̄ vulgò dicit Zitter hand, Calida manu, & eſt regionis idioma. Pro eo, puto legẽdũ. Pet. Ven.

Quãdo ſit i actoris electione, & itẽ qñ reus indicere duellũ cogat, quot ve ſũt caſus ꝑpter quos duellũ permittat, vide hic p Bal. & Mat. ab Afflic. led fuſiſſime per Goff. in tra. de duello.

De inculpatæ tutelę moderamine & quatenus id ſumendũ ſit, vide p Abb. in c. ſignificaſti. de homic.

latorem in contubernio ſuo habuerit, & de iis in p̃ſentia ſui epiſcopi ſufficienti teſtimonio conuictus fuerit: comiti, in cuius comitatu idẽ cleric⁹ hoc perpetrauerit xx. lib. perſoluat, & de tãto exceſſu ſecundũ ſtatuta canonũ ep̃o ſatisfaciat. Si aũt idem clericus inobediens extiterit: non ſolum officio & beneficio eccleſiaſtico priuetur: verum etiam tanquam proſcriptus habeatur.

Dominus caſtri, ſi violatorẽ pacis receptauit, aut eum repræſentet cũ omnibus bonis ſuis mobilibus, vel ſub iuramento eum adduci permittat: aut ſi hoc non faciat, punietur. Bald.

Si iudex populi clamore aliquem pacis violatorem ad caſtrum alicuius domini ſecutus fuerit: dominus, cuius caſtrum id eſſe cognoſcitur, ad faciendam iuſtitiam illũ producat. Qui ſi de ſua fuerit diffiſus innocentia, & ante conſpectum iudicis venire formidauerit: ſi manſionem in caſtro habet, domin⁹ eius omnia bona mobilia ſub ſacramento iudici repræſentet, & eum decætero in domo ſua tanquam proſcriptum non recipiat. Si verò mãſionem in caſtro non habuerit, dominus eius ſecurè eum adducere faciat, & poſtmodũ iudex cum populo eum tãquã pacis violatorem perſequi nõ deſiſtat. [a] Si duo [b] homines pro vno beneficio contendunt: & vnus [c] ſuper eodem beneficio inueſtitorem p̃ducit: illius teſtimoniũ, [d] cum inueſtitor donũ inueſtituræ cognoſcit, comes primò recipiat, & ſi idem probare poterit idoneis teſtibus: quòd abſque rapina hoc idem beneficium habuit: remota controuerſiæ materia, id obtineat. Quòd ſi de rapina præſente iudice cõuictus fuerit: rapinam dupliciter ſoluat, [e] beneficio verò careat, niſi iuſtitia & iudicio dictãte illud in poſterum requirat. Si tres vel plures cõtendunt de eodem beneficio producentes vtrinq; diuerſos [f] inueſtitores: iudex in cuius præſentia cã ventilatur, à duobus requirat [g] boni teſtimonij ho

quæ ex improuiſo caſu potiùs, quam fraude accidunt, fato, non noxæ imputantur, vt C. ad l. Cor. de ſica. l. 1. Idem etiam puto, ſi hoc fecit ob tutelam filiorum ſuorum, vel vxoris, vel alterius perſonæ coniunctæ, vt arg. C. de epiſ. & cle. l. raptores. j. reſpon. & ff. quod met. cau. l. iſti quidem. §. vlti. & ff. ad ſenatuſconſ. Syl. l. 1. §. ſi. cum idẽ forte eſſet, ſi ob tutelam rerum ſuarum, vt arg. C. vnde vi, l. 1. & ff. ad legem Corn. de ſica. l. furem, & in auth. vt nulli iudi. §. vlti. & in Lombard. de iis, qui ad palatium ire contendunt, ſi cuiuſque.

[a] Perſequi non deſiſtat armis. l. legibus, quibus imperatorũ &c. vt in proœmio inſtit. in prin. ergo & cõſequenter iudicem de quo hic dicitur, & quidẽ nõ aliter iudex iudicare debet quam quod ex legibus, & conſtitutionibus, & moribus proditum eſt, vt inſti. de offic. iud. in prin.

[b] Si duo homines. ideſt quãdo inueſtitor dicit ſe illum inueſtiuiſſe de illo beneficio, quã inueſtiturã fecit dono, nullo pretio excepto, & hoc eſt quod dicit, donum inueſtituræ recognoſcit &c.

[c] Et vnus. nã ſi ambo producunt eundem inueſtitorem, ide ille eſſet potior, cui dñs ſine fraude guarentizaret: niſi aliud probaretur ab alio. vt j. de le. Corra. §. ſi autem inter pares duos.

[d] Teſtimonium. ſcilicet eius, qui produxit inueſtitorẽ: quia debebat probare ſe inueſtitum eſſe, vt j. ſequitur, & ſi idem probare poterit &c. vel dicas illius teſtimonium &c. ideſt, eius inueſtitoris: quia comes debebit primo audire eius teſtimonium: ideſt, ſimplex dictum ſine iuramento, vel cum iuramento ſi voluerit, & ſi dixerit ſe inueſtituram in illum, qui eum produxit, feciſſe: tunc ille qui per eum produxit inueſtitorem, debebit probare idoneis teſtibus &c. prior tamen intellectus magis conſonat literæ: nihilominus tamen comes audiet dictum inueſtitoris, & hoc eſt quod dicit, inueſtitoris donum &c. & intelligas, quòd iſte qui produxit inueſtitorem, non poſſidebat. aliter enim non habet neceſſe probare, cum actore non probante &c. vt C. de eden. l. qui accuſare. niſi forte aliud eſſet, quod pro aduerſario faceret.

Sed quare dicitur, quòd debet probare ſe illud beneficium abſque rapina habuiſſe, nonne ſufficit ſi probet ſe inueſtitum, & illud habuiſſe? Reſpon. ſatis intelligitur probare hoc ipſo, quòd contrarium non probatur: dum tamen probet ſe inueſtitum ſaltem per dictum illius inueſtitoris, quẽ produxit. argu. ff. de iure dot. l. doti quæ. & C. qui milit. non poſſunt, ſuper ſeruis, & hoc etiam videtur dici j. proxi. §. quòd ſi de rapina &c. vel dicas, quod ideo probare debet illud: vt remoueantur poſtea omnis cõtrouerſiæ de eo, & hoc eſt quod ſequitur, remota controuerſiæ materia &c. Accur.

[e] Soluat. ſcilicet ei, qui per rapinam abſtulit, & intelligas hic rapinam non in propria ſignificatione, cum res immobilia dicatur propria inuadi, & res mobilis rapi, vt inſtitu. vi bonorum rapto. §. quod non ſolum, ſub § quia tamẽ. & ita habes hic, quòd debet ſoluere duplum rapinæ illius. Sed nunquid erit totum pœna: an in ipſo duplo res continebitur? Reſpon. in ipſo duplo res continebitur: ne alias contradicat conſtitutioni, ſi quis in tantam C. vnde vi. vel aliis, quæ dicunt rem in duplo contineri. Vel dicas, quod totum erit pœna. & propterea beneficium debebit amittere, & hoc eſt quod ſequitur, beneficio verò careat &c. & propter prædictam pœnam reſeruatur ei hoc ius: ſcilicet, vt poſſit illud beneficium in poſterum requirere de iure: cum forte res bene eſſet illius, qui eum inueſtiuit. Veruntamen alius poſſidebat: quem poſſeſſionem iſte inuaſit, & hoc eſt quod ſequitur, niſi iuſtitia &c.

[f] Diuerſos inueſtitores. ſi autem vnum producerent inueſtitorem: tunc ſi poſſidenti dominus guarentare voluerit ſine fraude, ille obtinebit, niſi aduerſarius contra induxit, vt infra de l. Corr. §. ſi autem inter pares duos.

[g] Requiret. quid ergo erit, ſi nullum inueniet, qui hoc dicat? Reſponde. beatus qui tenebit: niſi forte alter eorum probauerit de iure ſuo. in §. ergo iſto, & ſuperiori videtur dici, quòd iudex ſiue comes

minibus in prouincia eo rundem litigatorum cōmorantibus per ſacramētum, quod iurauerint:qs illorum abſq; rapina eius bñficij poſſeſſor extiterit: & cognita ex ipſorū teſtimonio rei veritate, poſſeſſor beneficiū ſuū quietè obtineat:niſi iudicio & iuſtitia dictante alter de manu ſua illud eripiat.

Miles à ruſtico de pace violata pulſat[b]*, militari manu ſe purgabit. Quòd ſi ruſtico p militē obyciatur: diuino ruſticus aut humano iudicio ſuā monſtrabit innocētiam. Bal.*

Si ruſticus militem de uiolata pace pulſans manu ſua iurauerit, ꝙ nō de voluntate [a] ſua ſeu de neceſſitate hoc fecit:manu militari ſe miles expurgabit. Si miles ruſticū de violata pace pullauerit, [b] & manu ſua iurauerit ꝙ nō voluntate, ſe neceſſitate hoc [c] fecit, de duobus vnū ruſtic' eligat, an diuino [d] an humano iudicio innocentiā ſuā oſtēdat:aut ſeptē teſtibus idoneis, quos iudex elegerit, ſe purget. Si miles aduerſus militem pro pace violata : aut aliqua capitali cā [e] duellū cōmittere voluerit: facultas pugnādi ei nō ꝯcedat, niſi ꝓbare poſſit, ꝙ antiquitus ipſe cū parētib. ſuis natione legitim[e] miles exiſtat.

Imperator præcipit ciuitatibus, ꝙ poſt Natalem S. Mariæ prouideant, ꝙ ſit rerum vbertas:& ſtatuitur pœna non ſeruantibus eorum deliberationem & ſtatuta. Bald.

Poſt Natalem S. Mariæ vnuſquiſq; comes ſeptē boni teſtimonij viros ſibi eligat, & de qualibet prouincia cū ipſis ſagaciter diſponat: & quāto pretio ſm qualitatem tēporis ſit annona vendēda, vtiliter ꝓuideat. Quicunque verò contra deliberationē ipſius intra anni terminū altius modiū & carius vēdere præſumpſerit, tāquā violator pacis habeatur: & totidē xx. lib. comiti exſoluat, quanti modios ſiue maldios altius vendidiſſe conuictus fuerit.

Ruſticus arma non portet, nec mercator, qui negotiandi cauſa per prouinciam tranſit, nec miles ad palatium comitis. Item nullus laqueos ſeu retia tendat ad capiēdas venationes, niſi aduerſus apros & lupos. Bald.

comes debet cognoſcere inter duos vel tres pares de controuerſia feudi quæ eſt contra illam conſtitutionem eiuſdem Friderici, imperialem decet ſolertiam & cætera. §. præterea ſi inter. vbi dicitur, quòd dominus debet cognoſcere. ſed dicas de hoc ſecūdū quod ibi notaui in ſumma, tit. apud quem, vel quos iudi. cau. feu. deb. agitari.

[a] De voluntate. qđ alias dicitur in Lombard. aſto animo. & in multis legibus, & maximè in titul qua quis ſe def. deb. ſi qs alium aſto animo appellauerit. & in multis alijs legibus, qđ verbum exponitur, ideſt, voluntarie: ſecundum quod hic eſt ſimpliciter poſitum, vt in Lombard. de ho. lib. ho. l. ſi quis puellam. in fin. titu. & de incen. & damno, & inu. l. 3. i prin. inter autem Romano dicitur calumnia. Accurſius.

[b] Pulſauerit, ſcilicet deferens vel accuſans:& accuſando citans.

[a] Hoc ſcilicet iuramentum tala præfata pulſationis. Accu.

[d] An diuino. ideſt per iudicium candentis ferri ſiue igniti: ſicut hodie eſt conſuetudo in multis locis portari: vel forte accedet ad nouem vomeres ignitos: quorum quilibet calidus ſiue ignitus in terra ponetur vnus ante alium, & ipſe portabit vnum ex eis, donec fuerit ad nouum: ſicut ille, qui paricidium commiſit, timens per eum ſe caſurum in ſeruitutem: cum ille forte eſſet ſeruus quem occidit. & hoc negauerit vt in Lombard. de parricidijs lege 3. vel etiam per iudicium feruentis aquæ: ſicut dicitur de ſeruo, qui dicitur homicidium abſconſe perpetraſſe, vt in Lombard. de homicid. lib. ho. lege. vltima, quod autem ſequitur an humano iudicio:ſic intelligas, ideſt, per pugnam. Sed quæro cum quo debebit pugnare iſte ruſticus. nunquid pugnabit cum milite, an cum campione ei dato à milite? Reſpond. niſi cum milite non debebit pugnare: quoniam principales perſonæ debent per ſe pugnare, niſi iuuenilis ætas, aut decrepita, aut infirmitas eos pugnare prohibeat: & in alijs quibuſdam caſibus, vt in Lombard. qualiter quis ſe defendere debe. quicunque. & l. fin. & l. ſi ſeruus propter appetitum, & tit. de homicid. lib. ho. l. qui vero. Vel dicas (& hoc forte verius eſt) quod non pugnabit cum milite. ſed cum campione ſibi æquali dato à milite. quoniam per conſimiles aduocatores fieri debet pugna, vt in Lombard. qualiter quis ſe defen. debe. l. vltima. nec enim poteſt quis contra militem nolenti pugnam imponere, niſi ꝓbauerit, quòd antiquitus ipſe cum parentibus ſuis natione miles exiſtat legitimus, vt ſequitur infra proxime. niſi forte velles dicere, quòd aliud ſit quando miles imponit pugnam contra ruſticum, & tunc per ſeipſum pugnabit: & aliud quando ruſticus vult pugnam imponere militi, & tunc non poſſet eam imponere, vt infra §. proximo dicitur, quia tunc miles debet ſe purgare ſacramento ſuo. & ita erit deterioris conditionis ruſticus, quam miles. nec mirum, cum in multis caſibus priuilegium habeat miles, quod non habēt alij quos hic enumerare eſſet prolixum, ultimi rum, quia magis debet puniri corporaliter ruſticus, quā miles, vt argumen. C. de ſumma Trinitate. lege. nemo clericus, licet pecuniariter ſecus, vt C. de epiſcopis & clericis. l. preſbyteri.

[e] Capitali cauſa. Sic ergo videtur, quòd de quolibet capitali crimine pugna hodie poſſit imponi: quod eſt contra ius Lombardorum, quo videtur ꝓhiberi pugnam fieri:niſi in caſibus à lege dictis, vt notatur in Lōbarda, qualiter quis ſe defendere debet, quicunque, & titu. de homine ad iudicium non mittendo. l. vnica. Pugna enim eſt odioſa, & legi diſplicet, vt in Lombarda de homi. lib. ho. recolimus enim, & odia ſunt magis reſtringenda, quam amplianda, vt ff de lib. & poſthum. lege, cum quidam. vel dicas etiam quòd nihil innouetur per id, quod dicitur. & intelligas quod hic dicitur, aut aliqua capitali cauſa: ſcilicet per quam pugna oriatur. & hic forte eſt verior intellectus, qui poteſt colligi ex eo quòd dixi aliqua, & non dixi qualibet, ſicut & alias ſecundum quoſdam intelligitur, quod legitur in Lombar. qualiter quis ſe defen. debet. l. de furtis. vel de minoribus cauſis: quia quod vbi dicitur

Ruſticus deterioris eſt ꝯditionis quam miles.

Si quis rusticus arma, ᵃ vel lanceam portauerit, vel gladium: iudex, in cuius potestate repertᵘ fuerit, vel arma tollat, vel viginti ſolidos pro ipſis recipiat à ruſtico. Mercator negotiandi cauſa per prouinciam pertranſiens gladium ſuum ſuæ ſellæ alliget, vel ſuper vehiculum ſuum ponat: non vt quem lædat ᵇ innocentem, ſed vt à prædone ſe defendat. Nemo retia ſua aut laqueos, aut alia quæ libet inſtrumenta ad capiendas venationes tendat, niſi ad vrſos, apros, vel lupos capiendos. Ad palatium comitis nullus miles ferat arma, niſi rogatus à comite.

Publici latrones antiqua dãnantur ſententia & iis non prodeſt appellatio vel reclamatio, ſicut nec cæteris, qui appellare non poſſunt. Bald.

Publici latrones & cõuicti antiqua damnẽtur ſententia: Quicunque ad uocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficiũ in ornatè tractauerit, & à domino ſuo admonitus nõ reſipuerit: & ĩ ſua perdurans inſolentia ordine iudiciario tam aduocatia, quã beneficio exutus fuerit: ſi poſtmodũ auſu temerario aduocatiam, vel beneficium inuaſerit pro uiolatore habeatur.

Si furatus eſt aliquis valorem quinque ſolidorũ vel amplius, laqueo ſuſpendatur: ſi vero minus ſcopis & forpice excorietur, & tundatur. Bald.

Si quis quinque ſolidos valens aut plus fuerit furatus, laqueo ſuſpendatᵘ: ſi minᵘ, ſcopis & forpice excorietur, & tundatur. Si miniſteriales alicuius domini inter ſe guerram habuerint: comes ſiue iudex, in cuiᵘ regimine eam fecerint, per leges & iudicia ex ratione proſequatur. Quicũque per terram tranſiens equum ſuum pabulare voluerit, quantum propinquius ſecundum viam ſtans in loco amplecti poterit ad refectionem & reparationem equi ſui, impune ipſi equo porrigat. Licitum ſit etiam ipſi vti herba & viridi ſylua: & ſine vaſtatione aliqua quilibet vtatur pro ſua commoditate, & vſu neceſſario.

TITVLVS XXVIII.

HIC FINIT VR lex, deinde conſuetudines regni incipiunt. ᶜ

Vaſallus dominum ſuũ non adiuuans in prælio iuſto, feudum perdit: in bello autem iniuſto ad defendendum eum iuuare tenetur: ad offendendum verò poteſt ſi vult, ſed nõ cogitur: nec feudum perdit. Bald.

DOmino guerram faciente alicui ſi ſciatur quòd iuſtè, aut cùm dubitatᵘ, vaſallus eũ adiuuare tenetᵘ. Sed cùm palã eſt, quòd irrationabiliter eam facit: adiuuet eum ad eius defenſionem: ad offendendum verò alium non adiuuet, ſi vult. Sed ſi eum adiuuare voluerit: non tamen feudum amittet, ſecundum Obertum de Orto, & Gerardum Capagiſtum. Alij verò ſine diſtinctione dicunt ſemper debere eum adiuuare. Sed Obertus & Gerardus vtuntur eo argumento: quòd quemadmodum dominum excommunicatum vel à rege bannitum non eſt obligatus vaſallus ad adiuuandum vel ſeruitium ei præſtandum, imò ſolutus eſt ᵈ interim

---

dicitur de minoribus cauſis, intelligũt ipſi & de his cauſis, in quibus nõ poteſt fieri pugne gratia rei quia eſt infra quantitatem, de qua alias fieret pugna, puta quia eſt furtum infra ſex ſolidos, aut depoſitum negatum infra viginti ſolidos non de alijs de quibus alias non poſſet imponi pugna, licet quidam iſtud aliter intelligant: vt ibidẽ notatur. ſic etiam aliqui intelligunt legem, ſi quis alium aſto eſo &c. ſcilicet verbum illud, an vnde ipſa appellatio agatur: id eſt de cauſa, de qua pugna oritur. In hoc tamen arctabitur forte ius Lõbardo, per hoc quod hic dicitur, ſcilicet quòd contra militẽ non poteſt hodie pugna imponi, niſi à milite ſecundum quod ſequitur in hoc. §. niſi probare poſſit &c.

Arma portare & pecunià oſtare nõ audeant ruſtici.

ᵃ Si quis ruſticus arma, & ita habes, quòd ruſtici nõ audẽt portare arma: ſicut alias dicitur, quòd ruſtici non audent oſtare pecuniam: vt C. de agri. & cenſit. l. domini prædiorum. & intelligas, quòd forte tollere debebit ei et arma: quando non poterit ei auferre pecuniam: cum talis erit qui non audeat eam oſtare, vt dixi, quia forte non poterat ſeparari à ſolo: de quibus forte loquitur hæc lex prædicta: alijs vero ruſticis auferet viginti ſolidos, ſi habuerint. & hoc eſt quod dicit lex viginti ſolidos &c. Vel dicas, quòd tollet vtrunque, ſcilicet arma & pecuniam, ſi habuerit: & exponas vel, pro &.

ᵇ Non, vt quem lædat, id eſt, non eo animo, vt quẽ &c. ecce vt hic palà dicit Imperator miſſennium animum habere arma deferentem.

ᶜ HIC FINIT: &c. Quidam aliter habent. ſcilicet vt ab hic incipit lex conſuetudinum regni. meliorem tamen puto hũc titulum, quia verũ eſt, quòd lex hic finitur, ſcilicet ſuperior lex de pace tenenda, ſcilicet Fridericus, & quod ſequitur, non eſt lex, ſed conſuetudines ſunt potius.

ᵗ Tõdeatur.

ᵈ DOmino. Solutus eſt. Nũquid vaſallus interim poterit vendere ſine conſenſu ipſius domini ſui banniti, ita quòd teneat venditio: & quòd dominus non poſſit eã venditionem reſcindere, poſtquã fuerit reſtitutus? Et videtᵘ quòd ſic, ad exemplũ filij eius, qui deportatus eſt: nã ea quæ geſta ſunt per ipſum filium tunc, quando pater eius eſt deportatus, rata debent haberi. nec infirmantur patre reſtituto: C. de ſentent. paſ. l. vlti. circa princi. & merito, nam & interim dum eſt bannitus, poſſet damnum impune in bonis eiᵘ dare: eum alias nihil videtur ei nocere bãnum. Item tunc non dicitur feudum vendi: quia tunc non videtur feudum eſſe, cum interim vaſallus eſt ſolutus à ſacramento fidelitatis, à qua fidelitate feudum

Bannitus nõ habet ſub ſe vaſallos ſicut nec excommunicatus.

feudum dicitur, vt ſ. per quos fiat inueſtit. & ꝑ quos reci. c. nulla. Sed dicas & forte melius, quòd non poſſit interim vendere: licet interim non poſſit venditio retractari. Nec enim dominus emiſit dominium directum, quod retinuerat tempore inueſtituræ propter bannum, niſi forte bona eius eſſent expreſſim publicata, eum etiam tunc forte eo reſtituto: & bona eius intelligerentur reſtituta, vt C. præd. titu. le. 1. & vlti. circa finem. & maxime ſi dominus habet filios, interim feudum ad eos pertinet, cum hodie bona deportati non publicentur, vt C. de bon. proſcrip. ſeu dam. l. cum ratio. Sed quid ſi dominus bannitus eſt ab aliqua poteſtate alicuius ciuitatis ſub cuius iuriſdictione eſt & dominus & vaſallus, nunquid interim vaſallus ſacramento fidelitatis abſolutus eſt, ita quòd non ſit obligatus ad eum adiuuandum, vel ei ſeruitium præſtandum? Reſpond. forte ſic. eadem ratione, vt in bannito à rege: cum ratio diuerſitatis reddi non poſſit. argu. C. de conſti. pecu. l. vlt. niſi forte diceres contrariũ ea ratione, quòd maior ſit ea aliqua poteſtate.

e Secundum vſum Mediolanen. imo ſecundum communẽ vſum. licet enim vaſallus ſeruitium domino non offerat: tamen non ob hoc feudum amittit: dum tamen domino petenti ſeruire paratus ſit. veruntamen ſi ſciuerit dominum magnum periculum imminere: vltro adiutorium ſuum debet domino præbere: alioqui feudum perderet, vt ſ. ſi de feu. contro. fu. ca. licet & hoc eſt quod dicitur infra, proxi. tu tamen ſcias &c. hæc tamen vertentur in cauſæ cognitione ſecundum quod hic dicitur, bonus tamen iudex &c.

h Et promptiores. hoc eſt quod alibi dicitur. ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. & fauorabiliores ſunt rei, quã actores, vt ff. de regulis iuris. l. fauorabiliores. & hoc eſt verum: niſi pro libertate & pro re priuilegiata pronunciari poſſit, tunc enim magis condemnare, quam abſoluere debemus, vt ff. de re iudica. l. inter

Abſolui- mus potius quã condemnamus.

ſacro fidelitatis, niſi ab eccleſia, vel à rege fuerit reſtitut[a]: ita nec iſtũ iniuſtè guerram alicui facientẽ. *Vaſallus non cogitur domino offerre ſeruitium, & quantocunque tempore ſteterit, quòd ſeruitiũ non præſtiterit, feudum non amittit. Fallit in tribus caſibus hic inſertis. Iacob. de Bel.*

Ad hoc quantocunque tempore ſteterit vaſallus quòd domino non ſeruierit: ſecundum vſum Mediolanen. [a]beneficium non amittit: niſi ſeruitiũ facere renuerit: vel niſi à domino ei denunciatum fuerit, & ille cùm potuerit, diu ſteterit, quòd ſeruitium nullũ ei fecerit. Bonus tamẽ iudex variè ex perſonis cauſiſq; definiet: & finget vaſallũ remotũ eſſe vel ꝓpinquũ: paratum eſſe, vel non: dominum guerram habere vel non: verũ ẽt magnã, vel paruam: & annunciauit ei dominus, vel non. hæc omnia vertuntur in cognitione cauſæ, & prõptiores. [b]ſumus ad abſoluẽdum, quã ad condemnandum. Tu tamen ſcias, ꝙ ſi vaſallus ſciat dominũ obſideri, vel aliter ei mortem imminere: & cùm poterit, ei nõ nunciauerit, vel etiam ſine nuncio eum non adiuuerit: feudo priuabitur. Si vaſallus in feudo aliquod ædificium fecerit, [c] vel ipſum ſua pecunia meliorauerit, & contigerit poſtea, vt vaſallus ſine filio maſculo decedat, dominus aut patiatur ædificiũ auferri, aut ſoluat pretium: [d]meliorationis. Idem dico, ſi pretio ſeruitutem fundo acquirat. Quidam alij dicunt omnino ad dñm pertinere. *Si vaſallus nullo herede relicto ante Martium deceſſerit, fructus domino pertinent, ad quem deuoluitur feudum: ſecus ſi poſt Auguſtum decedat: quia tunc eius heredes erunt. Bal.*

His conſequẽter dicitꝰ, quòd ſi vaſallus decedat ſine hærede maſculo, & ꝯtingat feudũ ad dñm reuerti: ſic diſtinguitꝰ, quòd ſi ante Martiũ: [e]oẽs fructus illius anni ex feudo ꝓuenientes ad dñm pertinebunt. [f]Si verò poſt calendas Martij vſq; ad Auguſtum: oẽs fructus, q interim percipiunt, ad hæredes vaſalli pertineãt. Si verò poſt Auguſtum: omnes fructus anni percipiet dominus. quidam tamẽ dicunt, quocunque tẽpore anni decedat, omnes pendẽtes fructus ad dominum pertinere. Cõtra omnes [g] debet va-

parere. Accurſius.

c Aliquod ædificium fecerit. cum fortaſſis facere nõ debeat, niſi hoc in fundo colligendorum fructuum cauſa faciat. Sed ſi quid ædificauerit: forſitan nec tollere, nec reficere ſine quæſtione poteſt: rem tamen ſuam poterit vendicare, argumen. ff. de vſufru. l. ſed ſi quid inædificauerit. in principio. Acc.

d Soluat pretium. alias enim ſubmouetur exceptione doli mali, niſi pretium exſolueret, vt ff. de actio. empt. & vendi. l. Iulianus. § primo. & inſtitu. de rerum diuiſione. §. certe illud. & ff. de vſufru. l. ſed & ſi quid & de rei vendicat. l. ſi fundi. poſſ. & lege, in fundo. & ff. de pignorati. actio. l. 2. & l. eleganter. §. vltimo. & l. ſi ſeruus pigno. & l. ſi neceſſarias. & ff. de contra. tu. tut. le. prima, §. finito. & ff. ad Trebel. l. hæres eum de. & l. ſi patroni filiꝰ. §. vlti. & ff. loca. & conduct. le. dominus. §. primo. & le. penultima. & qđ dicit poſtea idem dico, ſi pretio ſeruitutem fundo acquiſiuit: iſtud dico quia per ſe non poteſt ſubſiſtere: vt notatum eſt ſupra. Illi verò qui dicunt omnino ad dominum pertinere: ſine dubio inepte locuti ſunt, vt mihi videtur. Acc.

e Ante Martium. Quod hic dicitur de fructibus, diſtinguitur, vt alias in hærede fructuarij obſeruetur: vt ff. de vſufru. le. defuncta. ſed inter vxorem & maritum aliter fit fructuum diuiſio, vt ff. ſoluto matrimonio. l. diuortio. qualiter autem diſtinguatur, diligenter eſt attendendum: quia de facto ſæpiſſime accidit. quod vltimi dicũt, iniquitatem continet: & ideo male dicitur, ſicut ſuperius in alio cepi.

f Pertinebunt. quod iſti bene dicant, probatur argu. ff. de vſur. l. Herennius. & inſti. de rerũ diui. §. is verò ad quem vſusfructus.

g Contra omnes. ſed nunquid contra ſe debet dominum adiuuare? Reſpon. videtur quod ſic: quoniam generaliter iurauit ei vaſallus fidelitatem cõtra om-

Facit ad hoc c. ſi ꝑpter tua. de reſeri. lib. 6.

c E nes

ſallus dominū adiuuare & ꝯ fratrē, [a] & filiū, & patrē: niſi ꝯ aliū dñm antiquiorem. [b] hic enim cæteris eſt præferendus.

TITVLVS XXIX.

DE FILIIS NAtis ex matrimonio ad morganaticam contracto.

Qvidam habēs filium ex nobili cōiuge, poſt mortem eius non valens continere, aliam minus nobilē duxit: qui nolens exiſtere in peccato, eam deſponſauit ea lege, vt nec ipſa, nec filij eius [c] amplius habeant de bonis patris, quam dixerit tēpore ſpōſaliorum: v.g. decem libras vel quantū voluerit dare, qñ eam deſpōſauit: quod Mediolanen. dicūt accipere vxorē ad morganaticā, alibi lege Salica. hic filius ex ea ſuſceptis decesſit. Illi in proprietatem non ſuccedūt, aliis extantibus: ſed nec in feudo, etiam aliis non exiſtentibus: qui licet legitimi ſint, tamen in beneficio minimè ſuccedunt. In proprietate verò ſuccedunt patri, prioribus non exiſtentibus: ſuccedunt etiam fratrib. ſine legitima prole decedentibus ſecundū vſum Mediolanenſium.

TITVLVS XXX.

DE FEVDO fœminæ.

Filiæ matri in feudo fœmineo ſuccedunt, maſculis non extantibus ſecundum Obertum, & Gerardum: ſed ſecundum alios non ſuccedunt, niſi per pactum ſit actum. Bal.

SI fœmina habēs feudū deceſſerit: quia fœmineū eſt feudum, & ſine pacto ſpeciali, deficientibus filiis maſculis [d] ad filias pertinebit. Obert⁹ & Gerardus. Alij verò dicunt, niſi per pactum ſpeciale ad eas nō pertinere, ſicut ſi datū eſſet filio maſculo, quia ſi ideo, quod eſt fœmineum, ſine pacto tranſit in fœminas: eadem ratione quia eſt fœmineum, tranſit in fœmineam prolem, etiam

nes homines: vnde generaliter facienda eſt interpretatio, vt arg. ff. de lib. leg. l. ſi quis rationes. & C. de fideic. l. cum virum. vnde cum fecerit diuiſionē perſonarum vniuerſos comprehendere intelligitur. argumen. C. de donat. l. data. & maxim eum teneatur contra filium eum adiuuare, vt ſtatim ſequitur: cum eadē quaſi intelligitur patris perſona cum perſona filij: arg. inſtitu. de inuti. ſtipul. §. ſi quis. ſicut aliàs nō intereſt, vtrum veritus ſit in ſe pater an in filiis: vt ff. quod met. cau. l. iſti quidē. §. vlti. ſi enim vaſallus tenetur dominū adiuuare contra filios, & ab illis eum defendere: ergo multo fortius contra ſe, & à ſe. argu. ff de condi. indeb. l. frater. & C. de enic. l. ſiue. contra vſ. q nō debeat contra ſe dominum adiuuare. Nec enim ſemper eſt facienda interpretatio generaliter generalis ſermonis, argumen ff. de mi. l. illud, in fine. & de procurator. l. mandato. imo de generalibus eſt facienda tacite exceptio, vt ff. de ſerui. l. ſi cui: non enim eſt credēdum, quòd intellexiſſet iurare contra ſe: cum ſpecialiter contra ſe nō fuiſſet iuraturus: vt argumen. ff. de pecu. l. qui peculij. In generali enim iſto iuramento videtur iſ de extraneis cogitaſſe ſiue dixiſſe. arg. ff. loca. & conduct. l. qui inſulam. §. vltimo. & ff. commuo. prædiorum. l. quicquid. Item facit contra eum: quia contra ſtipulatorem debet fieri interpretatio, ff. de verborum oblig. l. ſtipulatio iſta. §. 2. pro domino vero adhuc videtur facere litera ſequens, ſ. niſi ꝯ alium antiquiorem dominū &c. cum ergo vnum excipiat, merito omnes alios vſ comprehendere, argu. ff. de iu dt. l. ſolemus. quid ergo dicemus? Reſpon. q non teneatur contra ſe dominum adiuuare: qm in iſto generali ſacramento vſ tantum de extraneis cogitaſſe: vt argum. ff. com. præd. l. quicquid. Item alia ratione: aut. n. dominus iuſte habet guerram cū eo, aut iniuſte: non propter aliud de cauſa leui, niſi propter aliquam culpam ipſius vaſalli, vnde eo ipſo forte poterit feudum ei auferri. ad quid ergo teneretur eum adiuuare contra ſe: cum nihil aliud pateretur: ſi etiam contra alios eum non adiuuaret, niſi quia feudum amitteret? ſi adſ iniuſte: adhuc idem quia hoc ipſo deberet dominus amittere proprietatem feudi: ſicut vaſallus caderet à feudo: ſi contra dñm hoc faceret, vt ℥. ſi de feu. controu. fuerit. e. domino committente. & infra qualiter dominus à propriet. e. ex facto, & arg ℥. de for. fide. in fi.

Vaſallus contra ſe dñm iuuare nō tenetur.

[a] fratrem. ſed nunquid dominus eodem modo debet vaſallum adiuuare contra omnes homines, & contra fratrem & filium? Reſpon. vtique, cum in his omnibus debeat dominus vaſallo vicem reddere, quæ vaſallus tenetur præſtare domino, vt ſupra prædicto titu. de forma fidelita. in fi. cum etiā dominus amittere proprietatem per eandem feloniam, per quam vaſallus amittit feudum: vt ſupra, ſi de feu. controuer fue. e. domino committente, & ℥. qualiter dominus propri. e. ex facto.

[b] Dominum antiquiorem ſ. à quo ante feudum tenebat. vnde recte facit, ſi nominatim excipiat eum, quando iurat fidelitatem, ſicut nominatim debet excipere perſonam imperatoris, vt in conſtitutione Friderici, imperialē. §. illud quoque præcipimus; & merito, quoniā qui prior eſt tempore, potior debet eſſe iure. ff. qui potio. in pigno. hab. l. potior.

DE FILIIS NAtis, ex matrimonio &c.

[a] QVidam. Nec filij eius. De talibus filijs intelligo loqui. ℥. ſi de feu. controuer fue. e. mulier & c. filij nati. vt antiquitas ſecundum leges. habeat authoritatem, & vocatur hæc lex Salica.

DE FEVDO FOEMINÆ.

[a] SI fœmina. Maſculis. hic no. quòd filij non ſuccedunt matri in feudo, licet à matre ſumpſerint initium, & hoc ſecūdum iſtos: licet aliis aliter videatur, vt ℥. dicitur proxi. c. §. i. ſ. de na. fue. feu. & merito non ſuccedunt ſine pacto ſpeciali, nam ſecundum rigorem cōſuetudinis filij maſculi non ſuccedunt matri in feudo, cum ſecundum vſum regni dicatur feodum paternum, & non maternum, ſed de æquitate admittuntur. vt ℥. titu. an maritus ſucce. vxo. in bene. c. ſi fœmina.

Succe-

a Succedere. niſi forte paratus ſit ſeruire ꝑ ſubſtitutum domino, arg. C. de epiſc. & cle. l. quiſquis, & l. ad ſimilitudinem. & ff. de arbi. l. ſi arbiter. in fi. l.

b Poſtpoſuerit. ſtatim enim cū fuit factus clericus vel conuerſus, fuit domino feudū apertū, ſicut & de eo qui feudū illicite alienauit non volun tate domini. licet enim recuperauerit ab emptore non tñ penes ſe retinebit: cū domino erat apertū per alienationem vt infra, quid iur. ſi poſt ali. feud. va. recup. e. præterea. hic ergo colligitur manifeſte, quòd non reſtituuntur amiſſa: licet in priſtinum ſtatum ſit redierit, vt ar. inſtitu. de ca. di. §. quod autem. & ff. de adop. l. qui libertus. argu. contra, C de ſen. paſ. & reſtitut. l. 1. & vlti. & ff de in ius vocan. l. ſed & ſi. & argum. contra. ſ. titu. hic finitur lex. ca. 1. & in ſumma, vt in libel. diſt. Py. dr. nec enim ſura reſtaurantur, alias reſtituantur.

c Succedunt. etiam ſi eum forte acquiſiuit: forte cum eſſet clericus: quoniā ſcriptum eſt. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, vt in decret. 16. diſt apoſtolorum. & capit. placuit, ſicut ſupra dictum eſt. qa qui factus eſt miles Dei, deſinit eſſe miles ſeculi, vt ſ. de eo qui ar. bel. dep. l. r.

maſculis extātibus, quod falſum ē. Ex hoc illud deſcēdit, quod dicitur, clericum nullo modo in beneficium paternum debere ſuccedere, a etiā ſi poſt ea quàm habitū religionis aſſūpſerit, poſtpoſuerit. b Idem in oibus qui habitum religionis aſſumunt, vt ꝯuerſi, hi. n. nec poſtea in feudo ſuccedūt c et ſi qđ habent ꝑdunt.

TITVLVS XXXI.

SI VASALLVS feudo priuetur, cui deferatur.

Filius non ſuccedit patri in feudo, nec agnati vſq; ad tertium gradum: quādoque nec deſcendentes in infinitum, ſi vaſallus feudo priuetur propter ſuum delictum: niſi filius conquirat domino gratiam ſibi faciente, nō extantibus agnatis. Ba.

VAſalli feudū delinquentis licet ad agnatos quādoque d ꝑtineat: filius tñ e ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterū à dño licitè acquirat ſibi gratiā f faciente: v.g. ſi non ſunt alij ex latere, qbus g aperiat ad eius petitionē admittuntur, q quarto gradu ſunt remoti ab eo, q id acquiſiuit, & ēt vſque ad infinitum: dū tñ hos conſtet ab eo per maſculos deſcendiſſe.

SI VASALLVS feudo priuetur, cui deferatur.

Vaſalli. Quandoque. puta qñ beneficium non eſt nouum: quoniam aliàs non pertineret ad agnatos ſed ad dominum: & ita intelligunt quidā qđ legiſ. ſ. in quibus cau. feu. ami. §. vlt. ſcilicet vt ibi loquat de nouo beneficio. tamen puto quòd hic loquatur de paterno, & quod hic dī, licet quandoque. intelliges. ſ. quando vaſallus non deliquiſſet in dominum ſed in alium: quoniam tunc pertinet ad agnatos & non ad dominum ſecundum quod ibi dicitur. ſi autem in dominum deliquiſſet, tunc ſecus eſt, & hoc eſt quod ibi dicitur, vt dominus habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionē, licet videatur forte ꝗquior ſententia prior: ne ex delicto alterius alius damnum patiatur.

e Tamen. ſic ergo eſt deterioris conditionis filius quàm alius, & patris delictum nocet filio. alterius ergo delictum alteri nocet, quod ſit plerunque propter delicti magnitudinem, vt C. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. aliquando propter nimiam perſonarū coniunctionem ff ſi quis alt. teſt. prohi. l. 1. licet alibi dicatur, quia delictū patris filio nocere non debet, vt ff. de ſena. l. emancipata & de bono. poſ. contra. tabu. l. 2. & 3 & de pœn. l. mortis, §. penul. & in ſumma. vt not. in libel. Py. diſpu, cap. pleniſſime, ſupra' dictū eſt, qualiter quis ex ſuo facto &c & ti. ſequen. aliquando etiā filij delictum nocet patri in feudo quod pater habebat, vt in conſti. Frid. imperialem. §. inſup ſi filius vaſalli.

f Gratiam. hoc tale eſt ac ſi dicat, tunc non poteſt dominus filio gratiam facere.

g Quibus. & ita videtur, quòd ex latere venientes excludant non ſolum filium in caſu iſto: ſed omnes etiam deſcendentes: quod forte, eſt verum, imo ſine forte, vt ſupra, ſi de feu. contrhouer fu. e. ſi vaſallus culpam.

TITVLVS XXXII.

QVI TESTES ſunt neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam.

Noua inueſtitura probatur per teſtes pares curtis aut per breue teſtatum à paribus confirmatum, ſiue dominus ſit laicus, ſiue clericus, nec aliter facta valet etiam, ſi dominus confiteatur factam, & alij contra teſtātur. Vetus autem inueſtitura probari poteſt teſtibus quibuſcunq; paribus vel nō paribus: maſculis tamē, nō fœminis. Bal.

SIue clericus ſiue laicus ſit dñs, ad probandā nouam inueſtiturā h ſemper pares curiæ ſunt neceſſarij. & ſi ſine eis facta ſit inueſtitura, ēt ſi dominus confiteatur factam: quia tamen ſine hac ſolennitate facta eſt, non valet, etiam ſi probari poſſit per bre-

QVI TESTES ſunt neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam.

h SIue clericus. Ad probādam nouam inueſtiturā. Hic manifeſte corrigitur, quod dictum eſt ſupra, quid ſit inueſt. in princ. Vel dicas, quòd iſtorum ſententia corrigitur per alios, qui melius dicere videntur, & merito eorum ſententia prævalet. nam & hæres decurrens ad ſolennitates tutis eum ab eo legatum vel fideicommiſſum petatur, ſoluere detrectans non auditur, vt C. de fideicommiſſ. lege, quæſtionem. & inſtitut. dē fideicommiſſ. hæredita. §. vltimo. ſed occurret inſtantia Nam reperitur, quòd pater dicit emancipationem à ſe factam: ſed decurrens ad iuris ſolennitatem filium reduxit in poteſtatem ſuam, vt C. ſi aduer. rem iudic. lege, ſi cum. Solu. ibi reuocat: quia de ſubſtantia emancipationis aliquid defuerat: puta quia non fuerat authore prætore facta, ſed hic non eſt ita: quoniam teſtes non ſunt de ſubſtantia inueſtituræ, vt ita diximus. argument. ff. de adoptio. l. poſt mortem. qui autem teſtes in vtraque inueſtitura ſint neceſſarij ad ipſam probandam, notatum eſt ſupra, quid ſit inueſtitu. ca. 1. §. ſi enim. hic ergo ſecundum meliorē ſentē iam nō nocet, & ſi du

a Gloſſator hiu non recte tradit qm̄ hoc qđ dicit teſtes nō eē de ſubſtātia: qn imo eos de inueſtituræ ſubſtātia eſſe cōſtat. ſupra quib. mod. feu. cōſti. poſ. c. 1. & ſi de inuu. ſti. inter dominū & vaſ. lis oriat. c. 1. & ſup. qđ ſi inueſti. c. 1. ſecundū Pigpo. vñ merito hic refellitur, à Iaco. Bel. Odofre. & Bald.

ſolennitate aliquid deeſt, quibus ſubueniri poteſt, inf. 3. char. Accur.

DE CONSVETVDINE
recti feudi.

a Sciendum. Inueſtitura. & per eam ſolã pôt conſtitui, vt ſ. quib. mo feu. conſti. poteſt c. ſciendum &c. iſtis autem duob⁹ modis poteſt acquiri, vt hic, & ſ. de feu. cog. ſciendũ: imo & tertio modo, vt hic, & quarto ſimiliter. vt notatur in ſumma qualiter feu. conſti. & acquiratur.

b Paribus curiæ. ſi autem non dixit coram curiæ paribus, tunc forte ſecus eet: qm̃ tunc nõ propria feudũ, ſed quaſi feudum cenſabitur, donec vixerit ille, qui ita nactus fuerit, & nullũ in eo habebit ſucceſſorem, vt ſup. quib. mo feudũ conſti. poteſt c. ſciendũ. vnde talis erit differentia inter hunc caſum & illũ, quoniã hic dixit corã curia, ibi verò nõ, vel etiã intellige hũc caſum ſm̃ illum. Acc.

c Feudi no. quod ex eo ſolo vaſallus poſſeſſor efficitur: quia animo ſolo non acquiritur poſſeſſio. vt ff. de acqui. poſſeſſ. l. poſſideri. in princ. licet videatur obuiare. ff. de prædicto tit. l. 1. §. fin. & qualiter intelligatur, ibi exponitur. Hic no. per patientiam poſſeſſionẽ transferri. ſimile. ff. de don. l. qui ſaxum. & de acqui. re. dom. l. qua ratione. alias transfertur poſſeſſio per retentionẽ vſuſfructus C. de dona. l. quiſquis. & l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi. quis. alias deſignatione, vt ff. de peric. & com. rei vend. l. quod ſi. alias oculorum ſubiectione dñ. tamen effectus interueniat, vt ff. de acquir. poſ. l. 1. §. ſi iuſſerim. & l. qđ meo. §. ſi venditorem. alias alterius rei traditione, puta clauium horrei, vel cellæ uinariæ. ff. prædicto ti. l. 1. §. ſi iuſſerim, & de contrah. emp. l. clauibus, alias cõductione, & oẽs iſti quinq; caſus transferendi poſſeſſionẽ his verſib. declarant, Viſu, ſiue rei mutuatæ uanditione. Si conductorẽ iuſſi deponere: terũ Clauib. & Chartis rmea ti conduco ſcienter. Quamuis non aliter detur, poſſeſſio tranſit.

Poſſeſſionem tranſferendi quinque ſunt caſus.

ue teſtatũ. Sed ſi alij contra teſtantur, & ſi dominus confiteatur factam, decurrens poſtea ad ſolẽnitatem conſuetudinis, non audiatur: ſed tale habeatur, ac ſi pares affuiſſent: ſed alij, etiam ſi probari poſſit per breue teſtatum: vt Obertus & Gerardus: niſi à paribus curiæ fuerit confirmatum. Conſules tamen Mediolanẽſes nuper in quibuſdam omnia ꝯ reſcripſerunt: in quo ferè omnes Mediolanenſes conſentiunt & conſentiunt, vt breue teſtatum non à paribus, ſed ab aliis confirmatum ſufficiat ad probandam nouam inueſtituram. Nouam inueſtituram dico, quando feudũ primò quæritur. De veteri autem beneficio inueſtituræ, quæ fit à domini ſucceſſore, vel vaſallo ſucceſſori: etiam extranei recipiuntur ad teſtimonium, præter fœminas ſecundum vſum Mediolanen. Iſtæ enim nec in cauſis feudi, nec aliorum recipiuntur ad teſtimonium, cæteri autem recipiuntur in omnibus, quæ ad cauſas feudi pertinẽt, preterquam de noua inueſtitura.

TITVLVS XXXIII.

DE CONSVETVdine recti feudi.

Primò ponit, quibus modis acquiritur feudum. Secundò qualiter probetur noua inueſtitura, ſecunda ibi. Quod tamen dictum. Baldus.

Sciendum eſt itaq; feudũ acquiri inueſtitura, a ſucceſſione, vel eo, quod habeat pro inueſtitura. vt ecce, ſi dominus alicui coram paribus curiæ b dixerit. Vade in poſſeſſionem illius fundi, c & teneas illum pro feudo. Licet enim non interceſſiſſet inueſtitura: tamen tale eſt, ac ſi interceſſiſſet: qa ille eius voluntate poſſeſſionem fundi nactus eſt feudi nomine. Inde etiã dicitur, quod ſi alius probauerit ſe aliquid nomine beneficii aliquo tempore d tenuiſſe domino præſente, & non contradicente, e & ſeruitium eius quaſi à vaſallo recipiente, licet nõ probet f inueſtiturã, verumtamen obtinebit p̃ſtito iuramẽto: niſi aliud contra inducatur. Quòd autem dictum eſt, vt per pares probetur inueſtitura, intelligendum eſt de domino, qui alios habet vaſallos. cæterum ſufficiunt extranei. Nec dicatur inueſtituram, vbi ſine paribus facta eſt, valere, quoniam tunc temporis aberant pares: quia etiã ſi abſint, tamen expectandi ſunt. g Sacramẽtum non ſemper eſt dandum poſſidenti, ſed quãdoque poſſidenti, quandoque petenti, quãdoq; neutri datur: & cùm alicui horum datur, ita demum datur, ſi aliquid ꝓ eo ſit, quod iudicem mo

d Aliquo tempore. ſed de quo tempore intelligitur? Reſpõ. ut ſi d. a anno. vt ſupra. ſi de feud. controuer. c. ſi quis per xxx. annos, vel intelligat etiam de tempore vnius anni, per quod ſteterit in poſſeſſione ſciente dño ipſo hoc non ignorante cum delatione iurisiurandi, vt ĩ ſequitur, præſtito &c. & ſup. ſi de inueſtit. inter dñm, & vaſal. lis oria. §. ſi autẽ aliquis. & non intelligas de dicto tempore xxx. anno. quia tunc puto ſine delatione ſacramenti debere abſolui.

e Et non contradicente. valde notabile hoc verbum eſt. nam propter hoc videtur conſentire, & ſibi præiudicium facere. & oia notantur de hac materia, ſup. ſi de inueſtitu. inter dñm & vaſa lis oritur §. ſi autem aliquis.

f Non probet. & merito: quia contra dominum præſumitur, eum præſens fit. vt notatur ſupra de inueſtitu. inter dominum & vaſall. lis oritur §. ſi autem aliquis. Item ſupplet vel quaſi probet, puta iurando, vt ſequitur ſtatim præſtito iuramento &c & infra en l. §. Item ſi inter dominum, iuſiurandum enim eſt loco probationis: vt inuenies notatum ſupra ſi de inueſt. inter dnm & vaſ. lis oriatur. §. ſi quis ſo vel patrem &c.

g Expectãdi ſunt &c. quod i diſtinctione notauimus: quod ſi abſint pares, expectari debent, aliàs n. non valeret noua inue-

Inueſtitura, vt hic dicitur. poteſt & hic notari argu. ad quæſtionē illam, in qua dr̃ de eo qui ſibi ius dixit propter inopiam magiſtratus. nã & ibi dicitur, q̃ ſi aberat: debuit tamen expectari.

cum iuſiur. defert liberto, non tenetur de calumnia iurare, vt ff. de iureiu. l. iuſiurandũ. §. qui iuſiurau.

h A parte domini. non eſt enim defendendum amplius ab aduerſarijs ſuis quærere concedi, quam ab alijs pulſati facere patiantur: vt C. de fru. & lit. expen. l. vlt. Acc.

ueat. a vbi nihil eſt, qđ faciat pro aliquo eorum præter poſſeſſionē ſolã: tunc ſecundum q̃ iudici melius viſum fuerit, aut poſſidenti dabitur ſacramentũ: aut actore nihil probante, qui conuenitur, ẽt ſi nihil præſtiterit reus, tñ abſoluitur, vel obtinet. Et cũ datur, aut datur à iudice, aut à parte. ſi à parte: aut ſubeat cũ duodecim ſacramentalibus ſm inferiorẽ diſtinctionẽ, aut referat b pars, cui delatum eſt. Si à iudice, iuret ille, cui delatũ eſt cum duodecim vaſallis, cũ ſex parentibus, c cęteros ſi vult habeat extraneos. dñs verò, ſi vult, d cũ parentib. aut cum vaſallis ſolis, aut cũ parentib. vaſalli, vel cum extraneis miſtis parẽtib9: vel vaſallis: & iurabit vaſallus ſine mentione conſcientiæ. a Dñs quoq; de ſuo facto ſimiliter. De facto verò patris, vel aui, aut alteri9 aſcẽdẽtis, iuramento conſcientia præponetur. Quidam tamen dicunt non † quidem conſcientiam eſſe præponendam.

Vaſallus à domino non poterit exigere iuramentũ calumniæ: ſed nec dominus exigere põt à vaſallo: alioqui ſi exegerit, et ipſe cogetur iurare. B.

In quibus f ẽt cauſis ſacramentũ calumniæ à dño non exigetur: quod nuper Rex Fridericus in Romandiola conſtituit: vt vaſallus calumniæ ſacramentum à dño g nõ exigat: quod etiam à parte domini h intelligendum eſt: vt quod quiſq; i iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur. Similiter vaſallus dominum accuſare, k vel teſtimonium contra eum reddere non debet in ciuili cauſa modica aut criminali. Quidam tamen dicunt in criminali non licere, in ciuili licere. in quibus ſi contra fecerit, l feudo priuabitur.

Si contentio eſt de beneficio inter dominum et vaſallum: domino poſſidente, vaſallo autem in probatione deficiẽte, abſolui

Præſumptionem inducit unius depoſitio.

a Iudicem moueat. Sed nunquid propter vnum teſtem ſe mouebit iudex? Rñ. vtique: inducit enim præſumptionem vox vnius, argu. ff. de iureiur. l. ſi duo patroni. § prin ci. & de lib. agno. l. 1. § fi. & C. de aduo. diuer. iud. l. nemini. & C. de decur. l. ſi quis decurio. & ff. quemadmo. teſt. aper. l. 1. & 2. in fi. & de dote præle. l. Theopompus. licet contra ſit in au then. de inſtru. caut. & fide. §. ſi vero moriãtur omnes. col. 6. vbi dicit, & omnino ſe putauerit. & arg. cõtra. ff. de quęſ. l. maritus, ſed ideo ibi fuit remota quęſtio ancillæ: quia nõ debuit in dominum ſuum torqueri. C. de quæſtion. l. 1. item licet contra eodem iure: vt no. contra. C. de teſti. l. iuſiurãdi. ſi ergo vis circa hũc articulum diſtingue latius: & recurre ad diſtinctionem Pyl. actore non probante &c. ſic ergo ſecundũ determinationẽ iſti9 capi. eſt intelligendũ quod dicitur, ī. ſi de feud. contro. fue. cap. inter filiam, & ſuſia de controuer. inter maſc. & fœmi. de benefi. cap. item ſciendum.

† Alias, nunquã con. aliàs non ſemper conſcien.

b Referat. nimirum nec velle iurare, nec iuſiurandum referre, manifeſtæ turpitudinis eſt. ff. de iureiur. l. manifeſtæ. Accur.

a Parentibus. hic potius parentibus creditur, quàm extraneis, cum ex neceſſitate ſex debeant adeſſe: de reliquis eius arbitrio relinquitur: licet contrarium ſit in vltimo. Accur.

d Si vult. hic melioris conditionis eſt dominus. q̃ vaſallus. Sed quæro, ſi vaſallus propinquos non habeat, quid iuris ſit? Reſpon. tunc alij admittuntur in defectum. nimirum & alibi inopia emergẽte probationis admittuntur ij, qui alias repellerentur. C. de hær. & Ma. l. quoniam. in fi. & ff. de teſti. l. ſerul. Reſpõ. vt in ſumma.

Periuriũ anceps ſubire quis nõ debet.

a Conſciẽtiæ. ſic ergo de incerto iurat: ſicut & aliàs in Lomb qua. quis le. defende. de ſi contigerit. & l. ſi quis poſt mortẽ. Sed opponitur, quòd anceps periurium ſubire vr̃. ff. de in lit. iuran. l. videamus.

f In quibus. In quibus etiam iurat vaſallus de calũnia, ſi ſacramentum de feudo non fecit. Acc.

A domino. in hoc ſimilis eſt dominus patrono: q̃

i Quòd quiſque. ſed quomodo hoc eẽ potuit. non video, dicit ſolicitus. aut. n. Imperator per impetrationem iniquum ius ſtatuit, aut ſine impetratione. in primo caſu ille ſolus q̃ impetrauit, eſt puniendus, cum alterius factum alteri imputari non valeat, vt 2. quæſtio. §. capitu. primo. in princi. vel cap. interrogatũ. Item res inter alios acta nõ debet alijs obeſſe nec prodeſſe, vt C. res inter alios acta. l. vltima. C. de pac. debitorum. licet pro & cõtra aliquando reperiatur, vt in illo generali: res inter alios acta &c. in ſecundo caſu vbi ſine impetratione datum eſt tale ius, nullus eſt puniendus, vt C. quod quiſque iur. l. tertia. nimirum licet offeratur quod exigi prohibetur: vt in authen. de ſan. epiſc. § ſi quis autem. collat. nona. & ff. quod quiſque iur. l. tertia. & ff. quę in frau. cre. l. pupilli9. & C. de cri. ſacri. l. ſi & C. de pe. bo. ſub. l. 2 & ff. qui & à qui. ma. l. vlti. & ff. de var. & extraor. co. l. 1. & C. de offi pręfe prętto. l. 2 quid ergo eſt, qđ generaliter hic dicitur? Rñ. per impetrationem ſtatuit hoc Imperator, verum voluit hoc generale eſſe, & quod dixit ff. quod quiſq. iur. &c. dixit contemplando perſonas, quæ huic edicto cauſam præſtiterunt.

Et adde ſecundum Bal. quòd quiſq. iur. locũ non habeat per extenſionẽ nõ autẽ per inuẽtionẽ, ad qđ inducit. l. ſi quis mihi bo. §. ſi quis.

k Accuſare. hoc ẽt dicitur de patrono & filio patroni, qui prohibẽtur libertũ accuſare in cauſa capitis, vel teſtimonium contra eum reddere. & ſi contra fecerint, ab omni bonorum poſſeſſione contra tabulas remouentur. ff. de bon. lib. l. qui cum. liberti quoque aduerſus patronos reddentes teſtimonium puniuntur, vt C. de teſtibus. l. aduerſus. is etiam qui ſub teſtimonio ſuo intentionem accuſatoris adiuuat, uel actoris fideiuſſor extiterit: à relictis in teſtamẽto priuatur: & libertas data ſeruo, qui teſtm̃ teſtimonio ſuo infringere uoluit, aufertur. ff. de iis quib. ut indi. l. poſt. §. ætati. & § an libertas.

l Priuabitur. iſtud intelligitur, quando nulla neceſſitate cogẽte uaſallus teſtimonium dixit, alioqui excuſabitur, vt no. ff. ſi quis cau. l. 2. §. 1. & argum.

tur dominus ſine iuramẽto, ſed vaſallo poſſidente, & domino in probatione deficiente, ſi longa eſt poſſeſſio vaſalli: ſibi defertur ſacramentum: ſi noua, defertur domino, niſi præſumptio ſit pro vaſallo. Bal.

Item ſi inter dñm & vaſallum cõtrouerſia ſit de beneficio: poſſidente dño, & vaſallo in probatione deficiente: qui conuenit, nullo pſtito ſacramento abſoluatur. vaſallo vero poſſidẽte, & actore in pbatione deficiẽte: ſi longa ſit[a] vaſalli poſſeſſio, eius iuramento cã finiaẽ. vbi verò noua eſt poſſeſſio: ſacramentũ ei non præſtabitur, ſed domino deferẽ: niſi aliud faciat pro poſſidente.

TITVLVS XXXIIII.
DE LEGE Conradi.

Si inter capitaneos regis eſt contentio: coram rege debet definiri per l. Cõradi. ſi vero inter valuaſores, coram paribus curiæ. Bal.

Ex Conradi de beneficio: quæ dicit. Si inter capitaneos cõtrouerſia ſit, coram rege finiatur: ſi inter valuaſores: coram paribus curiæ: Mediolani non tenetur: † Sed talis diſtinctio ibi obſeruatur, quia ſi inter duos, quicunque fuerint, de beneficio regali controuerſia fuerit, quorum vterque à rege ſe dicit inueſtitum fuiſſe: tunc cauſa coram eo decidatur. cæteræ verò cauſæ apud pares curiæ. Si aũt inter pares[b] duos de aliquo beneficio controuerſia ſit, quorum vterq; ſuum feudum propriũ eſſe dicat: ſiue aſſerant eundem inueſtitorem ſiue diuerſos: coram iudice vel arbitro finiatur.

Sed cùm vnum producunt inueſtitorẽ: ſi poſſidenti dñs guarentizare voluerit: ſine fraude ipſe obtinebit: niſi aduerſarius ꝯ aliquid induxerit.

Dominus ſine vaſalli voluntate feudum alienare nõ poteſt: ſed hoc nõ ſeruatur Mediolani. Bald.

f Poteſtatem. Sed quid ſi non habeat iudicialẽ poteſtatem, & debitor ſuus fugit, nunquid ſua authoritate poterit rẽ ab eo auferre, ita vt nõ incidat in cõſtitutionẽ illã. l. ſi quis in tãtã. C. vnde vi. vel ius crediti amittat per legem illam, extat edictum diui Marci. vel debebit ne iudicẽ expectare? Reſp. dixerunt 2 quidam quod tunc etiam non expectata iudicis authoritate poterit ei rem ſua authoritate auferre, vt arg. C. de iud. & cæli. l. nullus. C. de decu. l. generali. lib. 10. quod non credo verum eſſe. verum eſt enim, ſi ipſe fugeret, quod poſſet eum detinere donec ad iudicem poſſet eum perducere, vt ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. ſi debitorẽ. non tñ poterit ei per violentiam rem auferre ſecũdum quod ſatis dr̃ in prædicta l. generali. & no ff. quod met. cau. ſuper illa l. prędicta, extat edictum. Sed quid ſi non fugit? Reſpon. nec tunc ſua authoritate debebit auferre: veruntamen ſi timet rem ſuam vſucapi vel præſcribi, vel timet aliter actionẽ ſuam tempore perituram, actionem forte iniuriarum, vel aliam, debebit proteſtari publice in ſcriptis cum ſubſcriptione tabellionũ: vel ſi nõ poterit eos habere, ſubſcriptione teſtiũ teſtium, quod vult agere contra eum, & per eũ non ſtat, ſed per iudicem, qui abſens eſt: & hoc faciat, vbi aduerſarius habet domicilium: & ita interrumpet tempus: vt C. de ann. excep. l. vt perfectius.

2 Et bene ſi res ſit ex pientis. Andr. de Iſer. Aln. & Bal. ſecus ſi eſt ſibi debita obligatione pſonali. vt ſequen. opi.

g Exequatur & non ſua authoritate. alias enim incidaret in edictum diui Marci, vel in cõſtitutionem illam, ſi quis in tãtam: vel in alias contra quas faceret. idcirco enim vigor iudiciorum & iuris publici tutela eſt in medio conſtituta, ne quiſquã ſibi ipſi permittere valeat vltionem: vt C. de iud. & cæl. l. nullus. ſed ſi iudex noluerit ei facere iuſtitiam, ipſe iudex tenebitur ſibi reſarcire damnũ, vt j. ea. l. §. iudices verò. Si verò maior iudex fuerit, punietur in 10. libris auri. ſi minor, in tribus: vt ibidem ſequitur, ſi quis verò temerario.

h Pacem violare q.d. nos volumus, quod omnes ita ſtent in pace, quam iurauerint: vt ſi aliquis paſſus fuerit iniuriam ab aliquo forte ante pacem iuratam vel etiã forte poſt: vel aliquid ei debeant: quòd adeat iudicem, & per eum ius ſuum proſequatur, & non per ſe ſumat vindictam vel ius: alioqui tanquam pacis violator punietur. & hoc eſt quod ſequitur, ſi quis verò temerario auſu.

i Centum librarum auri. & ita debent iſti puniri in 100. lib. au. & alij iudices minori pœna, ſecundũ quod ſequitur, & ita puniuntur maiori pœna maiores quam minores. & hoc etiam verum pecuniariter ſecundum quod hic dicitur, multo magis enim pœna ſunt digni &c. vt C. de epiſc. & cle. l. presbyteri. in fi. hoc enim quod ſunt marchiones vel duces, vel comites, habent à principe. vt ſupra, quis dica. dux, cap. 1. corporaliter autem maiori pœna debent puniri minores, vt C. de ſumma trin. l. nemo clericus. & hæc vera ſunt, quod præſtabunt dictam pœnam, & prætérea punientur ſecundum qualitatẽ criminis: & hoc eſt quod ſequitur, homicidium quoque &c. prætérea reſarcient damnum ei, contra quem pacem ruperint. vt hic ſtatim ſequitur, & damnum paſſo &c.

Iniuriã augent locus & pſona.

k Iniuria. quæ quidem iniuria inſpici à iudice debebit, ſi fuerit atrox vel non. inſpicere etiam debebit in quem, & à quo facta fuerit iniuria, & quo loco, vt maior æſtimetur ex pſona vel loco: ſecundũ quod hæc omnia dicuntur inſti. de iniur. §. atrox. vt ſecũdum qualitatem iniuriæ debeat puniri. Idẽ inſpicere debebit, ſi deſcendit iniuria ex l. Cor. puta eum dicat ſe pulſatum vel verberatum, vel domũ ſuam per vim ingreſſam, an deſcendat ex iuriſdictione prætoris ſicut alia eſt præter prædictam, vt illa quæ deſcendit à lege, puniatur arbitrio iudicis, ſ. in vtraque pœna corporali & pecuniaria propter contumeliam: vt ff. de iniur. l. conſtitutionibus. In prætoria 3 verò iniuriam paſſus æſtimabit ſuam contumeliã, & iudex pœnã corporalẽ, vt inſti. de iniu. §. pœna. & hoc inſpiciet, an agatur ciuiliter, an criminaliter, quod fieri põt: vt in primo caſu pœna imponatur ſecũdũ quod ſuperius dictũ eſt, ſi criminaliter, extraordinaria pœna

3 Idẽ in ciuili deſcẽdẽti ex lege Cornel. ſed in vtraq; iudex taxabit. Iac. Alua. & An. de Iſer.

ᵃ ſeu furtũ ᵃ legitimè puniatur. ᵇ Homici-

pœna officio iudicis punietur, vt inſtit. prædi. tit §. in ſumma verum autẽ poſſit agi vna, ſi actũ fuerit à-lia, variatur, dixerunt enim quidã, ¹ quod ſi agat quis pro iniuria ſibi facta ciuiliter, nõ poterit poſtea agere criminaliter, vel econtra: poteſt enim vtraque agi, vt ff. de iniur. l. prætor. §. t. ſed ſi agit ciuiliter pro eo quod ſeruus ſuus ſit dolo malo interfectus, nihilominus poterit poſtea agere criminaliter, & cõ. vt C. qñ ciui. ac. præ. cri. l. t. & hoc dixerunt tali rõne: quia qñ ali cui fit iniuria, non habet̃ æſtimatio rei familiaris. i. dãni dati: ſed tantum contumeliæ M. verò nõ cõſen-tit cum eis in priori caſu: ſed in poſteriori ſic, & hoc tali ratione. ſ. quia in eo caſu quo quis habet ciuilẽ, iudicis eſt æſtimare vtrunque. ſ. contumeliam factã, & pœnam corporalem. Is verò qui iniuriã paſſus eſt, neutrum æſtimabit, in eo vero caſu, in quo qs prętoriam habet, ipſe æſtimabit contumeliam ſuã tantũ iudex vero pœnam corporalẽ tãtum: & ideo in hoc caſu ſi egerit ciuiliter, poterit poſtea agere criminaliter, vt C. quando ci. ac. præiu. cri l. t. & intelligas. qđ hic loquitur de ea iniuria, quæ ſpecialiter dicit̃ contumelia. quæ à contemnendo dicta eſt: licet generaliter dicatur iniuria, quicquid non iure factũ eſt, vt inſtit. de iniur. in princ. Acc.

ᵃ Seu furtum. quid ſit furtum, & vnde dicat̃, habes inſtit. de obli. quæ ex deli. naſ. §. 1. & 2. & §. furtũ autem fit, & ff de fur. l. 1. §. furtum. Fures enim ſunt, q occulte & ſine armis furtũ committunt, vt in auth. vt nulli iud. §. quia vero nos. colla. 9 quod furtũ poterit puniri ciuiliter & criminaliter. ciuiliter punit̃ furtum manifeſtum in quadruplum, non manifeſtũ in duplũ. vt inſti. de obli. quæ ex delic. § penul. & §. vlt. & de act. § ex maleficijs. & §. dupli. §. & quadrupli. & totum erit pœna ſiue quadruplum, ſiue duplũ res enim ipſa furtiua ꝯdici per ſe poterit, vt inſti. de act §. ex maleficijs. & de obli. quæ ex deli. §. vlt. pro pœna vero dabitur furti actio. quæ actio quando datur ad quadruplum, eſt prętoria. vt inſti. de perpe. & tempo act. § furti quoque quando vero datur ad duplum. eſt ciuilis, vt inſti. de nox. ac circa prin. & ita dominus to. B. eas ſignauit in arbore actionũ. quod autem eſt furtum manifeſtum, & quod non manifeſtum. dicitur inſtit. de obl. quæ ex deli. naſ. §. manifeſtum & § nec manifeſtum. criminaliter põt puniri furtum, puta quia fur corporaliter punitur: ita tamẽ quod nec moriatur, nec aliquid ei abſcindat̃, ſed aliter caſtigari debet, vt in auth. vt nulli iud. §. qa vero col. 9. dum tamen in facie eius nihil inſcribat̃, ne facies quæ ad ſimilitudinẽ pulchritudinis cæleſtis eſt figurata, maculetur, vt C. de pęnis. l. ſi quis in metallum. iure autem Longobardorum contrariũ fit, quoniam pro primo furto debet ei oculus erui, pro ſecũdo naſus ſcarpelari, pro tertio vero debet mori, vt in Lombar. de fur & ſer. fug. l. ſi quis latro. & hoc eſt verum, quando criminaliter punitur. ſi autẽ ciuiliter punitur, tunc ſi maſculus fuerit & liber. & furtũ fuerit manifeſtum, ſibi nonũ reddet, & pro culpa ſoluet 70 ſoli ſi furtum fuerit vſq; ad 10. ſiliquas ſiue ſolidos, & ſi nõ poterit ſoluere, debet mori. ſi aũt fuerit nec manifeſtus, tunc tãtum nonum reddet. ſi autem fuerit ſeruus, eo modo punit̃, excepto ꝙ pro culpa ſoluet tãtum 40. ſoli. vt in Lombar. prædi. tit. l. 1. 2. 3 & 4 & hæc vera ſunt in maſculo. ſi autẽ fuerit mulier libera, tunc pro manifeſto tantum nonũ reddet alia enim culpa ab ea non debet requiri pro eo, qđ paſſa fuerit iniuriam, cũ deprehenſa fuerit in furto, vt in Lombar. prædi. tit. ſi mulier libera eodẽ modo punitur pro non manifeſto: vt puto, ex eo qđ dicit̃ in l. 4 eo. tit eodem etiam modo punietur furtũ ab ancilla factum, vt in Lombar præd. ti. ſi ancilla. per l. autem iſtius imperatoris Frid. alias corporaliter punitur, ſcilicet quia ſi furtum fuerit valens v. ſoli. vel ſ. laqueo debet ſuſpendi, ſi minus, ſcopis & forcipe debet excoriari & tundi, vt ſ. de pace tenen. §. ſi quis v. ſoli. valens.

ᵇ Legitime puniatur. ſecundum leges, ſed quęro ſecundum quas leges debet puniri iniuria ſeu furtum: nũquid ſm leges antiquas Romanas & nouas? an ſm leges Longob punietur iniuria ſm ꝙ dicitur in Longo. de cõtumelijs & in ti. de pla. ſeu fur, ſeruorum & aliorũ, & furtum ſimiliter ſecundũ quod ſuperius not. eſt an dices prædictam debere puniri ſecundũ l. prædictam de pace te §. ſi quis aliũ & ſequenti, & §. ſi q. s. v. ſol. valẽs &c. ? Reſpon. ſecundum legem Lombar. nõ punietur, cum iſte fuerit Romanorũ impe. vnde intellexit ſm de legibus Romanis. nã ille qui Romana lege viuit ei ſubiacere debet, vt in Lombar. vt Rom. po. inter quales viuere velit. l. 1. Sed tamẽ inſtabit, nõne & Carolus fuit imperator. qui illã. l ſi quis latro. cõdidit, q̃ eſt in Lombar. de fur. & ſer. fugi.? Reſp. licet fuerit imperator, non tñ fuit Romanus. Vel dicas ꝙ nõ fuit Imperator. imo vt̃. ꝙ tantũ fuit rex Franc & Lombardorũ. vt in Lõbar. qua. di. lege ho. ſuas res ſer. de. l. t. in ſi. nec inuenit̃ in illo libro. ꝙ fuiſſet impe. niſi ꝑ ſubſcriptiones ſuper legib. eius factas ab ijs. q cõpilauerunt Lombar ſub titulis cõpetentibus: imo per illam legem quã fecit. ſ. primam, appellatur tñ rex, vt in Lombar. de epiſ & ele. l. t. vel dicas, ꝙ fecit rex per multos annos Franciæ & Lombar. antequam Roma. imperium haberet, & tunc fecit. l. predictam vt apparet per capitulare ſuum, ſi quis per ordinẽ inſpraciat in Lombar. confuſa. nõ intitulata: nec. n. inuenitur niſi nouem leges feciſſe poſtquã fuit imperator, ſiue x. vt in vlt. charta capitularis ſui reperit̃, nõ enim ille fuit Carolus, qui dr̃ filius fuiſſe Pipini, ſed fuit ille, qui fuit pater Pipini, vt in ꝑdic c. inuenit̃. char. vlt. & in Lombar. de epiſ. & ele. l. & hoc ſtatuimus. & ita dices ſecũdũ quod ſuperius dictũ eſt quod non punientur per legem Lom imo nec per leges prædi. ſ. de pace tenen. cũ forte ipſa, nõ eſt lex, ᵃ nec pro lege debet ſeruari, maxime in iſto caſu. nec imperator iſte voluit eam legem eſſe, niſi vt ſeruaretur id quod eſt in ea: donec conderet legem de pace tenen & ſuper ijs quæ in iſta cõtinent̃. vnde poſtea hanc legem fecit generalem, quam voluit ꝑpetuo debere obſeruari, ſecundum quod in prin. legis dicit̃ in perpetuum valitura &c. quod illa nõ ſit lex, probat̃ ex eo quod in ea dicit̃ in prin ſ. & omnibus ad quos literæ iſtæ peruenerint. per quod videt̃, ꝙ non eſt lex, ſed fuerũt literæ, quas mittebat ꝑ ſubditos ſuos, non faciẽdo mentionẽ de oĩbus ſubditis ſuis, ſed de his tantũ, ad quos peruenerint: cũ forte nõ peruenerint, niſi ad paucos & eas forte miſit. ſtatim, cũ receperat coronã, ſicut faciũt oẽs Imperatores. nec n. ſeruauit in ea ſtylum condendæ legis quem ipſemet ſeruauit in iſta dicens, hac edictali. l. & alijs quas fecit & qualẽ debebat ſeruare. & ẽt ſeruauit Iuſtinianus ſecundum quod dr̃ C. de leg. & conſti. l. vt gñales. & l. humanum. quã ẽt ſeruauit Lotharius in ſua. l ſuperiori, remanet ergo, quod ꝑ illas leges Romanas debeat puniri: & punient̃ ſecundũ quod ſuperius no. eſt. Nec n. voluit imperator iſte derogare alijs legibꝰ per ꝑdictã legẽ. ſ. de pa. te. ſi lex eſt, imo voluit ꝙ in ſuo vigore deberent ẽt ꝑmanere. & hoc ꝓbat̃ ex eo. ꝙ in eadẽ dr̃ circa prin. vbi dr̃: inde ẽ ꝙ nos tã diuinas quã humanas leges i ſuo vigore manere cuplẽtes &c. & hoc ẽt qđ hic ꝓxime dixit. ſ & dãnũ paſſo ſcđm leg. &c. & non dixit ſcđm leges. qđ eodẽ modo debet hic intelligi legitime puniant̃. i. ſecũdũ legẽ, ſicut in prin. huius gl. expoſitũ eſt. nec voluit tãtũ recepilogare verbum illud ſm leges, ei pulchrioris dictatus, vel dicas, & hoc verũ puto ³ ꝙ ꝑdicta lex bene eſt lex

Margin (left): ¹ Verius eſt, quod quãdo vtraque tẽdit ad vindictã, vna ꝑ alterã tollitur: ſecus ſi vna ad vindictam & altera ad rẽ familiarẽ. An. de Iſer. & Aluaro.

² No. hic ſa. de Bel ni ſi. iniu. riã puniri ciuiliter & criminaliter, vt ff. de priua. delic l ſi. & inſt de iniu. §. in ſumma. Fures qui ſint. Furtũ pœna: & qui ſint fures & quotuplices.

Margin (right): ᵃ Contrariũ eſt verum per text. ibi ſ verbo edi ctũ. Aluar.

Legis forma quæ ſit.

³ Idẽ An. Bal. & Aluar.

ſ ſ 4 & pro

dium a quoque, & membrorum diminutio, b vel aliud quodlibet delictũ legaliter vindicetur. Iudices † verò, & locorũ defenſores, vel quicunque magiſtratus ab Imperatore, vel eius voluntate cõſtituti c ſeu cõfirmati, qui iuſtitiam facere neglexerint, d & pacẽ violatam vindicare legitimè ſuperſederint: damnum omne iniuriam paſſo reſarcire compellantur: & inſuper ſi maior iudex eſt, ſacro ærario pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pœna trium librarum auri mulctetur. Qui vero ad prædictam pœnam e perſoluendam inopia dignoſcitur laborare: corporis ſui correctionem cum verberi-

& pro lege debet ſeruari. nam quod principi placuit legis habet vigorem, quęcunque enim per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel edicto præcepit, legem eſſe cõſtat, vt ff. de cõſti. prin. l. 1. ſecus enim in ea cõtinet vocabulũ edicti, ſm quod in §. illo. §. ſi qs aliũ dr, cum ibi dicatur, ſi quis aliũ &c. quaſi fuerit illud pacis edictũ quod fecit de pace tenẽda, imò videtur iuſſiſſe, quod per omnes partes regni deberet ſeruari, hoc quod ibi dicitur circa princi. per vniuerſas regni partes &c. quod ſufficit ad hoc vt vim obtineat edicti, vt C. de legi. & cõſti. l. 3. Et ſecundum hoc dices, quod iniuria puniri debeat ſecundum quod dicitur in illa l. in caſibus, in quibus loquitur ſ. qñ fit poſt pacem. veruntamen ſi iudex videbit magis 1 puniendum inſpecta atrocitate iniurię. & inſpectis pſonis iniuriã patiẽtis & faciẽtis, & loco, magis puniet, vel etiam minus puniet, ſi viderit minus puniendum prædictis inſpectis ſecundũ quod dicitur inſti. de iniu. & ff. de iniu. cum per illam l. id nõ prohibeatur. quod enim non mutatur &c. vt C. de teſt. l. ſancimus. quicquid enim noua l. nõ eſt ſpecialiter expreſſum, id ex veteribus ll. videtur relictum, vt C. de ap. l. præcipimus. in fi. hoc idẽ intelligas de pœna furti: niſi forte quantum ad pœnam corporalẽ, quæ debebit forte fieri ſecundum quod dicitur in p̃dicta l. 1. §. ſi quis quinque ſolidos valẽs. &c. in fi. licet enim videatur perquã durum, lex tamen ita ſcripta eſt, & ſeruanda, vt ff. qui & a quibus ma. li. fiãt vel nõ l. proſpexit legiſlator. niſi quia forte hodie derogatum eſt ei per contrariam conſuetudinem.

a Homicidium. ille enim qui homicidium fecit, capite puniri debet, vt i. de pace tenen. §. 1. in fi. tenet enim l. Corne. de ſica cuius pœna talis eſt, vt inſti. de pub. iudi. §. item lex Corne. de ſica. eodem etiam modo punitur, ſi cauſa hominis occidẽdi cum telo ambulauerit, vt ibidem dicitur. & C. ad l. Cor. de ſica. l. is qui cum telo, imo & ſi cauſa furti faciẽdi cum telo ambulatat, eadem lege teneretur, vt ff. ad l. Cor. de ſica. l. 1. & hoc verũ eſt, quod ita punietur homicida, niſi per pugnam vel aliter probauerit, quod ad ſui defenſionem illud fecit, vt i. de pace tenen. §. 1. is enim qui aggreſſorem vel alium in dubio vitæ diſcrimine cõſtitutus occiderit, nullam calumniã ob id factum metuere debet, vt C. ad l. Corn. de ſic. l. 1. & 2. quod enim quis ob tutelã ſui corporis fecit, iure feciſſe exiſtimatur, vt ff. de iuſtit. & iure. l. vt vim. item hoc eſt verum, ſi habuit voluntatem occidendi. ſi enim nõ voluntate, ſed forte caſu eum occidatit, impunis erit quoniam crimen non contrahitur, niſi voluntas nocẽdi intercedat. ea enim quæ improuiſo caſu potius quam fraude accidunt, fato nõ noxię plerunque imputantur, vt C. ad l. Corn. de ſica. l. 1. & l. 4. in maleficijs enim voluntas non exitus ſpectatur, vt ff. ad l. Cor. de ſic. l. diuus. item hoc verũ eſt, quod ita debebit puniri, vt dictum eſt, & prætetea bona eius fiſco applicabũtur, ſi non reliquerit aſcendẽtes, vel deſcendentes vſque ad tertiũ gradũ: quo caſu eis cõcedentur: excepto crimine lęſę maieſtatis, ſalua tñ dote vxoris vt C. de bonis damna. auth. bona damnatorum. & C. ad l. Iuliam maie. l. quiſquis. Si autẽ homicida à facie iudicis fugerit: tunc res eius mobiles publicatæ de-

g Facit ad hoc auth. vt iu. ſine quoquo ſuffr. circa prĩ. & ff. ad l. Iul. l. 1. ſ. la co. de Bel.

1 Hoc totum ẽ in eius arbitrio, ſecũdùm Bal. & Aluar.

Homicida capite punitur.

bẽt in populo, & diſpenſari, alia vero immobilia dabuntur hæredibus ſuis iurantibus & obſeruãtibus ſm quod continetur. i. de pace tenẽ. §. ſi verò pacis violator. & hæc vera ſunt in violatore pacis, in alio verò puto ſeruãdũ, quod in prædicta auth. dicitur, niſi forte diceres, vt maleficiũ nõ remaneat impunitũ: quod ſaltem legitima tantũ aſcendentibus & deſcendentibus vſque ad tertium gradum relinquatur. intereſt enim reipublicæ, ne maleficia remaneant impunita, vt ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. patricidium autem punitur ſecũdum quod dicitur. ff. & C. ad l. Pompeiam de parri. & inſti. de pub. iudi.

b Diminutio. pro quo delicto forte manus delinquentis amputabitur, cũ pro ſolo vulnere manus eius amputaretur, ſi pacem violauerit, vt i. de pace tenẽ. §. ſi qs aliũ. imo (vt puto) in plus puniatur, ſi iudici viſum fuerit ſecũdũ qualitatẽ criminis imo & capite punietur, ſi animo occidendi eũ percuſſit, vt s. notatũ eſt. & hoc ſimiliter intelligas ſecũdum determinationẽ ſuperius notatã, ſ. ſe defendendo, aut non: aut voluntarie, vel non hoc fecerit.

c Conſtituti. & ita not. hic, quod ab Imperatore debent iudices, & locorum defenſores, & alij magiſtratus, vel eius voluntate conſtituti, & hoc verũ eſt excepto in Lõbardia, q̃ priuilegiũ hẽt ab eo, vt Lõbardi p ſe iudices faciant, dum tñ ab eo confirmentur: qđ male ſeruatur, ſecundum quod continetur in pace, quã Imperator Conſtãtiæ fecit cũ ipſis, q̃ ſcripta eſt i. inferius in quaterno ſignato bH. in fi. & hoc eſt ẽt quod dixit, ſeu cõfirmati, qđ forte dicit, pp p̃dictã pacem, & hoc verum eſt, quod debent iudices in ciuitatibus cõſtitui, ſ. qui iura reddere poſſint. Parum eſt enim ius eſſe in ciuitate: niſi ſint, q iura reddere vel regere poſſint, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem.

d Iuſtitiam facere neglexerint. ita quod eam nullo modo fecerint: idem puto & ſi cõtra ius litigatoris fecerint, puta ſoluendo contra quẽ non debebant. forte corrupti pretio aut gratia: qm̃ tunc nõ patietur ſolũ pœnam æſtimationis diſpendij, ſed etiã ipſius litis, cũ ea ſuã fecerit, vt C. de pœna iudi. q male iud. l. vlt. Debet. n. tunc cõdẽnari ad verã litis æſtimationẽ, 2 niſi foret filiusfamilias, q cõdemnatur quatenus peculiũ patitur, vt ff. de iu. l. filiusfa. hęc vera ſunt, qñ dolo malo ita iudicauerit, ſi aũt nõ dolo, ſed per imprudẽtiã male iudicauerit, tũc cõdẽnari debebit, quãtum æquum viſum fuerit iudicanti, vt inſti. de obli. q ex quaſi deli. naſ. cat. princ. & ff. de ue. & extra. cog. l. fin.

e Ad prædictã pœnã. hoc refertur ad primũ dictũ ſ. ad iudices qui prædicta facere neglexerint. ſ. vt puniantur vt i. ſequitur, ſi prædictã pœnã nõ potuerint ſoluere. Sed nunquid ad violatores pacis poſſet referri. ſ. qui propter inopiam non poſſunt ſoluere pœnam cõtra eos ſtatutam ſuperius, ſcilicet, vt eodẽ modo debuerint cũ verberibus procul ab eo loco, in quo habitãt abijci? & quare non? vt dicas q referatur ad ſuperius dictũ, & ad proximũ, & maxime cum violator pacis non cõmiſit homicidium, vel aliud delictum pp̃ter qđ debet capite puniri in ipſa violatione pacis, imo multo fortius deberet referri ad ad eos, cum ſit talis delictũ pp qđ etiam deberẽt capite puniri nam miles turbator pacis capite punitur, vt ff. de re mili. l. fin.

Quan-

2 Et etiã corporaliter poteſt puniri ſecundũ Ia. de Belui. Bal. & Aluar.

3 Imo totum iuſtum eſſe ſecundùm Alu. per l. hic alleg.

bus a patiatur: & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Domus vbi conuenticula, aut conſpirationes fiunt confiſcatur: & receptans violatorē legis pari cũ eo pœna punietur. Bal.

Cōuenticula b quoque in ciuitatibus omneſque coniurationes, c & extra, ēt occaſiōe parentelæ, & inter ciuitatē & ciuitatē, & inter perſonam & pſonā, ſiue inter ciuitatem & perſonā, modis omnibus fieri phibemus: & in præteritū factas caſſamus, ſingulis cōiuratorū pœna vnius libræ auri puniendis. Epiſcopos verò locorum eccleſiaſtica cenſura violatores huius ſanctionis, donec ad ſatiſfactionem veniant, volumus coercere. Receptatoribus d etiam maleficiorum, qui prædictā pacē violauerint, & prædā emētibus, noſtrā indignationē ſubituris, & eiſdem pœnis feriendis; e præterea bona eius publicētur, & dom⁹ eius deſtruatur. f Qui pacē iurare & tenere noluerit, beneficio & lege pacis nō fruatur. g Illicitas h etiam exactiōes maximè ab eccleſiis i (quarum abuſus iam per longa tempora inoleuit) per ciuitates & caſtella omnino condemnamus, & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in duplum k reddantur.

Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum inuiolabiliter obſeruentur: iuramenta verò per vim & metum extorta etiā à maioribus: maximè ne querimoniam faciāt maleficiorum commiſſorum nullius ſint momenti. Iac. de Bel.

Itē ſacramēta puberū l in fine.

Inopia pœnam non inficit ſed auget.

a Cum verberibus. No ergo, quod non liberatur quis à pœna propter inopiam. imo meiorem pœnam ſuſtinet: cũ corporaliter verberibus debeat puniri, & præterea à loco ſuo expelli longe per l. miliaria. ictus enim fuſtium maior pœna eſt qualibet pœne pecuniaria, vt ff. de pœnis. l. in ſeruorum. in fin. cum aliàs dicatur, quod ſaltem minorere poteſt propter inopiam, vt C. de mo. mulct. l. cũs. in fi. ſed hoc quod hic dicitur cōiungit propter enormitatem criminis.

Facit ad hoc C. de epiſco. & cle. l. conuenticula & de his qui ad eccle. cōfu. l. denũciamus. & de monopo. l. 1.

b Conuenticula. ſic & alias prohibentur cōuenticula fieri collecta multitudine in quelibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuſcunque loci, vt C. de his qui ad eccle. confu. l. denũciamus. & de epiſc. & cle. l. cōuenticula.

Cōcor. 11. q. 1. c. coniurationũ. & ca. ſi quis clericorũ.

c Coniurationes. qualitercunque ergo fiant coniurationes, prohibētur per l. iſtã & ceſſant, quod male hodie obſeruatur: imo totum cōtrarium faciunt ciuitates, maxime Lombardiæ per partes. quæ ſunt in ciuitatibus & compagine, vt ita loquar. ſic etiam alias prohibentur coniurationes negotiatorum ſ. vt ſpecies diuerſorũ corporum negotiationis non minoris, quã inter ſe ſtatuerint, vendantur: vt C. de monopoliis. l. 1. Accur.

Receptatores qui ſint & eorũ pœna.

d Receptatoribus. peſſimũ eſt genus receptatorum, ſine quibus latere nemo diu poteſt: & perinde debēt puniri ſicut latrones ff. de recep. l. 1. & de off. pſi. l. congruit. Idē forte eſſet ſi eos nō receperint: ſed cũ eos poſſunt apprehendere, accepta pecunie vel per ſubreptionẽ eos dimiſerint. cũ in pari cauſa videatur cũ eis erg. ff. præ. u. l. 1. in fi. imo iure Lombar. ſi poſtquam deprehenderint eos, dimiſerint, pro quo deprehenſi fuerint tenentur emendare, vt in Lombar. de fur. & ſer. fug. l. ſi quis furem.

e Feriendis. puta cum in pari facinore ſint cũ ipſis violatoribus quaſi cōſentiendo. quos enim par facinus coinquinat & æquat, vtroſq. ſimilis pœna comitatur, vt C. de epiſ. & cle. l. ſi quēquã. in fi. facientes enim & cōſentientes pari pœne cōſtringuntur. vt C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. § œconomus. hoc eſt verum. a niſi forte ille qui recipit, ſit eius affinis vel cognatus: quia tunc debebit abſolui, nec forte ſeuerè cōdēnari. nō eſt n. par eius delictũ. & eius qui nihil ad ſe pertinentes malefactores recepit. vt ff. de rece. l. fin. iure eũr Longobar. non inſpicitur ſit affinis vel cognatus: imo etiam ſi pater filio vel propinquo latronis manſionem poſt miſſam ſancti Ioannis baptiſtæ dederit: quaſi latro & infidelis dēs iudicari. vnde qui illum ſuſcipit, ſimilis eſt illi, niſi iurauerit cũ x. ſtãcis (ſi Francus eſt) quod neſciuit eũ latronem fuiſſe, vt in Lombar. de fur. & ſerui. fugi. l. quicunque poſt miſſam.

a Approbatur cōmuniter p ſcribē. hic.

f Deſtruetur. hic non inſpexit Imperator iſte deformitatem vrbis propter deſtructionem domnũ, quã alia lex inſpicit: quoniam intereſt reipublicæ, ne vrbes deformentur ruinis, vt ff. ne quid in loco pub. l. fi.

g Non fruatur. cum in eã committat nolendo iurare pacem. nec eam tenere. fruſtra enim legis auxilium inuocat, qui in eam committit, vt ff. de mi. l. auxilium. in fin.

h Illicitas. quas præſes prouinciæ prohibere debet. vt ff de off. præſ. l. illicitas.

i Ab eccleſijs. nec enim debet extraordinarium aut ſuperindictum ab eccleſijs efflagitari, vt C. de ſacroſan. eccl. l. placet. à quibus autem exactionibus debeant eſſe immunes eccleſię, & à quibus non, dicitur & notatur in prædicto tit. & in prædicta lege & l. ad inſtructionem pontium.

k In duplum. imo forte ſi ab eccleſia facta fuerit illicita exactio, pœnam perpetuæ deportationis poſt excommunicationem, quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt, patietur exactor, vt C. de ſacroſan. eccle. l. placet. in fine.

l Item ſacramenta puberum, id eſt iuramenta ſuper ſacroſan. corporaliter præſtita. propterea enim dicuntur ſacramenta, cum quis fidē ſuam vel mentē ſuper ſacro iuramẽto aſtringit, vt puta ſuper altare vel libro continente ſacroſancta Euangelia. quid ergo ſi ſuper libro alio iurauerit, vel forte ſuper aliquo ligno, vel lapide? Rñ. nihilominus valere: quia ad cor reſpicit dominus. vnde non minus peierat qui contra facit. Nã tactus libri cuiuſcunque nō id operatur, ſed ſola voluntas & abnegatio nominis Dei omnipotētis, vt C. de tranſa. l. ſi quis maior. in prin. hodie tamē nō videtur valere iuſiurandũ per nomen domini, vel caput, vel capillos, vt in auth. vt nō lux. cōtra nat. col. 6. licet ſæpe Romani contrariũ faciant. hodie tamē, vt de cōſuetudine eſt obtentũ: iuratur per ſacroſancte Dei euangelia. vt in auth. iusiurandum quod præ. ab his. in prin. col. 2. quod cõſtat eſſe ſeruandũ: quia diuturni mores &c. vt inſt. de iu. na. §. ex nō ſcripto. Quid ſi iurauit verbotenus, vt quia dixit, per Deum non veniam contra? Reſpon. non valet. a plus enim operatur tactus libri ratione maioris ſolennitatis, quod etiam probari poteſt, vt C. ſi mi. ſe ma. di. l. ſi alterius. §. vltimo in princ. p. licet ſit argu. contra. C. de epiſc. & cle. auth. ſed & iudex. & de iu. l. rem non nouam. ſed ſpeciale ibi. Quid ſi nō ipſe, ſed alius pro ipſo & ſuper animam ſua iurauerit, vt fit interdũ? Reſp.

iurare quis dicatur.

a Secus de iure can. quia ibi ex ſimplici loquela & iuramẽtum deus non facit differētiã, vt 22. q. 5. c. quemque & 22. q. 5. c. iuramēti. tamē ex ca. ſi vero eliq. contra de iureiurand.

Rñ. idem eſt ac ipſe iurauerit: ſi tamen iuratũ fuerit eo mandante, vt arg. ff. de admi. tu. l. ita autẽ. §. geſſiſſe. & ff. quod eo. vni. no. l. item eorum. §. 1. 1. iſi. at. contra. C. de ijs qui ve. ætã impe. l. 1. in prin. & de in. emphy. l. vl. §. pe. 1 Quid ſi impubes iurauerit: nun quid tenebit eius ſacramentum, vt contractus cum eo habitus valeat? Arg. quòd ſic ff. de iureiur. qui iuraſſe. 2. reſpon ſed ꝯ puto: quia illud verum eſt in iuramento in iuramento ſuo & aduerſarij præiudicium, vt ibidẽ probaẽ, quinimo impubes prohibetur iurare, cum ẽt de eius vtilitate tractaẽ, vt ff. de in litem iurau. l. videamus. in prin. in caſu th: puta cum iurauerit ſe daturũ patrono operas, & miniculator eſt vel hiſtrio: obligaẽ vt ff. de li cau. l. vlti. propterea cũ lex iſta loquaẽ tñ de pubere, nihil noui videtur ſtatuendũ p hoc in impubere: quia quod nõ mutaẽ &c & C. de te. l. ſancimus. Puberem • autem accipimus maſculum maiorem 14. ann. fœminam autem maiorem 12. vt inſti. qui. mo. tu. fin. in prin. item puberem accipias ſanæ mentis. nã ſi furioſus ſit, nec iurein. ſe obligat. quia ſimilis eſt pupillo infanti: adeo quod nullum negotium recte gerit, vt inſt. de inut. ſti. §. furioſus & § ſed qđ diximus, ipſe enim habeẽ loco dormientis & abſentis, 2 vt ff. de tu. co. l. 2. § furioſus. & ff. de acqr. poſ. l. 1. §. 1. Quæro, nunquid ſit intelligendum hoc de pubere patreſa? Reſpon. idem in filiofa. pubere, tũ quia lex non diſtinguit, tum quia ipſe ex omnibus cauſis obligatur qbus pateſa excepta cauſa mutui, vt ff. de a ti & obli. l. filiufa ſed nunquid tantum in pubere libero? Reſpon. 3 & idem in ſeruo quãtum ad hoc vt naturaliter cum effectu obligetur. nam qui eſt ſeruus naturaliter obligẽ, vt ff. de condi. inde. l. naturaliter. vt nec contra illam naturalem poſſet reſtitui. item quãtum ad hoc, vt dominũ obliget de peculio: vt ff de pecu. l. ſi quis. §. eiũ vbi nec ipſe dñs reſtitui poſſit: quod tamẽ et ſine iuramento cõtingeret, vt ff. de mi. l. 3 § ſeruus. Sed quid de impubere libero, qui credebat ſe ſeruum? Rñ. 4 idẽ quod in vero opinato libero: quia pleruq; extra id quod agiẽ, tacita obligatio naſcitur, vt ff. cõmo. l. ſi is qui. §. ſi libero. & ff. de acqui. re do. l. libe. homo. itẽ quæro, an ſit hoc intelligendum in pubere curatorẽ habẽte, ſi ſine curatoris authoritate cõtrahẽdo iurauit? Rñ. vtique ſecundum eos qui dicũt, quod ſacramentũ repræſentat eũ maiorem. nam ſi maior eſſet, nõ reſtitueretẽ. Sed contra videẽ, eũ pupillo ſimilis habeaẽ, vt C. de in inte. reſti. mi. l. ſi curatorẽ habens. in quẽ nõ cadit pñs cõſilium, vt ſ. notauimus: ergo poteſt intelligi lex iſta in pubere habente curatorẽ, & cõtrahẽte eius authoritate: & in pubere non habente curatorẽ cõtrahẽte per ſe ſolũ. Sed inſtabit quis dicẽs, lex iſta non diſtinguit in pubere habente, vel nõ habente curatorẽ: ergo nec tu diſtinguere debes? Reſp. imo. q̃uis lex iſta non diſtinguat, à religione iudicantis omitti nõ debet, vt ff de veti. l. quũ. vel dic quod licet hæc lex nõ diſtinguat, debet tamen diſtingui per alias vt ar. C. de ap. l. vlt. §. fi. & in auth. de admi. offi. §. fi. nã & poſteriores leges interdũ trahendæ ſunt ad priores, vt ſ. de le. & ſenatuſcon. l. ſed poſteriores. ſed licet ita videatur poſſe dici & diſtingui: 5 tñ verius 5 videẽ vt ſiue curatorẽ habeat, ſiue non, teneat contractus, nec poſſit reſcindi: quanquam ſecundũ leges ſit ipſo iure nullus. nam & ſecundum leges veteres vẽdita re ſine decreto, ipſo iure nulla eſt vẽditio, vt C. de præ. & alijs re min. l. 2. & 3. C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. § vlt. & tamen, ſi corroboretur iuramẽto, valida ſit. & tenet per hanc legem.

¹ Ibi loquitur in ꝓcuratore generali ſecūdũ Bal. ibid.

• Pubes qualiter accipiaẽ.

2 Approbatur per oẽs ſcribẽ. h. c.

3 Iſta ẽt approbatur p omnes.

4 Idem Aluar.

5 Approbatur per oẽ. ſcribẽs.

ſponte facta a **ſuper contractibus.** b

a Sponte facta. quia ſecus ſi per vim vel metũ, vt j. eo. §. per vim autẽ. Sed quid ſi dolo fuit inductus minor, vt interdum faciunt tutores ſinita tutela, q eos blãditijs vel adulationib. ad talia inducunt? Reſ. nõ videtur tunc ſpontanea volũtas, vt ar. C. de rap. vir. l. 1 cir. fi. Quid ergo? Rñ. ſi maior eſſet, haberet actionem de dolo, cum res proceſſit ad traditionẽ: ſed qa minor eſt, videẽ quod ceſſat reſtitutio in ſuperſtites vt ff. de dolo. l. 1. §. idem Pomponius, reſt titutionẽ autem tollit iuramentum interpoſitũ: qa repræſentat eũ maiorem, vt hic. ſed iuſ:m ſiue eius effectũ tollit interpoſitus dolus, qa non debet ex eo incrariꝫ vt ff. de dolo. l. ne ex dolo quid ergo? nunquid res erit in circulo, vt ff qui po. in pi. ha. l. Claudius Felix? Reſp. non. ſed minor 6 poſtulabit reſtõnem exſtante actione de dolo, q̃ non põt habere locum, & ſi opponaẽ de iure replicabitur de dolo: quia dolo induxit eũ ad id, vt arg. C. de tranſac. l. ſub prætextu & l. ſi ex falſis. & ar. ff. de iudi. l. ſi prætor §. Marcellus & hoc cũ ꝯſtat adhibitum dolũ, forte perſuadẽte ei, qui in nullo ei tenebatur, & quòd ipſe longè pluris erat ei obligatus. vel ſimili modo. Quid ſi alias ſuis blanditijs minorẽ induxit ad hoc, forte dicendo ꝙ ex fide fecerat, quã quã in aliquo minus bene ſenſiſſet ei, & talia: vel qa valde pro bono haberet, ſi ſic cum eo cõtraheret: nũ quid tenebit ſi iurauerit, quãquã in aliquo læſus ſit, vt nec reſtituatur? Reſp. vtiq; 7 quia nõ alicui interdicendũ, ſi aliquid ex ſua induſtria ꝯſequi poſſit, vt C. arbi. tut. l. ſi defunctus. & C. ſi quis ali. teſt. prohi. l. fin. ff. de leg. 2. l. Lucius §. Sempronia. & ff. ſi qa ali. te. pro. l. fi. item quod dicit ſpõte, nõ dicit ad differẽtiam eius quod interdum ex iuris neceſſitate fit: vt cum cedit vni actionem contra alium, vt C. de di. ui. tu. l. s. §. vlt & idem in ſimilibus.

b Super contractib. iſte quæro, an ſit intelligendum de quocunq; contractu ẽt legib. interdicto? Reſp. nõ nam iuramentum interpoſitũ cõtra leges ipſo iure non valet, nec confirmat contractum contra leges initum, vt C. de legi. & conſti. l. non dubium in fi. & ff. de pa. l. iuriſgen. §. & generaliter. & de leg. j. l. ſi qa inquilinos. §. vl. & in auth ſacramenta nõ ſolum, col. 5. §. fi. & ff de obſeq. li. l. pe. nec ob. ſi dicatur quod peierat: quia nõ videtur peieraſſe. vt ff qui ſatiſ. cog. l. vlt. ſed in iſto nonne contractus alienationis rei immobilis ſine decreto eſt contra legem, vt C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. in fi. & de prædi. mi. fere per totum. ergo ſacramentum nullius debet eſſe momẽti? reſpon: 8 non eſt contra legem cum hac. l. Fri. ſit approbatum, hæc. ſ. ſacramenta puberũ &c. vel illud in contractib. interdictis iure communi. Itẽ quæro qd ſi minor vẽdiderit & iurauerit, & deceptus ſit vltra medietatem iuſti pretij: an poſſit venire cõtra? Reſp. P. vtique, quia agit vel vt iuſtũ pretium ſuppleat, vel vt reſcindaẽ contractus, vt C. de reſcin. vẽ. l. 2. ſed Io. & B idẽ ſed alia ratione, dicẽdo quod ſacramentum nihil aliud operatur, niſi quòd repſentat eũ maiorẽ vnde eſt ꝙ ipſe ſicut qs maior poterit poſtulare, vel pretiũ ſuppleri, vel contractũ reſcindi, data electione emptori, vt in prædi. l. ſacramentum. n. interpoſitũ priuat eũ à priuilegio ſuo. ſ. reſtitutionis quod ei propter ætatẽ cõpetit. nõ aũt à iure cõi: quia hoc nõ põt facere, vt C. de tranſ. l. ſi ex falſis & C. de nõ nu. pec. l. vlt nec mirũ. ꝙ difficilius tolliẽ ius cõe, q̃ priuilegiũ: cũ ẽt difficilius inducaẽ, vt l auth. de re ec. nõ alie. §. ſed qa veriſimile in fi. Quid de maiore iurãte ſe deceptũ vltra dimidiũ? Reſp. forte idẽ cũ nõ ſuperſit ei niſi ius cõe, dño tñ P. viſum fuit ꝯi vt nihilominus contrauenire poſſit prædicto mõ: quia nõ agit ꝑ ſe, vt reſcindaẽ cõtractus, ſed vt iuſtũ pretium reſtituaẽ & ſuppleaẽ, vel cõtractus reſcindaẽ. & facit pro hoc: qa ſacramentũ ius cõe non tollit, vt ſ. nu. & probaẽ. ff. de ac. pnſ l. ſi quis extraneus. 1. reſpon & l. ſi ſeruum quis. § vl. ſed domino meo viſum eſt cõtra 9 vt no. in ſumma de reſc. ven. quia vẽditor ſic agẽdo altera tõne vrget emptorẽ reſcindere cõtractũ, vt ff. de cõti. iuſti.

6 Approbatur per oẽs ſcriben. hic.

7 Idẽ Io. de Beluiſ. & Aluar.

8 Iſta eſt vera de. 8 re canon. p ca. cum cõtingat. de iureiu.

Sacramẽtum repſentat iurantẽ maiorem.

9 Et bene ſecũdùm Aluar. & Egl. ſimilis & ibi Bart. Bal. Paulus & Sall. in l. 2. hic all.

inſti.l.quæ ſub cōditione. §. ſed ſi ſub iuſiiurādū. ꝯ hoc th̄ eſt ar.ff.de iu.pa.l. adigere.§.i.Sed quæro, an hoc ſit intelligendū in venditione facta cū interpoſitione decreti: an idē & ſi decretum nō interuenerit? Rñ.vtroq; in omni venditione: quia aliter inutiliter videret adiacta: cū hoc ēi lex.C. 1 aduer. vē. inducat, & maxime cum hoc indiſtinctè hic dicat, res ēt in dubio ſit potius interpretanda, vt valeat quā pereat vt.ff.de lega.i.l. ſi qñ.& ad mu.l. 1. Item quæro, ſi iurauerit aliquis in genere ſeruaturum ſa oēs ꝯctus, quos fecerit tpe minoris ætatis. & poſtea vendat & non iuret: an teneatur? Rñ.vr q nō: qa ex confeſſione non ſolet quis abſenti obligari, vt ff. de confeſſ.l.certū.§.ſi quis.Item quia res inter alios acta &c.& ad hoc facit.C.ſi aduer. ven l.i. vbi dicit emptori iurandū eſſe.Itē eſt ar.ad hoc.ff. qđ cuiuſq; vni.l.item eorū.§.ſed ſi ita. Itē pro hoc eſt præſens litera ſuper ꝯctibus.vnde ſi aliter fiat,nō valet, vt ar. C.de ſent.& inter.l.prolatā Ex aduerſo vr ꝯ hac rōne: quia conſtat eandem rationē ſubeſſe et cū alias iurauit. & quia nihilominus faciens contēnit religionē diuinā,& delinquit: & nihilominus propriā turpitudinē allegat, vnde cum eadē ſubeſt rō, idem debet ſubeſſe ius.vt arg. ff.ad l.Aqui.l.illud.ſufficit .n.quia deierat: ideoq, ferēdus nō eſt, vt C.de indi. vi.l. 2.in fi. Itē quia ꝯ factū proprium venit,vt ff de adop.l.poſt mortem.& in hac q̄ōne ſatis puto, q ſi prius ita iurauerit,& poſtea in ꝯctu dixit ſe velle teneri illo iuramento,q teneat,& ita videmus de cōſuetudine obſeruari. Item quæro,ſi minor vendidit & iurauit,& antequā traderet,cecidit à poſſeſſione: poſtea ad eā rediit aliquo caſu:an ſi nō p̄ſtet, vel nō reſtituat eā emptori agēti poſtea, videatur facere ꝯ ſacramentū? Rñ. vtiq;,cū nondū tradiderat: ſed ſi iā tradiderat,tunc ſecus erit:cū iam videatur liberatus ſolutione eius, vt no.C.de tranſa.l.ſi quis maior. ſ.n Azo. vel dic 2 idem in vtroq; caſu: quia agere vr: & controuerſiam facit ēt reus excipiendo & ꝯdicendo, vt arg ff.de procu.l.non ſolū §. ſi ſtatuc.& ſi pars hæc.per a.permittendum.Sed quid ſi primo vēdidit nec iurauerit: ſed poſtea ex interuallo iurauit ſe ratum habiturum, & non ꝯuenturum: nunquid confirmabitur, vt teneat præcedens ꝯctus,quāquā à principio nullus fuerit ipſo iure? Rñ. vtique: 3 ar. ff.de iud.l licet ar.ꝯ.inſti.de anth.tuto.§.vlti. Item quia maior factus ratum habens, ēt ſine iuramento confirmat eandem venditionem quāuis ipſo iure nulla fuerit, vt C.ſi maior fa.ra.ha. vel nō.l.i. & 2.at.ff.quorū lega.l.i.§. pdeſt.Itē quæro, an lex iſta locū habeat in ſtipulatione vel in renunciatione? Videtur q non: quia ꝯctus proprie is eſt,qui vltro citroq; dantem & accipientem obligat,vt ff.de ver. ſig l.Labeo 2 minor aūt qui promittit: non ſe alij, ſed alium ſibi obligat. Item minor qui renunciat, non ꝯhit, ſed potius diſtrahit, vt alibi dr in ſolutiā debitū,vt inſti qui.mo.re cōtrah. ob.§. is quoq;.in fi. Sed ꝯ puto 4 .ſ.vt hoc nomen ꝯctus accipiatur p omni obligatione, ad exemplū eius quod dr in edicto prætoris. vt ff.de minn.l.ait prætor.in prin. & argu.ff.de iis quę in frau.cre.l.i.§.ait.& ff.de in.l.omnē.& ff.qui.ea cau.in poſſ.ea. l. vlti.Quid ſi iurauit ſe non venturum ꝯ ſniam, vel ꝯ confeſſionē vel arbitriu? Reſp. 5 vtiq;, & tunc tenetur nā in iudicio quaſi ꝯhitur,vt ff.de pecu.l 3.§.idē ſcribit.& maior ēt ſi tale pactum feciſſet, nō venire ꝯ appellando, vt ff.qui.app.lic vel non l.2 imo ꝯ puto, q tamen appellare poſſit: quia non eſt de iure cōi: nam iurando ſolum perdit priuilegium ætatis , vt ſ.diſt. Sed nunquid & tunc in aliquo tenebit ſnia, cum iurator ibi non affuerit? Reſp. idem, vt no.ſ. in 8. qō. Quid ſi iurauerit quis ſe non venturum ꝯ teſtm̄? diſtingue verum proprium,an alienum. ſi ꝯ propriū, non tenet: quia teſtamenti factio iuris publici eſt,

1 Approbatur per oēs ſcrib. hic.

2 Tu dicas formā iuramēti eē cōſiderandam. An & Aluar.

Bene loquitur & probat in l.fin.C.ad Mace. Aluar.

4 Idē la. de Bel. & Alua.

5 Approbat p oēs ſcrib.hic.

vt ff de teſt.l.3. quod aūt iuris publici eſt,pactis priuatorum non pōt tolli. vt ff.de pac.l. ius publicū. nec ēt per pactum pōt aliquis maior libertatem teſtamenti faciendi ſibi auferre, vt C. de pac.l pactū quod dotale.& ff.pro ſoc.l.cum duobus.§. idem reſpon ſi autem ꝯ alienū: diſtingue, vtrum potuit renere pactum de iure cōi ſecundum diſtinctionem no.C.de pac.l.vlti.quo caſu præiudicatur ei: nā teſtamentum connumeratur inter ꝯctus,vt ff de dno. re.l. eadem.an non: in quo caſu ꝯuenit de iure cōi, vt alias ſ.no.in i. q Quid ſi filiuſfa. minor renunciauit Macedoniano & iurauit? Rñ.non tenetur 6 quia nec maior renunciare potuiſſet: cum nō ſit fauore eius inductū,ſed odio creditorum vt ff de cō n di.indebi.l. qui exceptionem ſic.n.daretur materia peccandi. quod eſt ꝯ publicam vtilitatem , vt ff. ad Maced l 1 in prin. & inſtit.quod cum eo in princi. quid ſi mulier minor renunciauit Velleia. & iurauerit? Reſp.tenet. 7 nam ſi maior renunciaſſet, cum ſit eius fauore inductum,teneret.vt in prædicta l.qui exceptionem.& ff.ad Velleia l.vlti. §.pen. & C ad mul.iur.eſt.fun.l vlti. Quid ſi minor ſit cōfeſſus ſe pecuniam accepiſſe mutuo, & renunciauerit exceptioni non nume. pecu. & iurauerit ſe non venturum ꝯ? Reſp non poterit aliquo modo venire ꝯ. ſecundum eos qui dicunt maiorem renunciantem nullo modo debere admitti contra. Vel ſecundum nos dabitur exceptio doli: & ita in hoc grauabitur, vt ipſe probet non numeratam pecuniam. ſicut alias diximus in maiore renunciāte, vt in ſum. de non nu.pec. Quid ſi minor donauerit cauſa mortis,& iurauerit ſe nullo tempore reuocaturum? Reſpon.tenet, nec reuocat: nam minor etiam de iure communi pōt donare: quia & teſtari poteſt, ff.da do cau.mor.l.tam is.& inſti.qui.ea cau.ma. nō lic. §.pen.: nā & maior potuiſſet renunciare iuri reuocādæ donationis: cū hoc ſit eius fauore inductū,vt cēſeatur priuati iuris: licet aliud ſit in teſtamenti factiōe, vt ſ.no vnde & filiuſfa donare pōt cā mortis patre cōſentiente, ſed teſtari non pōt, vt in præd.l. tam is.C.de teſt l. nemo.Quid ſi donauerit ſimpliciter & iurauerit? videtur forte q nō teneat: quia etiam decreti authoritate facta ipſo iure non valet, vt C.ſi ma.fa.ra.ha.l.vlt.§.fi. Sed ꝯ puto: 8 cū repræſentatur maior p p iuramentum, vt ſ.no.nā ſi maior factus donaſſet, nō repeteret. nec ob. q hoc non pōt facere decreti interpoſitio: quia illa non tollit reſtitutionem, vt C.de præ mi.l.ſi quidē.iuramentum th̄ tollit, vt hic. Quid ſi minor iurauerit tranſactionē, venditionem vel aliū ꝯctū ſimilem firmū habere.nunquid ſi de facto ꝯuenit & peierat,infamabitur , & alias pœnas ſubibit: quæ continent C.de tranſa.l ſi quis maior? Rñ. non infamabitur, & ſi pœnas alias ſubeat,vt ar.ff.de iis qui no.infa.l. vlt. Quinimò vr, q nec alias ſubeat pœnas, niſi quas ſubiret maior, qui nō iuraſſet:cū ſacramētū nihil aliud operet,niſi vt maiorē rū repreſentet . Vel qđ verius eſt,dic q oēs pœnas prædictas ſubire cogetur : quia conſtat ꝯctū tenere . vñ ſi ꝯ faciat punitur ſicut quiuis maior, qui iurauerit: cū in delictis nullo ætatis auxilio debeat ei ſuccurri , vt C.ſi aduer delī.l.i.& ff.de mi.l.auxiliū.§.in delictis.Quid ſi filiuſfa. minor iurauit patri ꝯhēdo ſecū cū eo, cū renūciauerit bonis maternis, ſicut pleriq; faciūt? Rñ.nō valet: 9 nā ſtipulatio inter maiores ꝯcta cū parētib. in quorū ptāte ſunt,inutilis eſt,vt inſti.de inut.ſti.§.itē inutilis. Quid ſi pr̄ minor diuiſit bona ſua inter filios emancipatos: & iurauerit:nunqd poterit venire ꝯ? Rñd. vtiq;: 10 tū qa nulla fuit ꝯcta obligatio,nec fuiſſet ēt ſi maior eſſet: tū qa liberū debuit eē cōmutādi arbitriū, quāquā hoc fallat in caſu fauore matrimonij: qa dotē quā dedit p filia ſua primo viro nō pōt diminuere, niſi poſtea tradē aliq̄ ſuperueniēte, vt C. de

6 Approbat p oēs ſcrib. hic.

7 Cū iſta glo.tranſeūt oēs doct. hic.

8 Approbat p oēs ſcrib.hic.

9 Imo ſecūdū la. de Bel. & Alua.

10 Hæc opinio p cedit qñ diuiſio hēs vim teſtamenti aliàs ſecus, vt hic in ſi.l. la. & Aluar.

de tal vxo. act. auth. ſed quamuis. ſed ꝫ. vt cum talis diuiſio fiat inter filios animo donandi: & donatio inter eos uitatur vitibus, vt C. de inoffi. do. l. 2.

[a] Rerum. ſ. corporalium & incorporalium: itē mobilium & immobiliū. rei enim appellatio generalis eſt, vt ff ſi cer. pe l. 1. & de ver. ſig l. rei appellatio. & inſtit. de re corpo & incorporali per totum. Acc.

rerum [a] ſuarum [b] nō re tractandis, inuiolabiliter [c] cuſtodiantur. Per vim autem & iuſtum metum [d] etiam à maioribus [e] (maxime ne querimoniā [f] maleficiorum cōmiſſorum faciant) extorta, [g] nullius eſſe momenti iubemus.

TITVLVS LIIII. DE ALLODIIS.

AD hoc, qui allodiū[†] ſuū vēdiderit: diſtrictū & iuriſdictionē Imperatoris vendere non præſumat: & ſi fiat, nō valeat. Si verò cōtigerit allodium aliquod ēt infeudatum conferri eccleſiæ vel pro oblatione fidelium, vel per emptionis & venditionis alteriusve hmōi contractum infeudatus: niſi per gratiam eccleſiæ tanquā de nouo reciperet, feudū qđ habebat, retinere nō poterit. [h] Vt autē æquitas, quę in paribus cauſis paria iura deſiderat, [i] per vniuerſitatem totius imperij ſeruetur: firmiter ſtatuimus tam in Italia, quam in Alemania, vt quicunque indicta publica expeditione Romā ad ſuſcipiendam imperii coronam, regem aut ſub rege dominum ſuū non adiuuauerit aut eundo cum ipſo, [k] aut pro quantitate feudi ſtipendia [l] militiæ perſoluendo (ſi de vocatione

[b] Suarum. i. propriatum. Sed quid ſi cōmunium? Rñ idem: quia verbum, ſuum ad vtrunque pertinet, vt ff. de ver. ſigni. l. pupillus. §. verbum ſuum. & de lega. 3. l. ſi quis ſeruos ſuos. Quid ſi ſuper rebus alienis contraxit: puta quia rem alienam vendidit, & iurauit? Reſpon conſtitutionem præſentem ad id non reſpicere, cum hic tātum de rebus ſuis loquatur. quid ergo? ſtabo legi veteri. vt dicam ipſo iure non valere, vt ff. de re. eo. qui ſub tut. l. magis. §. 1. vel dic quod teneat ſicut à quouis maiore alias facta, vt ff. de contrab. empt. l rem alienam. & qđ dicit rerum ſuarum, large accipiatur, quaſi dicat ſuper contractibus ſuis.

† hac. da Belut exponit hic allodiū. i. illū qđ eſt eius ꝓprium & à nemine alio recognoſcitur niſi à ſolo Deo & facit ĩ. ꝓxi § & ſ. ſi de feu. con. ca. 1. & 1. & de allodiis lĩ. fic. ff. de reli. l. at ſi qs. §. ſi ꝑ terdū. & C. de in gē & manu. l. pe.

[c] Inuiolabiliter. i. incorruptibiliter, l. ſine violatione vel corruptione aliqua, & quantum ad agēdum, & quantum ad excipiendum, & quantum ad dominium transferendum & accipiēdum. arg ff de acq. re do. ſtatuat. & fam ercis. l. inter cohæredes. §. 1.

[d] Iuſtum metum. Quia ſi vanus fuiſſet timor, cōtra eſſet, vt ff. qđ met. cau. l. metum. & l. metū autē §. 1.

[e] A maioribus. maxime ſi maiores, i. potentiores vim vel metum intulerant, ne maleficiorum commiſſorum extorta &c. Vel poteſt legi ſecūdum aliā literam aliter: per vim autem & iuſtum metum ēt à maioribus maxime, ne querimonia maleficiorum commiſſorum fieret.

[e] Et melius. And. de Iſer. & Aluar.

[f] Querimoniam. ēt ſi nulla facta vel depoſita fuerit querimonia de maleficio cōmiſſo, nullius momenti ſit. i. ipſo iure nō valeat. Sed in iſto nunqd p hoc dicet, q edictū quod metus cauſa, ſublatū ſit & quo ad actionē, & quo ad exceptionem ex eo inductā, vt ff. qđ met. cau. l. metū § ſed quod. & §. Iulianus & §. volenti. & §. ex hoc edicto. cum videatur p. l. iſtam quod cōtractus per metum initus ipſo iure ſit nullus, quem conſtat p leges veteres tenere, vt ff quod met. cā. l. ſi mulier. l. pe. & antepe. & C. de inuti ſti. l. do'o? Rñ. minime. na qđ dicit nullius eſſe momēti, ſubaudi quantū ad effectū. ſic & alias accipiūtur hæc verba. ff. qđ me. cā. l qui in carcerē. Sed hæc reſponſio non placet p p verba præcedētia, ne querimoniā maleficiorum committeator &c. & q hęc verba ſiut poſita propter. hoc ſignificaur, ut quod fit, ipſo iure ſit nullū, vt ff. de uer. ob. l generaliter & C. de leg. & conſt. l. nō dubiū. in fi. Dic ergo hoc eſſe referendū ad ſacramenta tm̄ per vim extorta: de quibus. ſ. dixerat: quod probat etiā uerbum aduerſatiue poſitū p p præcedens verbum ſponte. Sed in iſto quare magis ſoluuntur iuſm ipſo iure, quam ꝯctus? Rñ. quia effectus iuramēti debilior eſt. Ex eo enim nulla inducitur obligatio: ſed robur quoddam quod præſtat ꝯctui cui accedit. ſ. q poſſit efficaciter obueniri. qui alias non poterat auxilio reſtitutionis obſtante, ſi ſpōte interponatur. hic ergo effectus [a] quaſi debilior tollitur vi vel metu illato: quod non eſt in effectu, qui ex ꝯctu inducitur quaſi fortior: quia ex eo inducitur vltro citroque obligatio: vt ff. de verb. ſign. l. Labeo & ſupradictam lecturam lego ſecundum literam talem, quam habebam: per vim autem & metum iuſtum, ſubaudi ſacramenta interpoſita, ſ. à puberibus, de quibus dictum eſt.

[a] Idē Iaſ. & Aluar. & haue multum commendat Marc. Anton. in trac. de effectib. iuramenti, effectu. 56.

[g] Extorta. hoc eſt dicere, hoc quod dictum eſt ſupra verū eſt in iuramentis à puberibus ſpōte extortis. nam iuramēta extorta per vim vel metum nedum ab eis, ſed etiam à maioribus 25 ann. nullius momenti ſunt ipſo iure: maxime ſi fuerint ſuper eo expoſita, nec depoſita ſit querimonia maleficiorum commiſſorum. & merito dicit maxime: quia reipublicæ intereſt, ne maleficia remaneant impunita: vt ff ad leg Aqui. l. ita vulneratus, cum concor. ibi poſitis.

DE ALLODIIS.

uetur, vt ſola confeſſio ſeruorum deeſſe videatur, qđ enim dicit, cum ſuſpectus eſt reus, denotat primū gradum, quo quis incipit peruenire ad fidē. ſ. iuſpitionem, quod verò ſubdit, & aliis argumentis, denotat ſecundum gradum, quo incipit opinari, qđ verò ſubdit de confeſſione ſeruorū, denotat vltimum gradū. ſ. q̃ plena fides habetur, & dr plena probatio. hoc ē probatur. ff. de teſt. l. 3. §. eiuſdem. in fin. quicquid aūt credas aut patum probatum oplnatis. &c & hoc plenius dixi in repetitione legis admonendi. ff. de iureiu. vbi de ſemiplena probatione tractaui. Nunc adū ad propoſitum dico, q̃ q̃dam ſunt cauſæ ſummariæ modici & quaſi nullius præiudicij, & in his ſufficit probatio per iuramentū, vt ff. ad exhib. l. theſaurus. nam n. nocet dñm, ſi patitur me cauentē de damno infecto quærere theſaurum meū in fundo ſuo. idem vbicunq; petitur exhibitio ſi[b] la: ſecus ſi in actione [b] ad exhib. veniret poſſeſſionis tranſlatio, vt l. Celſus. §. iulianus. ff. ad exhiben. Vel ſi aliter per exhibitionem damnificaretur reus, tunc non ſufficeret probatio per iurm. ſed requireretur alia, vt ſtatim dicā. in his n. vbi ita modicum præiudiciū vertitur, ex ſolo iuro iudex ad ſuſpitionē ſeu opinionē inducitur. Quædā ſunt, in q̃bus aliquale præiudiciū fit reo, tñ pōt reparari per aliud iudicium, & tūc alia probatio requiritur, q̃ per iuramentum. ſ. per vnū teſtē: vel aliqua indicia & veriſimilia: ita q̃ in ſuſpitionem vel opinionē iudex adducetur, vt ff ad leg. Aqui. l. in lege Aquil. ſi deletum. ibi, ad ſuſpitionem iudicem adducam. & de Car. edict. l. 3. §. cauſæ. ibi, modicū pro puero facientem, & de ven. in poſ. mit. l. 1. §. ſi ea. & illa probatio dr facta ſummarie, hoc eſt primarie. quaſi ad primum gradum probationis peruenerit. ſ. ad ſuſpitionem vel opinionem. & iſtud eſt quod dicimus, prima facie vr̃ q̃ ſic, vel prima fronte, vt C. de edic. diui Adr. tol. l. fi. vel ēt pōt dici ſummariè. i. breuiter. Nam ad plenā probationē ſecundū conſuetudinem hodie approbatā per decretales requiritur q̃ fiant articuli, & ſingulariter & diſtincte probent. hic vero ſufficit, q̃ ſummatim negotium probetur, vt d. l. in l. Aqui. ibi ſummatim negocio ex poſito. & hoc intelligo in cauſis ſummariis. valde fauorabilibus, ſ. ne pp probationes deficiant, vt alimentorum, & ventris. Si verò nō ita fauorabiles eſſent, licet poſſint per aliud iudicium reparari, tunc quantumcunque ſint ſummariæ, in eis plena probatio requiritur [a] ex parte agentis. dr adū ſummarie reſpectu defendentis: quia ſi accuſator diceretur per calūniā poſtulare, vel aliquā exceptionē opponere, q̃ requireret altiorem indaginē: differretur exceptionis probatio, ne impediretur actoris intentio. ff. vt in po. legat. l. is à quo. §. 1 & de præto. ſtip. l. 1. §. pe & ff. ad Treb. l. ille à quo. §. ſi de teſta. & idem dico [b] de omnibus poſſeſſoriis iudiciis, q̃ dico ſummarie examinari: vt C. vnde vi. l. momentaneę & no. C. quorū leg. l. 1. in gl. & pñt per iudicium petitoriū reparari, nā in eis dico, q̃ requiritur ex parte agentis probatio, vt d. l. 1. C. quorum bon vbi expreſſe dicitur. Circa vero exceptionē aduerſarij & circa dilationes poteſt verſari dicta ſummaria cognitio, & ſummaria dr hoc caſu quaſi prima facie hoc videatur, cum iura partis non perfecte diſcutiantur. Quædam ſunt, in quibus partibus verſatur præiudiciū, nō poſſunt in aliud iudicium reparari, niſi per appellationē, vel aliis modis legitimis, & in his ſi dicatur procedendum ſummarie, intelligitur ſolū quo ad ordinem, ſed ab vtraq; parte probationes & defenſiones audiuntur, vt C. de naufra. l. de ſubmerſis. licet ibi ſit pluſquam ſummarie agendū, vt extra de ver. ſign. c. ſæpe. in cle. in his n. cauſis debet intelligi ſi alia cōſtitutio: & ſic requiritur hic. Si. n. in cauſis vbi ponantur oia alia vocabula. ſ. ſummarie & de plano &c.

[b] Vide plene per Aug. Arer. in §. p̄terea. l. 3. col. inſtit. de actio.

[a] Idē Io. de Imola. Per. de Ancha. Ge. & Nath. in d. cl. ſæpe. de ver. ſi.

[b] Sequūtur Bar. & Sal. in l. 1. C. quorū bon.

ſi hoc eſt in d. cle. ſæpe. multò minus hoc eſt, vbi dr ſummarie iūt procedi. & prædicta vera vbi ꝯ p̄ſentem proceditur. proceſſus autem qui fieret ꝯ abſentem, ea quo poſſet ꝯ eum aliquod decretū interponi, vel diffinitiua ſnia ferri: ſemper debet dici ſummarie agitari. nam cum merita cauſarum partium aſſertione pandantur. vt l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. ſi fit parte abſente, non poteſt dici, q̃ plene liqueat iudici. forte. n. ſi pars fuiſſet p̄ſens, aliquid oſtendiſſet, & ideo totū quod probatur, dr cōſtare ſummarie, hoc eſt primarie, i. prima facie, & iō geſta parte abſente non ita porrigunt effectus ſuos ad extraneos: [a] vt l. qui repudiantis. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff de inoff. teſta. cū ſi. & ſic ſummatim cognoſcitur, vt dicit gl C. de bo. auth. iud. poſ. l. cum proponas. & in auth. ibi poſita. & ff. ex quib. cau. in poſſ. ea l. Fulcinius. § 1. & ibi gl. dicit, quòd ſecundum decretum non præcedit ſummaria cognitio, & q̃ in eo requiritur probatio per inſtrumentum vel per idoneos teſtes, vt l ſi. C. de bo. auth. iud. poſſ. ſed in primo decreto quia ibi generatur modicum præiudicium, quod poteſt de facili reparari, ſufficit probatio per iuramētum. vt probatur in auth. de exhi. re. §. ſuſcepto alias. §. ſi verò quidem iurent. quod autem ſit dictum ſummatim, ſenſit Specu. in d. §. poſtremo. circa ſi. Et ſi quæratur quæ ſint cauſæ ſummariæ. gl. dicit, q̃ regulariter omnis cauſa requirit plenam cognitionem, vt l. iudices. C. de iudi. fallit in caſibus, quos numerat. ff. ad exhib. l. 3. §. ſciendū. Specu. idem dicit. & cæteros caſus enumerat. ſed Dyn. ff. de præto. ſtipu. l. 1. §. pen. dat regulas ſic. vbicunque agitur cauſa in qua ſententia lata tribuit ius finale, & aufert plenum ius & tribuit alteri. ibi deſideratur cauſæ cognitio plena. vbi vero econtra non deſideratur plena, ſufficit ſemiplena, vt ff. q̃s or. in bon. poſſeſ. ſerue. l. 2. & de bonorum poſſeſ. l. 3. 3. §. ſi cauſa cognita. ſed certe illæ leges hoc nō probant. Nam diſtinguūt vtrum detur de plano, an iudice ſedente pro tribunali. nam aliud eſt dicere de plano, & aliud eſt dicere ſummarie. vt infra dicam in ſequen. gloſ. nam bonorum poſſeſſio quæ tribuit ius, datur iudice ſedente pro tribunali, & tamen non datur in forma iudicij, vt not in d. §. ſi cauſa cognita: ſuæ tamen regulæ mihi placent [b] vt dicamus ſic, vbicunque ſentētia lata tribuit ius finale, nec pōt per aliud iudicium reparari, nec per appellationem vel aliud remedium, tunc requiritur cauſæ plenaria cognitio regulariter, vt in d. l. iudices. C. de iud. fallit in caſu dictę l. de ſubmerſis. C. de naufra. item in caſu huius ꝯſtitutionis. Item in caſibus, qui ponitur in c. diſpendioſam. extra de iud in cle. Item in caſibus, in quibus ſententia poteſt ferri ꝯ abſentem. & negotium liquidari, vt C. quomodo & quan. iu. authent. qui ſemel & C. vbi de crimi. agi oportet. authen. qua in prouincia. Item vbi peruenitur ad ſecundum decretum, vt dictum eſt. Secunda regula eſt quod vbi cauſa agitur ſuper qua ſententia lata non parit magnum præiudicium, vel parit tale quod per aliud iudiciū poteſt reparari abſq; alia appellatione vel reſtitutione, vel ſimili remedio: tunc procedendum eſt ſummarie. iſtud probatur in omnibus exemplis poſitis in dicto. §. ſciendum. in gl. & in eo quod ſupra dixi de iudicijs poſſeſſoriis. Sed hoc quod dico ſummarie, diuerſimode accipitur, vt ſup. oſtēſum eſt. Sed ſi dicas in nulla l. vnquam reperitur, q̃ agatur ſummarie. nam in d. l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhibendum dicitur, q̃ ſummatim debet cognoſci, an actoris interſit, & ſic illum articulum tantum dicit examinandum, non totam cauſam. Similiter in cauſa alimentorum & Carboniano ſummatim examinatur an ſit filius, & ſic vnus articulus, vt ff. de agnoſcen. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. & C. de Carbonia. edic. l. 3. §. cæ.

& idem

[a] Et idē dicēdum eſt regulariter de ſnia lata in rē ſummaria, q̃a regulariter ſi porrigit ſuū effectū ad alias pſonas, nec facit p̄iudiciū i cā plenaria. Bal. in l. ſi itā. ff. de iis q̃ ſui, vel alieni iur. ſunt.

[b] Iſtā doctrinā ſequit̃ Geor. gl. i d. cle. ſæpe.

& idē in ſimili. ſed vbi aliquid, quod eſt principalis eſt intentionis, venit examinandum ſummariè modo tota cā dr ſummaria, de ſecundo videlicet qñ hoc, ſ. q cognoſcatur ſummatim, additur vni articulo, qualiter intelligatur. Ad quod dico. q ſi cā principalis eſt ſummaria, & oēs articuli ſunt ſummarij eadem ratione, vt dictū eſt. Si vero cā principalis requirit plenā cognitionē cauſæ, tunc de emergentib. & incidētibus videamus. Dico, q quędā ſunt emergentes, in quibus, ſiue quis vincat, ſiue vincatur, cā principalis pp hoc nō perditur & in his ſemper dico ſummariè cognoſcendum, exemplum. ff de peti. hæ. l. ſi quis libertatem. in fi. de intere. act. l. defenſor. §. illud nec dico hic, vel in alijs emergentibus, vel incidētibus agi ſummariè reſpectu ordinis, quia in his ordo attenditur reſpectu ipſius cauſæ principalis. Sed dico ſummatim cognoſci reſpectu probationum: quia cū res ſit modici præiudicij, ſufficit, q oſtendatur iudici ſic eſſe prima facie, vt dictis legibus. Quædam ſunt emergentes, in quibus ille, qui illas emergentes pponit, ſi vincit, pp hoc non vincit cām principalē, ſed remanet in dubio ſed ſi perdit in illa emergenti, perdit cām: vt cū actor in prima dilatione nil probauit vel reus intentione actoris fundata in prima dilatione nil probauit, petit ſecūdā. ſi obtinet, nō vincit cām, ſed remanet in dubio probationis. ſi vero perdit in illa emergēti, abſq; dubio pdit cām. In iſtis. ſi quidē loquimur de probatione impedimenti fienda ab eo, qui petit ſecūdā dilationem dico q ſufficit ſummaria & ſemiplena probatio: qđ patet, quia ſufficit probari p iuſm, vt extra de excep. c. paſtoralis & ff. de excuſ. tut. l. ſciendum oportet. §. ſufficit. in fi. & ita determinauit Papa, vt retulit Spe. in tit. de app. § nunc verò. ver. quid ergo quod tenet Gull. in l. 2. §. ſi quis ff ſi quis cau. & huius caſus eſt ratio, quia conſequitur modicum commodū, vt dixi. Sed qñ de probatione impedimēti tractaretur, tunc illud non aſſero probari ex ſolo iuramento, & per ſolum iuramētum: ſed conſidero iſtā emergentem ex parte reſiſtentis: quia ex denegatione huius dilationis conſequitur magnum commodum: & ſi vult impedire, requiritur cauſæ plena cognitio, vt eſt tex. C. de dilatio. l. à procedente. vbi expreſſè dr, q ideo cauſæ plena cognitio tunc requiritur: quia ſi denegaretur, ſniaretur ſuper princ. pali qōne: ſi igitur de dilatione: quia aliquo caſu requiritur plena cognitio, ſ. quando denegatur: igitur in dubio dicitur plenā cauſæ cognitionē requiri, arg. ff. de condi. indeb. l. ſufficit. Quædā ſunt emergentes, q hñt ſe eō ad prædicta, q ex parte eius qui emergentem proponit, ſi vinceret. totum ibi vinceat ſed ſi perderat, non per hoc perdit totū, nec aduerſarius vincit. exemplum in exceptione rei iudicatæ, iuriſiurandi, & tranſactio. quæ opponūtur à reo ante litem conteſtatam ad impediandū proceſſum, ſi enim opponens vincit, totum vincit: ſi perdit, remanet lis. hoc enim ex parte opponētis requirit plenam probationem, vt vincat: poteſt tñ hæc cognitio dici ſummaria propter breuitatem dilationis: quia ſi requireret altiorem indaginē differretur illa exceptio quantum ad impediendum proceſſum, & cōteſtabitur lis, poſtea opponetur in vim perēptoriæ, vt l. nam & poſtea, in prin. ff. de iureiu. in tex. & in glo. & ex hoc dico, q ſi opponens in illa exceptione ſuccumberet, nec plenè ante litem conteſtatā probauit, poſito quod ſuper hoc examinati ſint teſtes, & poſt litē conteſtatam iterum poterit opponi: & teſtes iterum examinari ſuper eodem, & iterum publicari. nam primo fuerunt examinati ſummariè, ergo non impedit examinationē, quæ fit poſt litem conteſtatā, vbi fit plenariè, arg. l. pen. ff. de is, qui ſunt ſui. vel alien. iur. & in l. à diuo Pio. §. ſuper rebus. ff. de re iudi. Item quia teſtes examinati ſuper vna inſtantia ad vnum finem, nō impediunt examinationem fieri in alia ad alium finem, arg. ff. de eden. l. argentarius. §. penul. ff. de ſuc. l. qui tabulas. §. ſi. ſed hic ante litē conteſtatam producuntur ad vnum finē, ſ. ne procedatur: poſtea vero producuntur ad aliū finem, ſ. vt diffinitiuà abſoluatur. & cum inſtantia incipiat à conteſtatione, non poteſt dici q producātur in eadem inſtantia: vt hic eſt caſus, & extra de teſtibus. c. veniēs. Quædam ſunt emergentes vel verius incidentes, vt quando producuntur aliquæ peremptoriæ. & iſtarum quædam ſunt, quæ à principali intentione nō poſſunt ſeparari, vt omnis exceptio intentionis. ſi enim dico, teſtamentum nullum eſſe, quia ruptum agnatione poſthumi, vel ſi dicam actori non competere ius agendi, quia meus ſeruus eſt, vel eum qui petit hæreditatem, non eſſe hæredem, quia ego ſum hęres & ſimilia. non enim pōt pronunciari de vno quin pronuncietur de altero: tunc de hoc incidenti cognoſcendum eſt plenè. quod patet, quia ſententia lata ſuper principali parit exceptionem rei iudicatæ ſuper incidenti, vt l. 3. C. de ord. cogn. l. 2. & de exceptio. rei iudi. l. ſi inter me & te. quod intellige ſi principalis cauſa requirebat plenam cauſæ cognitionem, vt d. legibus: ſecus ſi ſummariam, vt ff de ijs, qui ſunt ſui vel alie. iu. l. pen & de liberis agn. l. ſi quis à liberis §. vel ſi parens. Quædam aliæ ſunt incidentes peremptoriæ, q poſſunt ſeparari à principali, vt quæ verè eſt exceptionis exceptio, ſ. actionis excluſio. nam vtrunque eſſe non poteſt: & poteſt de vno cognoſci, & aliud omitti. Et iſtarum quædam ſunt, quæ principaliter non poſſunt per ſe in alio iudicio agitari, vt exceptio pacti: & ſi quæ ſunt aliæ meræ exceptiones: & de illis ſine dubio debet plenius cognoſci, cum ex vtraque parte debeant plenius diſcuti: vt in d. l. iudices. C. de iud & hoc facit, quia parit plenum præiudicium ab vtraque parte. Quædam ſunt exceptiones, quæ poſſunt per ſe examinari in alio iudicio: non tamen ad eundem finem, ad quem proponuntur in primo: exemplum in l. vendicantem & l. ſeq. ff. de euic. tunc debet etiam plene probari eadem ratione: tamen licet quis ſuccumbat per modum exceptionis, poteſt illud poſtea deducere in iudicium per modum actionis, vt d. l. vendicantem. in fi. & l. ſeq. ratio eſt. quia ad diuerſum finē agitur & ſic non videtur eadem res, vt l. cum quæritur. ff. de exce. rei iudi, ita no. Cy. C. ſenten. reſcinden non poſſe. l. peremptorias. dixi plene quantum ad hoc in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verbor oblig. Quædam ſunt exceptiones, quæ poſſunt per ſe examinari in alio iudicio ad eundem finem per modum agēdi, vt exceptio compenſationis. ſicut enim cum opponitur, tendit ad hunc finem, vt mihi ſatiſfiat compenſando: ita cum ago, tendit ad hunc finem, vt mihi ſatiſfiat ſoluendo, & iſta cum poſſit in alio iudicio reparari, habet in ſe aliquid ſummariæ cognitionis: quia ſi habet altiorem indaginē, iudex nō debet eā admittere. C. de compenſa. l. fi. & idem ſi opponeretur compenſatio debiti naturalis, quod non pōt deduci in alio iudicio agendo, hoc non haberet locū, ſed deberet plenè examinari ſicut aliæ exceptiones, vt dictū eſt. Sed ſi admittitur ad hoc, vt opponens vincat, vel vt reprobetur compenſatio, requiritur plena cauſę cognitio, cum plenum etiam faciat pīudicium. vt l q in diem. §. ſi rationem. ff de compenſa. & ff. de neg. geſt. l. ſi autem. § ſi. ſed ſi iudex eam dimitteret non reprobando, tunc non faceret præiudicium, vt ibi. Et prædicta de his, quæ emergunt ante ſententiam. ſed poſt ſniam quandoque occurrūt aliquæ emergentes vel incidentes: & ideo dic, q poſt ſententiam aliquando opponuntur aliquæ exceptiones ad merita cauſæ, non ad ſententiam, vt in caſu. l. 3. C. de iur. & fac. igno. & tunc idem dic quod

ſupra

ſupra. Quædam ſunt quę opponuntur contra ipſam executionem: vt quia dicit, quod nõ debet fieri executio: quia ſententia nulla, vel lata prætextu falſorum inſtrumentorũ, vel alia ſimilia: & iſta requirũt ſummariã cognitionẽ quo ad breuitatẽ dilationis: quia ſi requirunt altiorẽ idaginẽ, nõ impediret executio, ſed

ſummariè & de plano [a]

exceptio reſeruaretur præſtita cautione de reddẽdo, qđ exigitur. C. de fal. l. 2. & C. de preci. impe. off. auth. q̃ ſupplicatio. & extra de in integ. reſti. c. ſuſcitata. ſed ſi probationes debẽt eſſe in promptu: vt C. ſi ex fal. inſt. l. fi. ibi, manifeſtę probationes &c. idẽ puto qñ opponit exceptio, q̃ nõ debet mãdari executioni in totũ: ſed quatenus quis facere põt, vel alia ſimilia: vt ff. ſol. ma. l. ſi ex diuerſo. §. ſi. cũ ſi. Quædã exceptiones opponuntur nun contra executionẽ ſimpliciter, ſed contra rem, in qua fit executio. iſtæ ſimpliciter requirunt ſummariam cognitionẽ quo ad breuitatẽ, & quo ad ſemiplenam probationẽ, vt l. a diuo Pio. § ſi ſuper rebus. ff. de re iud. ratio: quia ibi vertitur modicũ præiudicium: quia ſi non mandatur executioni ſuper illa re, mandabitur ſuper alia. Itẽ de illa quæſtione poterit cognoſci in ordinario iudicio: vt ibi dicitur. Sed qñ contenditur, vtrum ſnĩa ſit executioni mandanda vel non. & ſic de viribus ſniæ: tũc eſt res magni præiudicij. Sed quid ſi in cauſa ſummaria iudex in ſnĩa dixerit ſe habuiſſe plenã cauſæ cognitionem: an per hoc faciet præiudicium in alia cauſa? Reſpon. non, quia debet intelligi ſe habuiſſe plenã ſecundum quod natura cauſæ exigit: vt l. ſi vnum, in prin. ff. loc. & de vſur. l. ſi ſtipulatus. & de dam. infec. l. dam. infect. §. quędã. & quia cognoſcere ſummarie non eſt ſolũ in iudice, ſed etiam in parte, quæ forte nõ curat producere probationes ideo: quia ſcit eam poſſe reparari in alio iudicio, & hoc maxime verum eſt. ſi pars contra dicit ſniæ: vt in ca. ſæpe. in ſi. extra de ver. ſig. in cle. Sed illud c. loquitur in cauſis, quæ pariunt plenũ præiudicium, quocunq; modo agatur, ſed ſi in cã in qua requiritur plena probatio, diceret ſe habuiſſe cognitionẽ ſummariam. puto ſniam nõ valere: quia plenaria cauſæ cognitio eſt de ſubſtantialibus: vt C. de ſen. l. ex ſtipulatione. & C. com. vel epi. l. iudex. ideo ſi omittitur, vitiat ſententiam: vt no. C. de ſen. l. prolatã. Item quod ſ dixi de hac dictione ſummaria idem intellige ſi diceretur, quod cã deberet recte examinari ſimpliciter. de quo verbo fit mentio in d. cap. ſæpe. quia debet intelligi hoc ſimpliciter ſine plica, i. diſtinctione & inuolutione, vt ff. pro ſoc. l. coiri. & de vulg. & pup. ſub. ſtit. l. 1. & de verborum obliga. l. 3. §. ſi quis ſimpliciter.

[a] De plano. [a] planum eſt oppoſitum alto. Item altum dicitur ratione loci vel ſtyli. dicimus enim quem vti alto ſtylo. Item de plano fieri oppoſitum eſt ei, quod fit valociter. quælibet iſtarum ſignificationum poteſt habere locum hic: vt ſtatim patebit. videamus ergo, quæ cauſæ debeant agitari de plano. & quid importet: & dico ſi quidem cauſa eſt vilis, vel de vili materia, vel vilium perſonarũ: tunc hic agitur de plano. vt C. de ſenten. auth. niſi breuiores. ff. de off. procon. & l. nec quicquam. §. de plano. & de acc. l. lenia. & tunc de plano importat, quod iudice non ſedente pro tribunali, & ſic non in loco alto. Item quando non ſeruatur ſtylus aliorum iudiciorum: ſed ſine libello, vel aliis ſolennitatibus cognoſcimus veritatem: vt no. in d. §. de plano. in glo. & Gul. de Cun. in l. leuia. ſecundum vnã opinionem veram. Si vero eſt cauſa ponderis grauioris tunc regula eſt, quod cauſa debet agitari plene & ſolenniter cognoſci: vt l. iudices. C. de iudic. fallit in quibuſdam cauſis, quæ agitantur de plano. vt ff. de quæſtio. l. vnius. §. ſi. & extra de iud. ca. nouit. in ſi. & extra de accu. c. olim. & in his non intelligitur exceſſus ordo iudiciarius: vt dict. c. olim. & ibi no. per Ion. & ratio: quia in cauſis maiorũ procedere ita tepẽtine ſine ſolennitate, eſt ſtylus altus nimis. ſolum. n. reges & principes hoc faciunt. Sed procedere ordinarie eſt in his de plano procedere. hoc eſt nõ frequenter. nec ſtylo alio. Vides ergo, q̃ ex diuerſitate cauſæ ſtylus dicitur altus diuerſimode: & in his ſemp puto, quod non eſt neceſſe iudicẽ ſedere in alto tribunali, ſed in camera poterit fieri & hoc ſi de tota rã agitanda de plano q̃rit. Si vero quæritur de aliquo articulo totius cauſæ, quæ debet agitari ordinarie, an articulus aliquis poterit agitari de plano? Dic quod qđã facit quis in iudicio coram iudice, vbi ſufficit præſentia iudicis. vt producere libellum coram iudice. & iſtud ſemper poteſt fieri de plano, hoc eſt iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominum: vt l. miles. §. ſexaginta. ff. de adul. Idem in appellatione, quæ ſolum coram iudice interponitur, vt C. de fer. l. 1. per hoc dico, quod relationes nunciorum quæ fiunt iudici, poſſunt fieri de plano & ſi aliqua habet terminum ad producendum aliquid coram iudice, idẽ: quia de plano poterit fieri, per dictas leges: ſecus ſi habuit terminum ad probandum: quia per hoc ſolum, quod exhiberet coram iudice, non fieret pbatio. niſi parti detur copia & terminus ad opponendum. & ſic quod productum eſt, approbabitur vel reprobabitur: hoc eſt, ei imponetur fides vel non. vt C. de fi. inſtrum. l. fin. Quidam ſunt articuli, in quibus opus eſt iudicem aliquid facere. & tunc ſi quidem illud eſt modici præiudicij, ita q̃ ſummariam cognitionem requirat: ſecundum qđ dicitur. C. de defen. eius. l. iubemus. §. illud, & dixi in præcedenti gl. & tunc poterit de plano examinari: hoc eſt iudice non ſedente pro tribunali, & die feriato ob neceſſitatem hominum, vt ff. de interr. act. volunt. § ſi. Si vero illud poteſt eſſe ab aliqua parte magni præiudicij: tunc non debet agitari de plano, ſed plene cauſa cognita & iudice ſedente p tribunali: vt C. de dila. l. à procedente. & p̃dicta vera in cauſis, in quibus venit ferenda ſnĩa diffinitiua. Sed contingit aliquando, q̃ coram iudice agitantur quædam cauſæ & non ſpectatur ſnĩa, ſed aliquod decretum iudicis & in his dic, quod quando decretum tale interponitur in his, quæ ſunt meræ voluntariæ iuriſdictionis & nulla alia cauſa requiritur niſi partium voluntas. & iſta de plano interponitur, id eſt iudice non ſedente pro tribunali: vt inſti. de li. bet. § ſerui. & ff. de manu. vin. l. non eſt omnino. Quædam ſunt, q̃ requirunt cauſæ cognitionem: & tunc ſi quidẽ eſt cognitio leuis ſeu ſummaria: vt in tutore ſeu curatore, qui datur ſine inquiſitione: & iſta põt ſimiliter agitari de plano, vt ff. de tute. l. qui habet. § quoli. et loco. & in bon. poſſ. quæ non tribuit ius. vt ff. quis or. in bo. poſſ. ſer. l. 2. §. dies. & de bo. poſſ. l. 3. §. ſi cauſa cognita. Quædã ſunt, quæ requirunt veram & plenam cauſæ cognitionem: vt datio tutorum ex inquiſitione, & bonorum poſſeſſio. quę tribuit ius: & tunc non poteſt fieri de plano, ſed iudice ſedente pro tribunali, vt ff. de confir. tut. l. naturale. § ſi. & de bono. poſſ. l. 3. §. ſi cauſa cognita. & d. l. 3. §. dies. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſio. ſerue. ſed aduerte. quia in iſtis caſibus licet requiratur plena probatio, non tamen eſt cauſa ordinaria: imo non ſit in forma iudicij, imo nulla parte citata, vt nota. in dicto §. ſi cauſa cognita & dicto §. dies. Et illo reſpectu poteſt dici non plenaria, & per ea, quæ dixi in præceden. glo. & ſic patet, quod illæ leges quæ dicunt de plano cognoſci, longe differunt ab his, quæ dicunt cauſam ſummarie agitari. vnde ex d. l. tertia. §. ſi cauſa cognita. & d. l. 2. §. dies, non debuit Dyn. ſumere regulas in materia ſummariæ cognitionis, vt dixi in prædi. gloſ.

Sine

[a] Facit ad hoc ca. ... ſtra ex de coha. cle. vbi dſ, q̃ iudex põt pcedere ſine figura iudicij ſe informãdo de fama, de notorio, & de legitimatiõe: nec reqrit quod pro tribunali ſedeat nec qđ citet g:es. Ant.

Regum & principũ eſt de cauſis atq; de his ſummarie cognoſcere.

Quõ intelligit, vide Old. ſ cõſ. 115. inci. in iudicio eſt cõſiderare. & Car. i cle. 2. q. 43. de iudi. vbi latè tractat hanc materiam.

a ſine ſtrepitu. Sic ex. de ee. c. olim. & de ſta. mo. c. ea q. & de elect. c. indemni. §. ſi verò. li. 6. & de hæte. c. ſi. in prin. li. 6. & de iudi. c. diſpendioſam. & de ver. ſig. c. ſæpe. in cle. & ſtrepitũ. quidã dicũt eſſe omnẽ iudicij ſolẽnitatẽ, q̃ magis ſpectet ad ordinẽ, quã ad inuentionẽ veritatis. quorũ opinionẽ refert Inn. in d. c.

ſine ſtrepitu[a] & figura[b]

olim. de accu. ſed non tenet eã, bene dic ergo, quod ſtrepitus idem eſt quod rumor. & deſcẽdit à ſtrepo ſtrepis, qđ idem eſt, qđ rumorẽ facere ſm Hug. ſicut n. per verbũ de plano, remouetur altitudo loci vel ſtyli, vt dictum eſt: ita per hoc verbũ ſtrepitus remouet altitudo vocũ & declamatio, ideo addit quoq;, abſq; aduocatorũ & iudiciorũ ſtrepitu & figura: vt d. c. ſi. in prin. de hæte lib. 6. & per hoc dico, quod in cauſis, in quibus debet procedi ſine ſtrepitu, ſi pars diceret iudici, quod approximaret ſe ei, & quod volebat ei dicere aliquid in occulto, quod iudex debet hoc facere: aliàs grauaret eum: prædicta tamen iura non haberent locũ in hac conſtitutione: quia hic dr. quod iudex poteſt. non autem imponitur ei neceſſitas. In alijs autem cauſis iudex non cogitur eum audire, niſi palã ante tribunal, vt C. de epiſ. & cle. l. iubemus. in ſi. item licet aliàs detur dilatio parti ad quærẽdũ aduocatos: vt ff. quib. ex cau. maiores. l. ab hoſtibus vocatos. in ſi. & l. ait prætor. in ſi. § ſin. tamen iſto caſu non erit danda: quia ex ea eſt remotus ſtrepitus aduocatorum: puto tamen, quòd hoc verbum ad maiorem expreſſionem apponatur. nam per hoc, quod dicit de plano, ſatis poteſt intelligi reſpectu loci ſtyli, & vocis.

Dilatio dat parti ad quærẽdum ad.

Figura qđ ſit.

b Et figura. Figura cuiuſlibet rei eſt apparens forma ipſius. vel facies, in qua rei ſubſtãtia figuratur: vt ff. de act. & obl. l. non figura. & ita dicit Io. An. in c. ſæpe. extra de ver. ſig. in gl. ſuper verbo, non exigatur. quod eſt verum in figura rei corporalis, vt C. de edi. diui Adr. tol. l. ſi. & ff. de vet. ſign. l. quoties aliquid. vbi hoc melius probatur quam alibi. rei verò incorporalis figura dicitur eius natura. vñ rectè dicimus figurã actionis eſſe ipſius actionis naturam: vt C. de rei vxo. ac. l. 1. §. cum aũt, ibi, eadẽ figura &c. Quædam ſunt facta prout conſiderantur in fieri ſeu in actu faciendi: & ipſorũ figura eſt ipſe ordo faciẽdi. vñ in grãmatica dicimus figuræ ſimplicis, quia ſimpliciter proferuntur, quia igitur actus proferendi eſt ſimplex, ideo dr figuræ ſimplicis. hic aũt loquimur de figura iudicij: & iudiciũ licet habeat multas ſignificationes: hic tñ accipitur pro actu examinationis & deciſionis cauſæ. Figura ergo iudicij eſt, quod partes iudicij ſint factæ ſecundum ordinem debitũ, & debitã probationem ſeu propoſitionẽ: & ex iſta, figura iudiciũ accipit ſuum eſſe & ſuã ſubſtantiam qđ patet: quia ſi ordo non ſeruatur, iudiciũ eſt nullũ: vt C. de ſen. l. prolatam. vnde per hoc qđ dicit ſine figura, tolluntur ſubſtãtialia iudiciorũ, vt ipſum verbũ importat: vt no. Io. An. in d. c. ſæpe in gl. ſuper verbo, figure. Sed contra hoc oppo. quia ſublatis ſubſtantialibus nullo modo erit iudicium, cum res non ſit perpetua ſine eius ſubſtantia: vt l. obligationũ ſubſtantia. ff. de act. & obl. Sed hic in veritate eſt iudicium, licet extraordinarium. Sol. tolluntur ſubſtãtialia iudicij iure ciuili introducta: non aũt ea q̃ ſunt naturalia iure naturali ſeu gentium inducta naturali ratione, vt infra in multis oſtendam. Item aduertẽdũ eſt, quod Io. An. in d. c. ſæpe in gl. ſuper verbo, nõ exigit, dicit, quod iudex non aſtringitur hoc caſu ad aliquas formas, regulas, vel figuras iudiciorum: niſi in quantũ in d. c. exprimitur. & illa expreſſa magis reſpiciunt figurã facti negotij vel cauſæ, quàm iudicij. ſm eũ. Tu dic quod iudex per hęc verba releuatur ab omni forma & figura iudicij inductã à iure ciuili: & tenetur obſeruare omnem figuram & formã iudicij inductam de iure gentium, vel naturali ratione: & de his loquitur vt plurimũ illud ca. licet aliqualiter egeat declaratione: vt infra declarabo. Animaduertendũ eſt, quod dicit Io. And. quod ſi omnia dicta verba. ſ. ſummarie ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, non proponerentur: nõ haberet locũ quod dr in d. c. ſæpe. vt ibi no. in gl. ſuper verbo, in figura. qđ eſt verũ, ſi à primis incipias, & iſtud vltimum omittas Sed ſi proponeretur iſtud vltimum. ſ. ſine figura iudicij, licet omnia verba præmiſſa eſſent omiſſa: idem importaret, cum oĩa ſubſtantialia eſſent ſublata. Quod igitur de ſignificatione huius verbi dicũ, intellige idem ſi omnia coniungerentur. quid ergo hæc verba importẽt per oẽs ſingulas partes iudicij, proſequamur latius q̃ in d. c. ſæpe, declaratur. Quæro igitur, vtrũ ſit neceſſe quod pars citetur? Reſpõ. ſic, vt in hac l. innuitur. item quia hoc eſt de iure naturali. nam primum hominem delinquentem citauit Deus dicens: Adam vbi es? hoc enim probatur de re iudi. c. paſtoralis. in cle. vbi ſententia Domi. imperatoris Henrici, qui fecit hãc l. & poſtea damnauit Robertum Regem Hieruſalem & Siciliæ, caſſa fuit ex eo, quod citatio facta legitimè non fuit. & probatur in d. c. ſæpe. Item an eſt neceſſe, quod perſonæ legitimentur? Reſpon. ſic, vt in hac conſti. ibi, vel aliàs legitimè &c. aliàs ſequeretur abſurdum ſ. quod alter nõ habens mandatum à me poſſet mihi præiudicare: qđ repugnat iuri naturali: vt C. de inoff. teſta. l. ſi quis in ſuo. ff de re iud. l. factũ cuique ſuum. & extra de reg. iur. c. non debet aliquis. lib. 6. & hoc tangitur in d. c. ſæpe. Itẽ an requiratur petitio? Rñ. in caſibus huius legis oportet, quod præcedat accuſatio, inquiſitio, vel denunciatio, vt dictũ eſt. aliàs vbi cã deberet agitari ſine figura iudicij, dr in d. c. ſæpe quod non eſt neceſſe, quod libellus detur in ſcriptis, ſed iniatæ petitionis formã pronunciatio ſequi debet pro parte agẽtis vel rei, ſi quid petere voluerit. & in ipſo litis exordio faciẽda eſt petitio ſiue in ſcriptis, ſiue verbo: in actis tñ inſerenda, vt ibi dr, & iuſtũ eſt: quia naturale eſt, quod agẽs petitionẽ ſuã proponat. nã corã Salomone mulier ita dicit: filius meus viuit: filius iſtius mulieris mortuus eſt. vt not. C de ſen. ex bre. recitã. l. 2. & extra. de præſum. c. afferte mihi. & habet in 4. lib. Reg. 3. c. vbi illa petitio latius ponit. Et aduertendũ quod illa petitio cõtinet ſolũ facti narrationem. & nõ concluſionẽ. ex quo infero quod licet illa petitio non habeat oĩa ſolennia, q̃ de iure requirunt, vt not. ff. de eden. l. 1. in prin. tñ ſufficit ſi eſt generalis: vt eſt ar. C. de anna. exce. l. ſi. in prin. idẽ ſi concluſio nõ eſt legitimè facta: vt l. j. ff. ſi men. fal. mo. di. vel ſi nõ petetur eũ cõdẽnari, ſed petit eũ cogi: qđ fieri nõ dẽt: vt C. de exec. rei iud. l. j. tñ in hoc caſu qñ ſine figura iudicij proceditur valebit iudiciũ. Si. n. procedit vbi ſola facti narratio eſt abſq; cõditione vlla: multo magis ſi concluſio nõ erit bene facta. ſi tñ ex narratiõe poſſit cõprehendi, quid actor velit, ar. C. de rei vxo. act. l. 1. §. j. & hoc eſt quod volunt dicere verba d. ca. ſæpe, dum dicit, iniatæ petitionis formam. q. d. licet nõ pronuncietur in eo quod eſt petitum, ſufficit ſi pronuncietur iuxta id, qđ eſt petitũ. Aliud eſt. n. iuxta petitũ, & aliud petitũ iudicare ff. de iudi. ſolu. l. tam tñ. §. in hac. ver. quid tñ ſemper tñ intellige, quod non ſit tanta incertitudo, quod auferat defenſionem reo, vt infra dicam. item an poterit opponi exceptio. rei iudi. vel finitæ ad impediendum proceſſum? Reſp. ſic: quia de iure naturali eſt ne bis iudicetur in idipſum: exceptiones verò quæ magis differunt, & fruſtrantur cauſæ veritatem, q̃ ipſam reſpiciũt, poſt iudex repellere: vt d. c. ſæpe, illa. n. de iure naturali nõ ſũt, imo contrariantur. Item an procedi poſſit tempore feriato? in d. c. dicitur, quod ſic, ſi ſunt feriæ indictæ ob neceſſitatem hominũ: ſecus ſi ob honorẽ Dei. ratio: quia de natura iudicij ſunt feriæ indictæ in honorem

Feriato die an iudex procedere poſſit.

rem dei. præcepit enim deus coli ſabbata & quaſdã feſtiuitates. An ſit conteſtanda lis? Reſpon. nõ: nã dicitur ibi, lite conteſtata nõ poſtules, ratio quia eſt ſolennitas iuris ciuilis. eo tamẽ caſu, quo merita cauſarum tractari incipiunt, vt quia legitimatis perſonis proponuntur exceptiones, vel fiunt poſitiones & articuli,

Vide de hoc Bald. & Ale. in l. 3. C. qui admi. & ibi Salice. Bal. in l. ne quis quã verſi. de plano, de offi. pro cõſul.

iudicii, prout illi qui iuriſdictioni præeſt,

habent vim litis conteſtationis ad faciendũ procuratorẽ dominum litis, Item quo ad certos effectus conteſ. lit. vt C. de procu. l. nulla ibi. poſt cauſam in iudicio agitatam. & ibi poſt inchoatam cauſam, non dicit lite conteſtata. Sufficit ergo quòd quocunque modo cauſa incipiat agitari. hoc no. in l. ... Itẽ an de caluniã ſit iurandũ: in d. c. dicitur quod ſic: ne veritas occultetur. In contrarium facit: quia hæc ſolennitas videtur inducta à iure ciuili. vt de iuramẽto calum. l. 3. ſed dic primum verum quod iuramentum deferẽ in tota cauſa ẽt de iure naturali & diuino, hoc enim tẽpore Moyſi inductum eſt propter incredulitatẽ, vt aliquis deberet iurare: vt extra de iureiu. c. & ſi Chriſtus. & Exo. 22. capi. ſi igitur iuretur ſuper quolibet articulo, vt fiebat olim: vt C. de iura. calum. l. 2. ſatis putarẽ ſufficere: maximè cum tale iuramentũ poſſit omitti: vt d. l. 2. §. ſed quia veremus. Item an debeant dari dilationes? videtur quòd ſic. nam in d. c. ſæpe. dicitur amputandum dilationum materiam: & litem quantũ poterit facit breuiorem: non tamen ſic litem iudex abbreuiet, quin probationes veræ & defenſiones legitimę admittãtur, & ita dicitur ibi: quod inſit naturali rationi congruit. Cum enim probationes ſunt faciẽdæ, oportet quòd fiant in termino: & puto quòd valeant, ſi fiant ſine dilatione: vt l. vnius. in §. cognituri. ff. de quæſtio. & ff. de adul. l. in crimina. & ibi dixi non æquum eſſe dilationem certam dari cauſa breuiandæ litis. & quod dicit, quod nõ ſint nimis breues congruit naturali ęquitati, nã auferetur parti actoris ius ſuum, reo vero auferetur defenſio. quod ex æquitate naturali eſt: vt l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. & eſt expreſſum in clemẽ. paſtoralis. de re iudi. Sed ad quid dabitur iſta dilatio? in d. decre. dicitur, quòd primo datur terminus ad faciẽdum poſitiones, & articulos ſimul, poſtea verò datur terminus ad producendum omnia, quæ partes voluerint. Sed certè illud eſt expreſsè ſtatutum illius decr. quæ vult in hoc ſeruari verum, hoc tamen non eſt de iure naturali nec ciuili: cum ſufficiat dari in cauſa ad probandum vnã dilationẽ; vt ff de fer. l. ſi. vnde in hoc in foro ciuili non eſt ſeruãnda iſta decr. Item an in dictis cauſis in quibus proceditur ſine figura iudicij, teſtes debeãt iurare? hoc enim non reperitur de iure digeſtorũ. niſi in l. Theopompus ff. de do præle. ſed videtur mera conſtitutio Imperatoris; vt C. de teſt. l. iureiur. puto tñ quod iurare debeant: per ea quę dicta ſunt de iura cal. Sed an præſente parte? puto quod ſic: alias auferetur ei defenſiõis copia, quod repugnat æquitati naturali: vt dictũ ẽ circa verò dicta teſtiũ puto, quod debeant eſſe talia, quę concludant, ſicut in cauſis ordinarijs, ar eius quod dr in Daniele de Suſanna, & quod no. C de teſt. l. teſtium. Sed an requiratur publicatio teſtium: glo in l. ſi quis C. de teſtib. dicit quod per Danielẽ inductũ eſt quod examinatio fiat ſecretè: vt legitur in lib. Danielis ca. c. hoc eſt igitur de iure naturali ſeu diuino: & ex hoc ſequitur quod debeat publicatio fieri: aliàs auferretur parti ius defenſionis. Si enim non publicarentur, nõ poſſent impugnari teſtes & eorũ dicta: ſed auferre defẽſionẽ, repugnat iuri naturali, vt dictũ eſt. Sed an in hac cauſa poſt dicta teſtificata poterũt teſtes produci? Rñ. nõ. cũ ſit prohibitum propter timorũ ſubornationis, & ſic ex quadã naturali ęquitate, quod eſt, ne alter alteri inſidietur: vt ff. de iuſt & iur. l. vt vim. hoc eſt introductũ & poſitum inter alia ciuilia præcepta. Itẽ an in hac cauſa poterit petere quis, vt ſibi edantur inſtrumenta?

Et adde an publicatio proceſſus ſit de ſubſtãtia iudicij ordinis, vt per doct. in c. cũ I. & A. de re iu. & eundem Bar. in l. prolatã. de ſen. & Iaſo. & glo. in c. ſtatuti de hę. li. 6. Io. An. d. ca. cum Io & An. Publicatio teſtiũ an requiratur.

Reſpon. quod non. & hoc eſt prohibitum non ſolũ iure ciuili, ſed etiam naturali æquitate: vt C. de eden. l. qui accuſare. vbi hoc prohibetur expreſſè. Item an requiratur concluſio in cauſa? Reſp. non: vt d. c. ſæpe. dicitur. hæc eſt enim ſolẽnitas mere ciuilis. ſtatim enim cum liquet iudici de cauſa, ſine aliqua alia concluſione põt ſententiare de iure naturali: vt patet in illa ſñia lata per Salomonem. 3. Reg. cap. 3. & eo exemplo puto quod non ſit neceſſaria datio termini ad allegandũ, facit quod dixi in præcedenti gloſſ. Item an debeant partes citari ad audiendum ſententiã? in d. c. ſæpe. dicitur quod ſic. quod intelligitur vt infra dicam in gl. ſuper verbo, prædicto crimine. item an hoc caſu cũ proceditur ſine figura iudicij requirantur illæ ſolẽnitates, quę à iure poſitę ſunt circa ſententiam? Reſ. non eſt neceſſe, quod feratur iudice ſedẽte pro tribunali, vt d. c. dicitur. hæc enim eſt ſolẽnitas ciuilis. ſed debet ferri in ſcriptis, vt ibidẽ dicitur. certè hoc quod feratur in ſcriptis, eſt ſolennitas ciuilis quæ eſt de eſſe ſententiæ. quod ſit deliberata & nõ ſubita l. 2. C. de ſent. ex breuic. reci. tamẽ dicta decretalis ſtatuit, quod feratur in ſcriptis In foro autẽ ciuili nõ arbitror illud neceſſe iſto caſu, vt patet in prædicto exẽplo Salomonis, & in dicto c. in gl. dr, quòd de iure antiquo nõ eſt neceſſe ſentẽtiã proferri in ſcriptis: ſed in ſcripturã redigatur, vt poſſit probari, vt dictũ eſt de petitione. nam ſoli aſſertioni iudicis non creditur, niſi ſit Papa, vel Imperator, vt extra de probatio cap. quoniam contra falſam. & eodem ti. c. 1. in cle. Sed ſi in ſententiãdo non ſeruaretur forma l. 1. C. de ſent. & inter. omn. iud. valeret: vt ſi procurator eſſet pręſens, & condemnaretur dominus: quia hæc ſolennitas eſt iuris ciuilis, non naturalis ſeu gẽtium, quod patet quia licet alteri abſenti quis non poſſit ſtipulari de iure ciuili: tamẽ alteri oritur obligatio naturalis, vt ff. de verborum obligationibus l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & ibi nota. & idem puto, ſi iudex fert ſententiam in abſentem non citatum, quòd valeret hoc caſu eadem ratione, aliàs ſecus, vt lege, furioſo. ff de iudic. & ibi nota. & C. quomodo & quando iudex. lege. ea quæ, in gloſſa, idem puto, ſi præcedenti cognitione, quæ requiritur ſecundũ ea, quæ dicta ſunt, ſi iudex nulla alia data ſentẽtia iuberet reũ capi vel diſtrahi pro debito, valeret. licet enim magis illa ſit naturæ executionis, quam cõdemnationis, & ſic nõ valeret aliàs. vt C. de execu. rei iudic. l. 1. tamen in hoc caſu valeret, exemplo dictæ ſententiæ Salomonis. illa verò fuit natura executionis. hoc etiam patet, quia talia ante ius ciuile manu regia expediebantur. ff. de orig. iur. l. 2.

Iudicis aſſertioni non creditur.

Prout. Poſuit plures modos procedendi, & plures formas. & in his dedit iudici poteſtatem eligẽdi aliquam prędictarũ vel ordinariè procedendi, ſi ſibi videbitur Sed huic ob. d. c. ſæpe. vbi dicitur, & iudex non poteſt ordinariè procedere, niſi de partium conſenſu Sol. ibi cauſa ſit cognoſcenda committitur, ſi ſine figura iudicij, hic verò fuit dictum, vt poſſit procedere hoc modo: & ſic non fuit poſitum ſub neceſſitate l. non quicquid. ff. de iudi & C. quomodo & quando iudex. l. 1 Sed dices tu. ad quid ergo fuit appoſita hæc clauſula. prout illi iudici videbitur expedire & c. Reſp. ſecundum hoc potuit eligere quam viam volebat: ſed vna electa dubium eſt, an poſſit ad aliam poſtea redire ſicut dicimus de eo qui aſſumptus eſt vt arbiter & arbitrator, vt no. in Spec. in tit. de arb. §. ſequitur. verſi. quid ſi cõpromiſſum. & dixi. ff de fur. l. ſi dominũ quod dubiũ hic tollitur. poteſt enim ex hoc procedere modis prædictis, prout ſibi videbitur: hoc eſt illo tempore, illa qualitate, vel ſpecie procedendi quæ ſibi videbitur. Ad cuius intelligentiam ſciendũ eſt de ſignificatione huius verbi prout. quandoque enim

enim aliquid adijcit per hanc dictionem prout, quod ſit diuerſum ab eo quod primo poſitum erat: & tunc ponitur ſimilitudinariè, vt ff. de ſolutio. l. prout quiſque. ſimilitudo .n. eſt circa diuerſa, vt no. ff. depo. l. quod Nerua: quandoque reſpicit idem, & tunc ſi per hanc dictionem adijcitur aliquid præteritum, & de illo conſtat

videbitur [n] expedire.

tunc intelligitur limitatiue: vt C. de eden. l. edita. ibi, prout edicti perpetui monet authoritas. Si vero de illo præterito non conſtat: tunc in dubio intelligitur poni cautaliter. vt ſic, concedo tibi, vt poſſis colligere vectigalia certæ quantitatis, prout eſt hactenus conſuetum. i. quia ſic conſuetum eſt. vt ex de ver. ſig. c. abbate ſané. licet ibi loquatur de dictione: ſecundum quod, vel iuxta quod, ſed eadem eſt ratio. ſic loquitur, quod no. per Cy. C. de con. & com. ſtip. l. ſecundum reſponſum & hoc in legibus, priuilegijs, & ſtatutis, quia illa fiunt animo aliquid diſponendi. Item in ſententijs, quæ cauſa cognita proferuntur: ſecus in confirmatione, quæ fieret ſine cauſæ cognitione: quia tunc intelligitur conditionaliter: vt extra de confir. vti. vel inuti. c. 2. & quod ibi no. & extra de off. del. ca. quoniam abbas. Si verò per hanc dictionem [a] prout, adijcitur aliquid de futuro, tunc ponitur limitatiuè, vt d. l. edit. prout dicit, ius dicentis decernit æquitas. nam illa licentia mutandi & emendandi limitatur ſecundum modum de præterito, ſcilicet prout edicti monet authoritas, & ſecundum aliud de futuro, ſcilicet prout dicentis decernit æquitas. iſtud reſpicit omne tempus futurum, & iſta limitatio eſt circa tempus & quantitatem, vt no. gl. in d. l. edita. & ſic iudex hic omni tempore quo vult, poteſt procedere cum figura iudicij. & ſine. & ſic poteſt eligere vno tempore vnam viam, & alio aliam. Item ex eo quod dixi, quòd ſolum in tempore & qualitate facit limitationem & ſic non in ſubſtantia diſpoſitionis apparet, quòd ſi illa qualitas vel tempus non limitaretur, non vitiaretur diſpoſitio. exemplum non poteſt de hac lege poni: quia iudice procedente apparet qualiter ſibi videtur procedendum. pone ergo quod Titius legauit mihi centum, prout per eum declarabitur. certè ipſo non declarante valebit. ff. de hær. inſt. l. 2. & l. cum pater. §. fin. ff. de leg. 2. & C. de inſt. & ſubſt. l. pen.

[a] De qua vide gloſ. in l. edita C. de eden do. in ver. l. o. prout & ibidem per eundem Bartol. ac Cyn. ſed Ioann. & Bal. & adde no. per Angel. in conſil. 11.

[n] Videbitur. Hoc verbum videbitur. denotat arbitrium boni viri. ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum ita & de fideicom. lib. l. fideicommiſſaria libertas: & ita poteſt quilibet dictorum modorum eſſe iuſtus & approbatus, & poteſt iudex eligere quemadmodum vult. puto etiam hoc caſu, quod ſi hæc conſtitutio diceret prout iudex voluerit, quod nec plus nec minus poſſet. et pro hac declaratione videamus differentiam inter liberam voluntatem, & arbitrium boni viri, enim etiam voluntatem includat. & quidem de voluntate eſſe eſt quod ſit libera, nec poſſit cogi neceſſitate præciſa. vt C. de hær. inſt. l. cum proponas. Sed cogitur quadam neceſſitate conſequentiæ, vt ſi quis vult effugere tormenta, hoc vult libere, & poteſt nolle, ſed ſi hoc voluerit in conſequentiam, vult illud ſine quo tormenta effugere non poteſt, & iſta eſt neceſſitas conſequentiæ. Nam dicitur verè, coacta voluntas, voluntas eſt, vt ff. quod metus cauſ. l. ſi mulier. §. quod ſi metu. voluntas enim eſt, quod libere vult antecedens. & ex illa deducitur ad volendum conſequens. Item ſciendum eſt ſecundum theologos & philoſophos, quod voluntas nunquam appetit niſi bonum exiſtens vel apparens licet quandoque velit aliquid quod cognoſcit eſſe malum, illud vult ſub ratione alicuius boni delectabilis ſeu apparentis ipſi voluntati. In propoſito voluntas alicuius poteſt conſiderari reſpectu eius quod ipſe vult tanquam delectabile ratione regulata, vel non, & illa dicitur voluntas libera. Alio modo prout ipſe vult recta, & regulata ratione, & iſtud dicitur arbitrium boni viri. quia bonus vir hoc arbitraretur, vt ff. iud. ſol. l. vir bonus & ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. cum ſimilib. & verba quæ important liberam voluntatem, ſunt verbum volo, vt l. cum quidam. de leg. 2. & d. l. fideicommiſſaria libertas. de fideicomm. lib. Item verbum libet, ſeu libuerit: vt ibidem. idem enim eſt dicere quod libuerit, id eſt quod liberè voluerit. Item vbicunque verbum arbitrium, & ſimilia ponuntur cum hac dictione plenum ſiue liberum, vt l. fideicommiſſ. §. quanquam. de leg. 3. Item hoc verbum iudicio tuo importat liberam voluntatem, vt ff. de fideicom. liber. l. Thais §. Lucius ſecundum glo. ibi poſitam. Sed licet alias tranſierim ſecundum illam glo. videtur mihi ratione quod directe etiam ibi dicat contrarium, ſcilicet quod importet arbitrium boni viri: quod plus placet. Quid enim eſt dicere iudicio tuo, niſi facta diſputatione intra temetipſum poſtea iudices? quod ad boni viri arbitrium ſine dubio refertur. Concludo igitur quod exceptis prædictis omnia importent arbitrium boni viri, vt videbitur, approbauerit, comprobauerit, & ſimilia, vt d. l. fideicommiſſa. vel placebit, vt d. l. Thais §. ſororem. & multa alia quæ ponuntur ff. de le. 3. l. ſi ſic quæ hic non repeto. quia dico eſſe regulam de omnibus exceptis prædictis. vt dictum eſt. nec obſt. ff. de fideiuſſo. l. græcè in prin. vbi æquiparat verbum volo, & verbum cupio. & ſimilia: quia vt dixi, vtrunque continet voluntatem: ſed vnum liberam, & aliud regulatam, vt ex prædictis colligitur. verbi gratia, quandoque committitur facultas contrahendi, quandoque facultas largiendi ex cauſa lucratiua quandoque facultas iudicandi. Primo caſu quando committitur facultas contrahendi per verba ſignificantia arbitrium boni viri circa contractum: tunc ſine dubio debet arbitrari ſuo arbitrio regulato ratione: prout bonus vir & diligens paterfam. facturus fuiſſet, vt l. hæc venditio. ff. de contrahen. empt. & ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. & de oper. lib. l. ſi libertus. ſed ſi hæc facultas concederetur per verba ſignificantia liberam voluntatem, tunc omnia poteſt, duobus exceptis. Primo quòd non donet. hoc enim non venit in conceſſione voluntatis liberæ, vt l. filius. §. 1. ff. de do. Secundo quod dolus abſit: & omnia alia quæ dolo carent, facere poteſt, vt ff. man. l. creditor. §. Lucius. hoc enim non repugnat regulis iuriſgentium, ſecundum quas licet contrahentibus ſe decipere. vt ff. de min. l. in cauſæ §. Idem Pomponius. vnde videtur quod quantumcunque committatur in voluntatem liberam: intelligitur voluntas libera à regulis iuris ciuilis. ſed ſemper remanet limitata à regulis iuriſgentium, vt etiam in ſequentibus not. Secundo caſu principali, videlicet quando conceditur facultas largiendi ex cauſa lucratiua: tunc ſi per verba ſignificantia arbitrium boni viri, debet eligere, vt bonus vir. l. cum quidam, ff. de leg. 2. & l. ſi ſic. i. reſpon. & de le. 3. l. fideicom. §. quanquam. & de fideicom. lib. l. fideicommiſſaria libertas. Si vero per verba ſignificantia liberam voluntatem, tunc poteſt facere omnia contra regulas iuris, ſeruatis regulis iuriſgentium, vt ff. de mili. te. l. 1. vbi permittitur teſtari militi, quomodo vult. & per hoc poteſt relinquere deportato, cuius ſtatus nullus eſt de iure ciuili, non autem damnato in metallum, qui eſt ſeruus pœnæ: vel ſeruo proprio, cum ſeruitus ſit conſtituta à iuregentium, vt l. eius. §. ſi deportati. & §. ſeruum pœnæ. & §. ſeruum proprium ff. de mi. teſt. & hoc vult dicere. l. cum quidam. ff. de legat. 2. Nam ei qui eſt indignus propter offenſam, non donatur ſed donatum reuocatur, vt l. ſi. C. de reuo. do. ideo bonus vir. hoc eſt iudex ſecundum regulas iuris ciuilis non arbitraretur ei largiendum, ſed ſecundum naturalem æquitatem declaratam per ius diuinum maioris perfectionis eſt retribuere ei qui offendit, quam alteri nam ille in cuius libera voluntate committitur, poteſt eligere indignum. Tertio caſu principali ſcilicet quando committitur facultas iudicandi, ſi quidem per verba im

Idem tenent Bar. & Alex. in l. ſi ſic. ff. de le. 2.

Voluntas coacta voluntas eſt.

Verba liberam voluntatem importantia.

Deceptio de iure gentium permittitur.

b Imperialis. Imperator debet eſſe clemēs & māſuetus, vt hic, & C. de off. comitis rerū priua. l. vlti. Quæ quidē manſuetudo ex humanitate deſcēdit, & merito Principi ineſt. cū nihil ſit peculiare ſic imperialis maieſtatis quā humanitas, vt. C. de done. inter virū & vxo. l. fi. in fi. & C. de teſt. l. fi. ibi, ad humanitatem dei reſpicientes. ſic & princeps ſeruus inſcribitur. C. de of præfec. ſa larg. l. exemplar. Item magnanimus & benignus. l. 1. C de theſau. lib. 10.

c Eam ſemper. Imperator pacem, & clementiam, & manſuetudinem. & diſpenſationē, & fauores, & gratias ſolum ſubditis ſuis & deuotis pollicetur, nō his quos vt hoſtes, & barbaros iure proſequit̄ quos potius conuenit ſeuere punire & per hoc imperator in iuſtitiæ terminos nō excedit. ſed potius iuſtitia mediāte procedit, vt ī. hic finit̄ lex, deinde cōſue. regni incipiunt. c. domino guerram. col. 10. Ideoq; ſubtilis ingenio eſt ab eis velut à barbaris pecunia extorquēda vt egeſtate laborent ff. depo. l. bone fidei. nimirū igitur ſi contra rebelles ſeueritas exercetur, cū peccēt, eo quòd contra dominum ſuū bella exerceant. C. de

LIBER DE PACE Conſtantię compoſita inter Imperatorem Fridericum & filiū eius Henricum & quoſdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, & ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ ex altera, cum commento Domini Baldi de Vbaldis de Peruſio viriuſque iuris doctoris illuſtriſſimi.

In nomine [a] ſanctę & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente clementia Romanorū Imperator ſemp Auguſtus & filius eius Henricus ſextus Romanorum Rex Auguſtus. Imperialis [b] clemētiæ immēſa ſerenitas māſueta eam ſemper [c] in ſubditis ſuis diſpenſationem [d] fauoris & gratiæ habere conſueuit, vt quamuis diſtricta ſeueritate exceſſuum delicta [e] debeat, & poſſit corrigere: magis tamen ſtudeat propitia tranquilitate pacis & piis affectibus [f] miſericordiæ Romanum imperium regere, & rebellium inſolentiam ad debitam fidem, [g] & debitæ deuotionis [h] obſequium reuocare. Ea propter cognoſcat vniuerſitas [i] fideliū imperii tam præſentis ætatis, quàm ſucceſſiuæ poſteritatis, quòd nos ſolita benignitatis noſtrę gratia ad fidem & deuotionem Lombardorum, qui aliquādo nos & imperium noſtrum offenderant, vi-

cōmer. & merca. l. 2. C. loc. l. fina. & diſt. quo iure. præſertim ſi Papę contra hæreticos, qui non poſſunt ſ. ſcribere contra confiſcationem bonorū. vt no. in c. 1. de præſcript. lib. 6. in nouella, & eſt expreſſum. C. de apoſta. l. apoſtatarum. hoſtes fidei nō protegi, ſed exterminari oportet vt C. de ſum. trini. l. nullos hæreticos? ſicut etiam deportatus vllo tēpore nō p̄ſcribit: qe à iure ciuili eſt penitus alienus ff. de le. 3. l. 1. §. 2. quibus. qa deportatus p̄ mortuo habetur, vt ff. de ḡ. ta. l. 1. & no. in l. 1. C. hær. inſtit & ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. & quid ſi tātū & fortè ciuiliter poſſidere non poteſt. & ſic in tali exilio incepta vſucapio interrumperetur.

d Diſpenſationem. diſpenſatio dicitur ſeueritatis & exceſſuum mitigatio, vel remiſſio. fac. extra de iudi. cap. ſi clerici. In iſta tamē ciuilia raro diſpenſationes permittunt, quia non debent indulgentia criminis ſubleuari, vt C. de cohor. l. ſi appatitor. lib. 12. & cōtra rebelles & proditores nunquam: ſed debent ipſi temeritatis ſuæ conatibus opprimi, vt C. de ſenato l. 1 & 2. libro 12. & C. de dela l. fin lib decimo Iram hoc ipſo, quòd quis percat malo intelligitur nocere bono. in aut. de mend. princi. §. homicidia. & eis ſolus princeps ſecuritatē dare poteſt, niſi ex cauſa iure expreſſa. eod. tit. §. ſed neque hoc. & no. ff. de po. iu. l. is qui reus.

e Delicte. i. delinquenter. ſic C. de teſt. l. iubemus, in prin. Oportet dicere illud vulgare, cū filius facit offenſam patri, & pater verberibus eum caſtigat. dicit enim pater filio: non verbero te, ſed fatuitatem tuā: vt C. de emē. propin. l. 1. ſecundūm Odo. & alibi. Nō punio ego te: ſed mores tui accuſant & puniūt te. l. palā de ri. nu. ff. de proba l. cum proba. per Acc.

f Affectibus piis. imperator pietate mouetur ad aliquid concedendum. vt & aliás. C. de off. procō. & le. l. 2. ibi dū dicit, cuius allegationes humanæ pium principē cōmouerunt, vt C. de apoſta. l. quì ſanctā.

g Debitam fidē. omnes tenemur principi: quia vt Deus eſt princeps in cœlis, ſic Imperatorē vicarium ſuum & dominatorem in fide ac veritate & iuſtitia conſtituit in terris. C. de ve. iu. enu. l. 2. §. ſi quid igitur, & in auth. de conſulibus. in fi. Præterea diuina pagina dicit, omnis anima ſubdita ſit Principi, & Ducibus ab eo miſſis. et extra de cen. c. oīs anima.

h Deuotionis. ſubditi debent eſſe deuoti. et C. de vecti. & commi. l. elegantem. & ī. qui. cau. feu. amit. ca. Obertus. §. 1. col. 10.

i Vniuerſitas. de illa magna vniuerſitate, quæ omnes fideles imperii in ſe complectitur tam præſentis ætatis, quàm ſucceſſiuæ poſteritatis. hinc colligit̄, quòd lex ſemper loquitur, vt C. de hær. l. Arriani.

Innatæ

ſcera nobis innatæ [a] pietatis aperiẽtes, eos & ſocietatẽ [b] ac fautores eorum in plenitudinem [c] gratiæ noſtræ recipimus, offenſas omnes & culpas quibus nos ad indignationem [d] prouocauerant clementer eis remittentes: eosq́; propter fidelia deuotę ſynceritatis ſeruitia, quæ nos ab eis credimus certiſſimè recepturos, [e] in numero dilectorum noſtrorum fidelium computandos cenſemus. Pacem itaque noſtram, quã eis clementer indultã conceſſimus pręſenti pagina iuſſimus ſubſcribi, & authoritatis nrę ſigillo cõiri [f] cuius eſt hic tenor & ſeries.

Nos Romanorum [g] Imperator Fridericus & filius noſter Henricus Romanorum Rex, cõcedimus vobis ciuitatibus, locis & perſonis ſocietatis regalia & conſuetudines noſtras tam in ciuitate, quã extra ciuitatem, videlicet Veronæ & caſtro eius, ſuburbijs ẽt, & aliis ciuitatibus & ſuburbiis, locis, & perſonis ſocietatis in ꝑpetuũ, videlicet, vt in ipſa ciuitate oĩa habeatis,

a Innatę pietatis. pietas decet Principem. per quam ſola Dei ſeruatur imitatio, vt C. de nu. l. imperialis.

b Eos & ſocietatem. i. ligam ſiue confœderationem. tam factã. quàm fiendam inter eoſdem, vt j. eo. §. itẽ ſocietatem. In hac autem ſocietate nõ continetur Ferraria, quia non fuit in concordia cũ Lombardis ſecũdùm Od. c In plenitudinẽ. ille intelligit̃ receptus ad plenitudinem gratię cui remittunt̃ culpę, & recipit̃ ad fauorem. d Ad indignationẽ. Iniuriæ Principes & dominos prouocant ad indignationẽ. fa. ff. de mano. teſ. l. Centurio. Item no quod inter offendẽtem & offenſum præſumit̃ animi indignatio, & eſt præſumptio naturæ vulneratæ propter offenſam. ff. de arb. l. licet ff. de adimen leg. l. 3. in fin. C. fa. erc. l. in ipſius. e Recepturos. quãdo princeps indulget beneficia. ſperat recipere grata ſeruitia, aliàs non factures. & idẽ nõ mirũ ſi ingrati perdũt gratias, nam oppoſitum diſſoluit propoſitũ.

f Sigillo communiri. dicit Odofr. quòd in l. facienda. non eſt opus ſigillo Principis. Adde, dicũt doct. quòd contractus probatur per ſigilla, vbi deficit tabel. vt not in c. 1. de io. competen in nouel. lib 6. fa C. q te ſta. fac poſ. l. hac conſultiſſima. §. fi. de teſt. l ſi vnus. Sigillum habet vim conſenſus & confirmationis, vt no C. de reb. ali. non alie. l. 2. per Accur. de fide. l. Lucius. de teſt mil. l. tribunus. §. vlti. ſine literis tñ mutus & incertus teſtis eſt ſigillũ, & ideò per ſolius ſigilli præſentationem non probatur commiſſio, præſertim ſpecialis, vt no. in c quamuis. de pac. lib. 6. in noue. quia ſigillum eſt res inanimata. & vide qđ no. de his quæ fiunt a prælat. capitu. quanto. in nou. Sed aliud eſt ſigillum alterius fidei committere, aliud chartis imponere.

g Nos Romanorum Imperator. vult iſtam pacem eſſe perpetuam. i. quandiu fides ſeruet̃, vt C. lo. l. quę ro. §. inter locatorem. inſti. eod. § adeò. vel per præſentẽ mundi ætatem & futuram & ſine præfinitione temporis: quia Imperator facit hanc pacem nomine ſedis. non nomine proprio tantum: & imperium nõ moritur, vt ff. de leg. 2. l. quod prin. & in authen quomodo oportet epi. c. 1. in fi. & no. per Cy. C. qui teſt. fa. poſ. l. ſi quis Imperatorũ. & in c. ſi gratioſè, de reſcrip. lib 6 & hoc ex parte imperij. Sed ex parte ciuitatis exponitur perpetuum. i. vſq; ad vitã ciuitatis. nam mori poteſt. ſi authoritate ſuperioris damnetur ad aratrum, vt no. Inno. extra de oper. noui nun. c. cum ex iniuncto Item ſi pereat alluuione vel chaſmate, vt ff quib mo. vſuſf. amit. l. ſi ciuitati. & C. de le. l. cum ſer. § fi. & qđ no. in c. nõ poteſt. de præb. lib. 6. in nouel Item ſi fuerit poſita ciuitas in banno æternali Imperatoris. vel in banno dñi Papæ ſecũdũ Hug & Odof nã eũ perdat ea, quę ſunt iuris ciuilis, ęq pater deportato: quinimo eſq; condẽnatus eſt ad vltimũ ſupplicium qui efficit̃ ſeru⁹ pęnę & inſula ſtatim trahit ſeruũ ad executionẽ intellectualẽ, vt ff de pœ. l. q vlt. & no. in l. vl. C. ſi à ſi cõp. in. Sed hic dubitat̃, an dãnata ciuitate ad aratrũ intelligant̃ eius caſtra dãnata? & dicẽdũ q, nõ iuxta no. in c. fœlicis. extra de pœ. in nouel & in c. ſi ciuitas. de ſen. exc. lib. 6 item deſtruitur ciuitas, ſi homines inde eo propoſito decedãt ne eo amplius reuertantur. vt ff de colle. ill. l. pe. t. reſpon. & ar. ff. de le 2. l. pater. §. Tuſculanos. Item ſi incendio deuſta ſit, vel aliquo caſu in totum corruerit ſine ſpe reparationis. arg. ff de ope. no. nũ. l. t. § ſi qs ædificiũ. & ff. de iti. actu. priua. l. 3. § refi cere. ff. de ver. ob. l. inter. ſti. § ſacrã. ff de ſol. q res. §. areã. Sed ſi cũ ſpe reparationis, diruat ciuitas babitur. ſed nõ actu. arg. eorũ quę no ff. qđ cuiuſq; vni no. l. ſicut. § ſi. & ff. de pi. l. Paulus. §. donis. & in c pleriſq; ex de ele. in ele. His itaque caſibus priuilegia aut delent̃, aut in ſuſpenſo remanent nã ſi eſt ꝑpetuò deſolata ciuitas, priuilegia ei⁹ remouent̃ qa ſublata perſona, & re cui tributum eſt beneficiũ, delerur priuilegium eius, ar. l. poſtquã. in prin. vt leg. no. ca. ff. de cond. & de. l. intercidit. de iure codi. l. quidam. at verò ſi ſpes eſt reparationis, beneficium non deletur, & ſi de facto nõ exercitaretur ad actum ſuum vt no. ff. de verb. obl. l. 2. & l. inter ſtipulantem, §. ſacram. nam ſæpè priuilegiũ ſuſpendit̃ & nõ annihilat̃, vt no. in c. 1. de ele. cõiu. li. 6. in nouel. Quid ergo ſi huiuſmodi ciuitas ita diruta reædificetur: an his priuilegijs quibus prius potiebat̃, modo potiat̃? & q non, quaſi ſit alia ciuitas, & nõ ea quæ prius erat. et. ff. de vſufr. l. qui vſumf. & habes ar. ff. qui. mo vſuf. ami. l. quid tñ. §. pe. Sed ego contra puto. ſm Odofre. quia eſtiãs propter vtilitatem cẽſetur idem, quod nõ eſt idẽ ff de ſerui. ru. præd. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatũ. & nemo dubitet hãc publicã eſſe vtilitatẽ, ſi talis ciuitas pacificè his priuilegijs potiatur: cũ pax ſit vtilitas publica, vt ff. de pact. l. conuentionem. & hic eſt quidam fauor: noo poti ri verò eſt quoddam odium & fauores ſunt ampliandi, & odia ſunt reſtringẽda argu. § eod in prin. ibi magis tamen ſtudeat &c. & ff. de lib. & poſthu. l. cum quidam. & hęc vera ſunt, ſi idem populus. non tamen nũc denatus à Principe ciuitatem reædificet. Quid aũt ſi quondã ciuitas, quę tempore huius pacis pro ciuitate non habebat̃, ſed pro loco. villa vel caſtro reædificetur, & ciuitas fiat an huiuſmodi priuilegijs potietur? Reſpon. non tanquam ciuitas, ſed tanquã caſtrum eius ciuitatis ſub qua erat: cum de ea tãquam de ciuitate mẽtio facta nõ fuerit, & ideò omiſſa intelligatur. et. ff. ſolu mat. l. ſi cum dotem. & in c. literas de reſtit. ſpo. in ele. Idem crederem. ſi de nouo territorio alicuius iſtarũ ciuitatum ciuitas aliqua inſtitueretur. quia nouũ corp⁹ & noua vniuerſitas eſt, & eſt ſimilis poſthumo præterito, vt ff. de ten. do l. ſi vnquam. & ceſui improuiſo, vt. ff de mi. teſt. l militis codicillis. §. miles. & rei quę nunc primum appaper in rerum natura, vt ff. de conſtitu. em. l Rutilia, & l. in lege. & in c. vl. de reſcrip. in gloſſ. ſed videtur contra ff. ſi ſer. ven. l. fina. ſed ibi

a Adde, ciuitatẽ cũ dicit ad aratrum damnari, cum ita condẽnat̃, vt ſic deleat̃ atque euertatur. vt aratrum inductũ omnia ſolo æquare poſſit. de quo vide gl. 1. q. 1. c. iudices, & ad q. Bal. vide Ioã. Andre. de pœn. c. felicis, li. 6. Quib⁹ autẽ modis ciuitas deſinat ciuitas eſſe. vide p Bart. in l. vſuſfr. ff. qui. mo. vſuſfru. amit.

ſicut hactenus habuiſtis, vel habetis. Extra verò oẽs conſuetudines ſine cõtradictione noſtra exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis, vel exercetis tam in foro, vel in nemoribus, & paſcuis, & pontibus, aquis, & molendinis, ſicut ab antiquo [a] habere conſueuiſtis, vel habetis, ĩ exercitu, in munitionibus ciuitatũ, [b] in iuriſdictione [c] tã in cau-

ſed ibi fuit facta mentio de futuris. Pone quãdã ciuitas ſubmerſa eſt in mari: Papa hoc ignorans, fecit quendã epiſcopum illius ciuitatis. Quæritur, an erit epiſcopus ſaltem ratione diœceſ. & videtur ꝙ non, ar. extra de reſcri. c. Rodulphus. & quia illa diœceſis eſt acephala: quia caput non habet. ar. ff. de leg. 3. l. 1. §. his q. bus. item, quia non videtur epũs eſſe poſſe ſine ciuitate: vt no ta. in decr. 99. diſtin. prouinciæ nam & ſine pſide proprio põt eſſe ciuitas, nõ tñ ſine epõ, quo caſu epũs erit dñs non ſolũ ſpiritualis, ſed & temporalis, vt in auth. vt diffe. iud. §. 1. Contrarium credo: quia ſi nõ valet in totum, debet valere pro ea parte, pro qua valere poteſt. arg. ff. de ſer. l. ſi tam anguſti. portò quandoque pars ponitur pro toto, vt ff. de leg. 3. vxori ſuæ. Quæro, nunquid ciuitas durans in nouis ciuibus non naturalibus, ſed aduentitiis, dicatur eadem ciuitas? Reſp. ſic. nam hoc idem eſt in capitibus ſubrogatis in locum mortuorum ff. de leg. 1. l. grege. & l. ſi grege. & patriæ priuilegium videtur ipſis ciuibus eſſe conceſſum, vt C. de teſt. l. ſi non ſpeciali, & de foro compe. c. dilecti. item quia quod vniuerſale eſt, non poteſt mutre perire, ſicut homo in genere nõ moritur: vt ff. ad leg. Falc. l. in ratione §. incertæ. Item lex dicit, ciuitas noſtra populoſa eſt, quæ meritò & aduenas comprehendit, vt in auth. de quæſtore. poſt prin. col. 6. nam ciuitas vice perſonæ fungitur, cum talis eſt vniuerſitas, quæ vice vnius perſonæ fungatur, omnia tranſeunt cum ipſa. de fideiuſ. l mutuo. Quæro. Quid ſi ex pluribus caſtris vnius ciuitatis, puta Bononiæ, fiat vna congregatio, quæ velit ſe inſurgere nomine ciuitatis? Reſpon hoc non poteſt fieri ſine conſenſu ſuperioris. i. rectoris illius ciuitatis, in cuius territorio ædificatur. vt ff. de colleg. illi. l. 1. & ar. ff. de rer. diui. l. autep. §. pen. ſecũdùm Odof. & C. de fun. ſtati. l. quocunque caſtrorum, & in auth. quib. mo. na. eff. ſui. §. ſi quis igitur ex quolibet. ibi. vel ab hiis. præſentes ergo & præteritas iſti hic conſuetudines concedit. Quid ergo de futuris? Reſp. illæ nõ conceduntur per conſtitutionem iſtam. Odofr. arg. ff. de legi. l. cum lex. & ſic eſt arg. ꝙ noua ſtatuta nõ poſſunt fieri ſine ſcientia principis. argu. à contrario ſenſu illius literæ dic vt in l. omnes populi. pce doc. imò ſi pertinent ad bonum regimen, per ea, quæ ſequuntur, ſtandum eſt antiquitati.

a Sicut ab antiquo arg. quod antiquæ cõſuetudines ſunt ſeruandæ. vnde dicit lex, ne quid ꝫ longam cõſuetudinem fiat, ad ſolicitudinem ſuam reuocabis præſes prouinciæ. C. quæ ſit long. ↄſue. l. 1. ſimile habes. C. de aſſi rec. prouin l. nullũ & C. de ſer. & aqua. l. ſi manifeſtè, & ff de off. procon. l. ſi in aliquam. ſic no. h e expreſſum quod in paſcuis, pontibus aquis & molendinis, ac etiam in ipſis commoditatibus aquarum ſtandum eſt antiquitati. Verbum. n. habuiſtis habetis, ſignat retro ſubſiſtentiam iure conſuetudinario: & quia illud erat amiſſum per rebellionem, hic recuperatur per gratiã & reconciliationem. C de ſen paſ. l. ſi. ſicut ſi poſt' minio ciuitas reuerſa eſſet ff de inſtu. teſta. l. ſi q ſi 10 § ſi. Et ſcias, ꝙ in præſcribenda ↄſuetudine nõ eſt neceſſe allegare titulũ vt no. in c. 1. de reſcr lib 6. in nouel & ſacit ad ↄſuetudinẽ obſeruandã C. de age. & cen. l. dñi prædiorũ. Item not. ꝙ interdum fit aquæ diſtributio arbitrio boni viri ff. de vac. & extraor. cogn. l. de viu. & not. I Spe de cau. poſ. vbi vide. Imperator vult hic, ꝙ aqua perpetua & curſus eius & cõmoditas perpetuò non tollatur, nec alteretur. ſa. C. de aquæduct. l. ſi diligenter li. 11. & loquitur tam de aqua publica, quàm de aqua quæ ſeruit commoditatibus priuatorũ, vt hic in verbo perſonæ. & eſt expreſſum. C. de aquæduct. l. vſus aquæ. lib 11. & extra de off. dele. cum olim.

[a] Et adde quod no. de præſc. c. cum olim. & plenè in c. ſi de cõſue. li. 6. g do.

b Munitionibus ciuitatũ. Licet n. Lombardis ciuitatem munire. vt hic & ſup. e. §. ciuitates. Adde ꝙ non ſolum Lombardis, ſed etiam alijs. C. de ſacroſan. eccl. l. ad inſtructionẽ. Nunquid ergo eccleſiæ tenentur ad talẽ munitionem conferre? dic ꝙ aut ſit ad ornatum, & non debent conferre. aut ſit ad neceſſitatem, & debent conferre. quia eſt eadem ratio, quæ in via & pontibus: nam refectionẽ itineris & pontium agnoſcit eccleſia propter cõmunẽ reip. neceſſitatem, in qua & eccleſiæ continentur. Idem & in gabella plauſtrorum quę ſoluitur ad portam: quia illud ſoluitur, quia plauſtra deſtruunt ciuitatem & vias: & oportet, ꝙ quotidie reficiantur viæ ex illa pecunia, & ideo ſicut ad refectionem viæ tenentur, ita ad ſolutionem illius gabellę ex qua reficitur via. Ad expenſas ergo ſuperuacuas vel honoris cauſa ſicut eſſet ſalicare plateam, non tenentur eccleſiæ, ſed ad alias neceſſarias expenſas pontium, viarum, murorum tenẽtur, ſecundùm Iac. But. in d. l. ad inſtructionem. niſi fortè ſint eccleſiæ mendicãtium: quia nulla bona in ciuitate habent: ſicut dicimus in ſimili de ca. di. ll. tutelas. §. ſi libertate. & ff. de vul. ſubſ. l. lex Cornelia. nã pauperes ad huiuſmodi ſumptus burſales conferre non tenent. vt legitur & no. C. de anno. & trib. l. indictiones l 12. Quid de collectis, quæ pro alijs neceſſitatibus imponuntur? dic ꝙ ſi poſſeſſio per eccleſiam acquiſita, erat adſcripta dare pro ſolido & libra ad collectas quia quandoque patrimonialia munera poſſeſſionibus indicũtur: vt ff. de mu. & ho. l. reſcripto. §. vlti. & l. munerũ §. patrimoniorum. & tunc res illa eſt onerata, & cũ illo onere tranſit: quare clericus ad quem peruenit, pro illa ſoluere tenetur. ff. de act. emp. & ven. l. alienatio. ff. de aeq. re do l. traditum. C. ſine cen. vel reli. l. oẽs. nã pro talibus collectis bona ſunt hypothecata: imo ſunt quodammodo ſuppoſita ſeruituti cuidam, & ideo ad quemcunque tranſeunt, tranſeunt cũ onere ſuo ff de act. emp. l. in venditione. & hoc verum, ſi talis deſcriptio quæ ſit pro ſolido & libra, ſit perpetua & certa. Secus ſi pp varietatem negotiorum imminentiũ immutetur: nã ſucreſcẽ obligationi hypotheca accedere non põt, & ideo non vr̃ hmõi onus durare. poſtquã peruenit ad perſonam priuilegiatam, vt in c. vnico. de iuee pats lib. 6. & ita tenet Archi. in c. 1. de immu. ecc. lib 6. & idẽ ibi lo. And. in nou. Ex his apparet, ꝙ collecta eſt munus merè patrimoniale, vt quando eſt perpetua, certa & ordinaria: quandoque eſt munus mixtum, vt quando non eſt ordinaria, ſed ſecundum emergentes caſus imponitur perſonis pro rebus: quo caſu non tenetur eccleſia: quia nõ eſt ſubiecta cum manſtationis vel dominis temporalibus, ſicut non tenetur ad ſuperindictum: vt C. de ſac. ſan. ecc l. placet. ad quæ etiam non tenetur clericus ad titulum ſui patrimonij perpetuò ordinatus, vt no. in c epiſcop. de præbendis per Ber.

c In iuriſdictione. tam in criminalibus cauſis q̃ in ciuilib. hic apertè apparet, ꝙ merum imperiũ. & mixtum dicitur iuriſdictio cum dicat in criminalibus, & pecuniarijs. ſic ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. §. 1. & no ff. de iur. om. iud. l. imperium.

Crimi-

ſis criminalibus, ª quàm in cauſis pecuniariis in-

ª Criminalibus ſed an & ſine hac prouiſione haberent iuriſdictionem in criminalibus, vidi ſæpius quæri. lo. & Azo dicunt q ſic. ff. de off. præſi. l. illicitas. §. qui vniuerſas. & arg. ff. qd' quiſ. iu. l. 1. §. t. & ff. q b. ex can. ma. l ſed & ſi per prætorē. §. 1. Alij dicunt ſoli principi merū imperium cōpetere: nā populus ex l. Hortenſia ei & in eum omne imperium & oēm iuriſdictionem tranſtulit, vt inſtitu. de iur. na §. ſed quod. & ff. de conſti. prin. l. 1. in prin arg. validum. ff. de off. præfect. præto. l. vnica ibi. regimentis. & arg. C. de vetet in. enucle. l. 1. §. ſed hoc ſtudioſum. Item dicit expreſsè lex iſtius Imperatoris omnis iuriſdictio & omnis diſtrictus apud principem eſt. vt ſupra q ſint regaliæ. l. omnis iuriſdictio. Item & ſolus princeps poteſt ſtatuere generalem æquitatem, vt C. de legib. & conſti. prin l. 1. & ad hoc vt facere definitio iuriſdictionis. Eſt enim iuriſdictio poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdictionis & æquitatis ſtatuendæ. vt no do. Azo. in ſumma. C. de iuriſ. om. iud. circa prin. & nemini ſani capitis dubitat merum imperium iuriſdictionem eſſe, vt ff. de offi. eius cui man eſt iuriſ. l. 1. ibi & ideo & l. 2. in prin. Non obſtant leges in contrarium allegatæ: quia exercentur authoritate principis, vt C. de legi. & conſtitu. l. fi. & ſupra. quæ ſint regaliæ. l omnis iuriſdictio. Ille tñ non eſt, qui neget magiſtratus municipales non habere merum imperium, vt ff. de iu. om. iud l. magiſtratib. Sed certè ego puto poteſtates qui hodie eligūtur eſſe municipales magiſtratus. vt C. de mu. aug. l. 1. vel defenſores ciuitatum, vt in auth. de defen §. nos igitur col. 3. qui non habent merum ª imperium, vt C de defen. ciui. l. defenſores. Ita & l. defenſores ciuitatis oblatos. & in auth. iuſiurandum quod præſta. ab his qui admi. ſuſc. § & æquus. col. 2. he non habebant ante hàc pacē iuriſdictionē in criminalibus: ſed hoc conceditur eis. Prçtereà ſi & ſine hac conceſſione haberent. ad quid ergo in modū priuilegij hoc eis concederetur, cum fruſtra precib. imploretur, quod iure communi conceditur, vt C. de theſau. l. vna. lib. 10 Odofr. idem tenet Spec. dicens, quòd poteſtates terrarum non habent merum imperium, & ideo nedum ad vltimū ſuppliciū nequeunt condemnare, ſed ēt forbannire non valent, nimirū, quia non reperitur hoc eis eſſe conceſſum ſpecialiter huiuſmodi n iuriſdictiones nominatim lege vel Senatusconſulto vel conſtitutione principum conſtituūtur, vt ff. de eo cui man. eſt iuriſ. l. 1. Vnde cū magiſtratibus municipalibus non videatur hoc attributum, tacitè videtur denegatū, vt C. de ſentē. & interlo. om. iudi. l. nulli. Prçtereà merum imperium competit in prouincia ſoli pręſidi prouinciæ, vt ff. de offi. præſi. l. præſes. & l. illicitas. §. qui vniuerſae. Sed poteſt dici ſm Acc. quod hoc iure cauetur, ſed conſuetudine non habent in ciuitatibus, quæ populariter reguntur. nam poteſtas eligitur ab eis de conſuetudine inueſtiturae, & alium præſidem non habent, vnde merū & mixtum imperiū & omnimoda iuriſdictio apud eum eſt, quia loco præſidis habetur reſpectu illius ciuitatis. vt no. in auth. de defen. ciui. l. nulla. in gl quę incipit, ſ. maiori. in fi. & C. de præſct. longi temporis l. fi. item in caſtris ſeu territ, quæ alterius iuriſdictioni non ſubſunt, ſicut in inſulis multa ſunt, facit qd' no. in c. 1. de re iudi. lib. 6. in nouel. C. de teſt. l. fi. An ergo damnati ad mortē à talib. poteſtatibus terrarum efficiātur ſerui pœnę? Reſp quod ſic, ſi ponatur eos habere merū imperiū, adeo vt nec poſſint eis reſeruare teſtamenti factionē ēt cauſa cognita, quia teſtamēti factio publici iuris eſt. & in ſeruum non cadit, vt no C. de teſta. mili. l. militibus noſtris. ēt ſi faciant teſtm ad pias cauſas, bene tamen poteſt ſe obligare inter viuos, antequam ſit condemnatus ad reſtitutionem malè ablatorū, vt no. in c. quanquam, de vſur. lib. 6. in nouel. Poſt ſententiam verò ſi bona ſint confiſcata, nil ſtatuere pōt. arg. in l. ſi pariē. §. fi. ff. quēad. ſer. amit. & ff. de noua. l. quoties. §. fi. hic n. nulla bona in ciuitate reliquit: vt ff. de vulg. ſubſti. l. lex Corne. & ff de his q pro non ſcri ha l ſi is qui in metallum. Sed hic dubitatur, an ſi quis pro furto vel alio priuato delicto cōdemnetus ſit ad furcas, nunquid bona ſint tacitè cōfiſcata, & gl ſentit quod non, in l. 2. C. quemad. teſt. aper. item & ſi pœna ſit furcarum, tñ crimen eſt priuatum, vt no. ff. de condi ob. can. l. ſi ſeruus tuus. de quo crimine. an poſſit inquiri. no. in c. fœlicis. de pęnis. in nouel. & melius & latius in l. 2 §. ſi publico. de adul. & per me. C. de proba l. iubemus. Deinde quęro, pone, q princeps cōceſſit ciuitati facere ſtatuta, vigore cuius ɔceſſionis ciuitas fecit ſtatuta ſua, quęro nunquid poterit reuocare? & vr q non, quia intelligitur de primo actu: vt ff de ver. ſign. l. boues. §. hoc ſermone. Contrarium eſt verum. arg. C. de teſta. l. omnium. & quod no. in c. non poteſt. de præben. lib. 6. in nouel. Et ex his apparet, q ſtatuta potius accedunt vltimę voluntati quàm contractui. de hoc no. ca. quia cunctis de conceſſ præben in 6. & no. ff. de leg l. ſed & poſteriores. & no per Pe & Cy. C. cōmunia de leg. l. ſi §. 1. Quæro vtrum ſtatutum iniquum teneat? Reſpondeo ſic: ſi ſit ſolenniter factū, donec corrigatur per ſuperiorem: ſecus ſi ſit impoſſibile, vt no. in c. fin. de appell. lib. 6 in nouel. Et in cæteris quæ ad commoditatem ſpectant ciuitatum, hic conceditur ciuitatibus quod olim erat commiſſum præſidibus: vt in auth. de manda. prin. §. deinde competent. ibi, & quid omnino &c. Et colligit, q malefactores punire ſpectat ad commoditatem ciuitatum, vt hic, & ff. de off præſid. l. congruit. & ad ſalutem omnium, vt C. de ferijs. l. prouinciarū. Expedit enim reipublicæ vt maleficia puniātur, vt ff ad legem Aquil. l. ita vulneratus. ne ad ea committenda temere quiſquam proſiliat, vt C. de pœn l. ſi operis. Ex hoc ergo § nos Romanorum, habet quędam vtilia & neceſſaria ciuitatibus, quæ ſunt conceſſa indulta & confirmata per hunc Imperatorem Fridericum certis ciuitatibus Lombardiæ, non enim eſt cōceſſio generalis, ita quod ex vi ipſius conceſſionis extendatur ad alias ciuitates, imo eſt localis iſtarum ciuitatum inferius ſpecificatarum, licet quo ad ipſas ciuitates faciat ius commune, vt patet ſtatim in §. volumus. ſecundùm Odofr. Porrò etiam locales conſuetudines quo ad locum ipſum dicūtur ius cōmune. vt in c. cum veniſſet. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan & eſt ratio quia iure cōmuni confirmatur, vt ff. de iuſti & iu. l. omnes populi. Porrò ɔſuetudines ɔfirmatæ ſub certo modo & forma non valent, niſi ſub illo modo & forma. C. de teſta. l. ſina. quas princeps tacitè confirmare videtur eo ipſo, q ſunt tolerabiles. C. de re militari. l. tam collatores. lib. 12. C. de agrico. & cenſi. l. domini prædiorū. C. de fundis limitrophis. l. 3 & l. quicunque & l. fi. C. de iure fiſci. l. ſuper creandis. & C. de vendendis rebus ciui. l. 2. Contrariæ conſuetudines tanquam abortiua ſtatuta non conualeſcunt tempore, vt in authen. vt nulli iudi. §. nulli verò. Vnde dicit imperator ɔſuetudines tunc tenent cum noſtris non repugnant legibus in auth de vſur. nauti. §. fin. & ibi no. Et ideo ɔ concilia generalia, quæ ſeruanda ſunt vt euangelia non tenet conſuetudo, vel ɔtraria conſtitutio, vt no. in cap. cum laicis. de reb. eccleſi. non alie. in nouellis. & cap. nulli, eo. titu. in nouel. Vnde non valet ſtatutū vel conſuetudo de præſtandis vſuris, quia eſt contra concilium, vt no. C. de vſu. auth. ad hæc. Sed nunquid valet ſententia lata cōtra conſuetudi-

ª Ad hoc Bar. in l. 1. ff. de dā. infe. Et ad de inn. de e. mo. c. dilectus. in gl. poſſeſſorum.

tus & extrà a & in cæteris, quæ ad commoditatem ſpectant ciuitatū. Volumus vt regalia, b quæ vobis non conceſſimus, in hunc modum cognoſcantur per epiſcopum loci: & homines tā de epiſcopatu, quàm de ciuitate eligantur viri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei eſſe credantur c, tales qui nec contra ciuitatem, d nec noſtrā maieſtatem priuato vel ſpeciali odio teneantur: qui iurent, ꝙ bona fide & ſine fraude perquirent: & inquiſita conſignabunt ea quæ ſpecialiter ad noſtram e excellentiam ſpectant. Si autē huic inquiſitioni ſuperſedendum eſſe putauerint: cēſum duorum milium marcharum argenti per ſingulos annos petimus. Attamen competēti moderatione moderabimur etiam quantitatem iſtā, ſi enormis viſa fuerit. Si quis autem ſuper ijs, quę vobis conceſſimus vel permiſimus, ſiue in ciuitate, vel extra ciuitatem, querimoniā apud maieſtatem ipſam depoſuerit, eius querimoniam nō admittemus, f & ſilentium ei imponemus. hoc qđ nos, g vel noſter anteceſſor rex, h vel imperator epiſcopis, eccleſijs, i vel ciuitati-

ſuetudinem? videtur quod ſic. quaſi cōtra factum lata nam conſuetudines facti ſunt, tamē poteſt appellari. Iſte videtur caſus no. in d. c. cum veniſſet. nam cū de ea non conſtet ſine probationibus: merito dicitur in facto conſiſtere. articuli vero iuris dicuntur illi, ſuper quibus ſine probationib⁹ facti, itaum poteſt pronuntiari, vt not. capit. ad decimas, de reſtitut. ſpoliato. in nouella. ſed ſuper facto non poteſt pronuntiari, niſi examinetur factum, vt C. de veterani. l. prouidendum, & C. de hæred. inſtitu. l. cum proponas.

a Intus & extra. Nota tam eandem quàm aliam eſſe poſſe conſuetudinem intra ciuitatem & extra, id eſt in vrbe & in comitatu, vt hic & C. de teſt. l. fina. ibi, in priuilegio, id eſt in conſuetudine priuilegiata. Conſuetudo priuilegiat aliquem, ſicut principis priuilegium. Nam conſuetudo vice principis fungitur de verborum ſignificatio. capitulo ſuper quibuſdam. §. præterea. Et colliget hic quòd ſicut per rebellionē contra principem perduntur priuilegia. ita conſuetudines priuilegiatæ, quod iene menti.

b Volumus vt regalia. Iſtud verbum volumus, oſtendit hanc legem eſſe: quia quicquid principi placet, legis habet vigorem, vt C. de conſtitu. princip. l. prima. in princip. & inſtitu. de iure natur. § ſed & quod principi. & ff. de origi. iur. l. ſecunda. § nouiſſime. & ſic contractus principis tranſit ad ſtatutum legis, vt ff. de public. l. Cæſar. item probatur ex eo, quòd Imperator vult eam per vniuerſos populos diuulgari, vt ſupra eod. circa princi. ibi, ea propter &c. quod quidem indicat vt ſit lex. vt C. de legib. & conſtitut. princip. l. leges ſacratiſſimæ. quæ nobis conceſſa non ſunt? quia non omnia regalia fuerant conceſſa. ſed demum ea, quæ longa conſuetudine erant poſſeſſa: & illa non in proprietate, ſed in fidelitate. Nota ergo, quòd ſi eſt quæſtio, quæ ſint conceſſa, & quæ remaneant conceſſori, debent eligi boni viri bonæ opinionis ad hoc idonei, non ſuſpecti, qui iurent, quòd bona fide, ſine fraude perquirent. & conſignabunt cuique, quod ſe contingit: qui tex. eſt valde no. De iuramento facit quod no. C. ſec. nup. l. hac edictali. §. is illud. Et ad ſaluandum illos iurantes de periurio. ſcias quòd in omni iuramento ſufficit verum dicere ſecundum conſcientiam, vt no. in c. præſentium. de teſti. in nouel. Nota quòd ſuper controuerſia inter principem & ſubditos. eliguntur arbitri & hoc per iſtam pacem: alias poteſt princeps vbique citare ſubditum, & ipſe cognoſcere, vt l. proxi. ff. de ijs, quæ in teſtam. delentur. & C. ne quis in ſua. l. i. per Cy. ff. de hær. inſtitu. l. l. hæc Tyberius. per Cy.

c Idonei credantur. quo caſu etiam ſi malè fuerint verſati, non eſt quod imputetur eis, qui elegerunt, vt ff. commoda. l. argentum, & ff. de rei ven. l. ſi à bonæ fidei, Odofr. Ex hoc ſume argu. quòd iudex non facit litem ſuam ex eo, quod arbitri à ſe electi malè pronun-

ciauerint: quia quod bona fide fit, bene fieri cenſetur, arg. ff. de condi. & demon. l. quamuis, & quod not. ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. arg. contra. ff. man. l. idemque. §. ſi procurator. Sed ibi mandatori non imminebat explicatio negotii: hic ſola electio perſonarum: quia nō nihil faciebant nomine eligentis, ſed nomine dominorum. & ſic nō obſtat.

d Contra ciuitatem. Nota arg. ꝙ bonus ciuis eſt, qui patriæ iura tuetur: & ille eſt ad regimen eligendus. non autem qui eſt cōtra patriam. Odofr.

e Ad noſtram. ſiue ratione imperii, ſiue ratione patrimonij, cum omnia principis eſſe intelligātur, ſiue fiſcalia, ſiue patrimonialia ſint, vt C. de quad. præſcrip. l. bene a Zenone. Odofr. quod dic. vt in prin. Digeſtorum. l. omnem.

f Non admittemus. Nota. ꝙ nō debet quis audiri contra illud qđ facit princeps ex certa ſcientia: imo debet repelli, & imponi ei perpetuum ſilentium. Nā dicit lex. quis tantæ ſuperbiæ faſtidio. tumidus eſt. vt regalem ſenſum negat? vt C. de legi. & conſtit. l. fina. & l. 2. C. de cri. ſacri. Et no. hic de ſilentio imponendo etiam lite non conteſtata. ſ. non audito petitore. ff. de alea. l. 1. §. quod autem. Si ſtatutum dicit, talis non audiatur, an valeat ſententia pro eo lata? dicit Iac. de Are. quòd non. quod verum eſt, ſi eſt talis, quòd habeatur pro mortuo vt bannitus, vel iudex dolo procedit. vt d. l. 1. §. quòd autem. de alea. quia ille qui procedit in contemptum legum, videtur procedere errore iuris expreſſo. & vide l. 1. C. de hær. inſtit. per Cy. Sed qualiter poteſt imponi ſilentium ei, qui non audiuit? Reſpon. quòd non auditur pro ſe, ſed contra ſe ff. de poſtu. l. quos prohibet. ff. de procura. l. filius. §. veterani. & vide quod no. de off. dele. cum ſuper abbatia. in nouellis.

g Hoc quod nos. Hic dicit, quòd conceſſa priuilegia eccleſiis, epiſcopis, ciuitatibus vel alijs quibuſcunque perſonis clericis vel laicis per anteceſſores ſuos, vel ſe, vel Henricum filium ſuum, & Regem Romanorum, firma & rata permaneant. Acc.

h Rex. ſ. Henricus filius iſtius Friderici, ſecundùm Odof. Hic ergo eſt expreſſum, quòd Rex Romanorum etiam ante coronationem poteſt cōcedere priuilegia. Iſte enim Henricus non erat coronatus Imperator; quia pater viuebat pro hoc not. C. de quadri. præſcri. l. bene à Zenone, & ibi per Cy. dicit Hoſti. quod vidit in Alemania per principes iudicari & teneri, ꝙ Rex Romanorum poſt electionem concordem habeat omnem poteſtatem, quam imperator: nec vnctio aliquid addat, licet Hoſt. ſit in contraria opinione, vt not. extra de ver. ſign. ſuper quibuſdam. in nouella. ſed quicquid dicat Hoſtien. prima opin. ſeruatur. & eſt ipſa veritas. Opinio autem Hoſtien. poſſet habere locum, quando eſſet electus in diſcordia.

i Eccleſiis vel epiſcopis. Ex iſta alternatiua videtur probari, quòd id, quod conceditur epiſcopis, ſit eo-

bus vel alijs quibuſcunque perſonis, clericis, [a] vel laicis ante tempus guerræ dedit, vel quolibet conceſſionis titulo conceſſit, firmum & ratum habemus: ſaluis ſuperioribus conceſſionibus, vt ꝑ eo ſolita nobis ſeruitia exhibeantur: ſed cenſus nõ pſtetur. Commoditates, quas ꝑ bono pacis [a] ciuitatibus conceſſimus in ciuitatibus vel extra: illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus cenſus debeat præſtare.

PRiuilegia omnia, [b] & data, & conceſſiones, quæ in priuilegium, vel damnum ciuitatum, vel locorũ, vel perſonarum ſocietatis occaſione guerræ in alicuius iniuriã [c] prædictorum à nobis vel nũciis noſtris indulta ſunt, caſſent, [d] & i irritũ deducant. [e] In ciuitate [f] illa, i qua epiſcopus ꝑ priuilegium Imperatoris, vel regis comitatum habet, ſi conſules [g] per ipſum epiſcopũ conſulatum recipere ſolent ab ipſo recipiãt, ſicut cõſueuerunt recipere: alio qui vnaquæque ciuitas à nobis conſulatum recipiat. Cõſequenter vero in ſingulis ciuitatibus conſules conſtituentur à nuncio noſtro, qui ſit in ciuitate vel epiſcopatu: & inueſtiturã recipiẽt: & hoc vſque ad quinquenniũ, finito [h] quinquennio vnaquæque ciuitas à nobis recipiat, & intra quinquénnium à nuncio noſtro, ſicut dictum eſt, niſi in Lombardia fueri-

rum proprium, quod etiã innuit verbũ dedit: q̃d eſt ꝟ. per quod patet dominium eſſe tranſlatũ in epiſcopum, eum dare, ſit accipientis facere, vt in inſtit. de actio. §. ſic itaque. dummodo eis contemplatione eccleſiæ non detur, nam tunc eccleſiæ videtur eſſe conceſſum, vt ff. de dote præle. l. cum quis, ver. nam & ſi quis.

ADDITIO.

De hoc habes tex. notabilem in capi. fin. de capitul. Conradi. collat. decima. vbi omnino vide: & adde quod no. Inn. extra de feſt. ca. cum in officijs. & hoc ſi talis eſt epiſcopus, qui poſſit habere propriũ aliàs de neceſſitate acquiritur epiſcopatui 18. quæſtione ſecunda. Ita ſutum.

[a] Pro bono pacis. Nota id quod factum eſt pro bono pacis, ratum debet haberi, vt ff. manda. leg. creditor. §. primo. Ita tamen, quòd non ſit contrarium iuri diuino, vel impoſſibile de iure: vt extra de præben. ca. niſi eſſent. & ibi dicit tex. quòd laudo arbitratoram propter bonum pacis tenetur æquitas naturalis. Etiam not. quòd in arbitris, & in arbitramentis bona conſuetudo eſt ſeruanda. extra de cauſa poſſ. cũ veniſſet.

[b] PRiuilegia omnia: Nota ex iſto texto. q̃ ſi bona rebellum tempore rebellionis alijs ſunt conceſſa perſonis, facta pace ſunt reddenda primis dominis. textus eſt hic valde notabilis: ita quòd ipſa pax non habet vim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrum. quod tene menti.

[c] Iniuriam. Sed quomodo poteſt princeps concedere aliquid in iniuriam alterius, vt C. de prec. Impata. offe. l. 2. & l. reſcripta, & le. nec damnoſa: & ff. de iuſtitia & iure. l. iuſtitia, in princ. & §. iuris præcepta & C. ſi contra ius vel vti. publ. l. fi. & C. de operibus publicis. l. præſcriptioni? Sol. hæc cauſa guerre fuerunt conceſſa, & contra rebelles imperij: nec eſt hoc nouum ſecundùm Odofre. Ex quo nota quòd rebelles ſunt extra legis protectionem. vide. C. de natura. lib. l. i. per Cyn.

[d] Caſſentur. Nota, quòd ſublata guerra tollitur omnis eius effectus ſecutus propter guerram. hic ꝟ. eod. §. finem quoque. Odofre.

[e] Et in irritum deducantur, quòd dicit caſſentur, intelligas ipſo iure: quod autem ſequitur. in irritum. intelligas ipſo facto. Odofr. Et ſic no. quòd verbum caſſantur, iunctum cum verbo irritentur, ſignat ipſo iure, non enim requiritur alia alia ſententia, licet tex. vtatur verbo futuri temporis: quod eſt notabile.

[f] In ciuitate. hic dicit, quòd ſi epiſcopus per priuilegium Imperatoris vel regis eſt comes alicuius ciuitatis quòd cõſules ſiue decuriones debẽt inueſtiri de ipſo cõſulatu per ipſum epiſcopum, ſicut fuit hactenus obſeruatum. aliàs in qualibet ciuitate conſulatus reci-

pitur authoritate Imperatoris, & inueſtitur conſul ꝑ nuncium ipſius Imperatoris. Item dicit, q̃ de quinquennio in quinquenniũ quælibet ciuitas mittat ad Imperatorem pro inueſtitura iuriſdictionũ renouanda ac priuilegij eligendi ſibi conſules: q̃ iurabũt ipſi Imperiali nuncio, & per ipſum ingredientur officium. & idem dicit in ſucceſſoribus ſuis obſeruandum. Not. quòd multi ſunt epiſcopi qui habent ciuitatem, & iuriſdictionem temporalem ab Imperatore vel Rege. Quæro igitur, vtrũ iſti epiſcopi teneantur coram Imperatore vel rege comparere non ſolum quo ad conſilium, ſed etiam quo ad auxilium, ſi ſint conuocati? Reſpond. ſic non tamen poſſunt perſonaliter diſtringi, vt not. in cap. i de cle. coniuga in nouel. Bal.

[g] Conſules. de iuramento conſulum dicitur extra de iureiur. cap. venientes. & no. in Specu. da iureiuran. vbi etiam not. de multiplicibus iuramentis.

[h] Finito hoc hodie non ſeruatur: imo totum contrarium fit. ſed non eſt vis: cum ex priori inueſtitura perpetuo inueſtiti intelligantur, & nõ ad tẽpus, vt ꝟ. e. ti. §. nos Romanorum, in prin. in verbo, in perpetuum. Odofr. Mittit. ſ. nuncium. hic dicitur ſimplex nuncius, quem vulgo Italici appellant ſyndicum. & habent concipere verba hoc modo. Peto domine Friderice Romanorum Imperator à vobis inueſtituram fieri communi Bono. & mihi recipienti nomine & vice communis Bon. lege teſtante. ff. de conſti. pe. l. qui autem. §. fin. & l. licet, & per hunc ſyndicum acquiritur ius inueſtituræ communi Bon. vt ff. de conſti. pe. l. eum qui §. ſi actori municipum. Vniuerſis enim redditur, quod pro voto omnium primatib. indulgetur, vt C. de adu. diuer. iu. l. reſtituendæ. Odof. Dicitur autem ſyndicus ſecundum gl. quaſi ſingulorum cauſas vno complexu no nomine dicens. Vel ſecũdùm Nicolaum furioſum qui fuit diſcipulus Ioannis, dicitus ſyndicus qua ſi plurium ſimul cauſam dicens, & ſi plures ſunt creati ſyndi ab vniuerſitate, gerunt publicam perſonam & videtur quòd habeant mandatum inſolidum, arg. ff. de admi. tu. l. decreto, etiam in ijs, quæ requirunt ſpeciale mandatum, vt ff. de iureiur. l. iuſiurãdũ & ad pecunias. §. defenſor. & per Iaco. de Are. C. etiam per procuratorem cauſam in integ. reſt. agi poſſe. Sed tutius eſt dicere, quòd in requirentib. ſpeciale mandatũ debeat ſyndicus ſpeciale mandatũ habere, vel generale cum libera, vt not. in cap. præſentium de teſt. lib. 6. in nouella. Illud eſt no dignum, quòd q̃ mittit nũcium vult obligari per ſeipſum, non per aliũ, & ideo poteſt reuocare mandatum clam, ſed ille qui procuratorem mittit, vult obligari per alium, & non per ſeipſum, vt legitur & nota. C. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum. itaque transferet conſenſum ſuum in procuratorem.

[Marginal notes:]

Recta videtur actio. Laudum arbitrorum ꝑꝑ bonũ pacis tenet æquitate naturali. Pet. Vẽd.

Caſſari verbũ iunctũ verbo irritari quid importet.

Syndicus, vox Græca cõmunẽ defenſorẽ ſignificans à verbo Græco σύνδικος, qđ eſt adeſſe, patrocinari ac defendere & in cõi cauſa patrocinũ ſuis afferre. quo hic vt σύν, δίκη ſimul iudex, qui que eãdẽ cauſã defendit, dicatur. Nã vt ait Bu. qui ex ſingulis v. bibus eligũtur patroni ad vnius prouinciæ cauſã iuſdam, ſyndici dicũtur.

ratorem: nec valet reuocatio, niſi in notitiam deducatur, vt nota. in cap. iu. vltimo de procura. libro ſexto, in nouel.

a A nobis. & non à nuncio & hoc, ſi principi placuerit, vt j. eod § & ſi qua. Odofre.

mus: tunc enim à nobis [a] recipiet. Eadem obſeruẽtur [b] i ſucceſſore noſtro. Et oẽs inueſtituræ gratis fiant. Cũ aũt nos Imperator diuina vocatione [c] deceſſerimus, vel regnũ filio nr̃o cõceſſerimus [d] ſimili modo à filio noſtro vel eius ſucceſſo-

b Eadem obſeruentur. hoc vult dicere litera iſta, quòd idem ſeruetur in perſonam ſucceſſoris noſtri, quod in noſtram perſonam ordinamus ſic. C. de quadrien. præſcriptio. lege bene à Zenone ibi, ſiue ab alijs qui poſtea &c. & hæc forma datur ſubditis erga ſucceſſorem, ſalua ſemper authoritate ſucceſſoris, cui non poteſt anteceſſor imponere legem, vt C. de legibus, lege, digna uox.

c Diuina vocatione. Deus enim in hora mortis nos vocat de temporali ſeculo ad perpetuum. Odof. etiam ſi quis ſua morte moriatur, ſed gladio dicitur mors Dei iudicio prouenire, vt nota inſtitu. de cap. dimin. poſt princ. & in Euangelio, Sciens quæ ventura erant ſuper eum.

c Poſſeſſiones. poſſeſſiones amiſſæ tempore guerræ quæ ante tempus guerræ poſſidebantur, debent reſtitui poſſeſſoribus, & ſi eas recuperaſſent, debēt eis defendi. niſi eſſent poſſeſſiones, quæ pertinerent ad imperium, de quibus debet ſtari dicto arbitrorū electorum. Et no. q non dicit hic de eligendis arbitratoribus: quia nemo tranſigere vel amicabiliter componere compellitur: quādoq; tamen in arbitratorē poteſt compromitti, & nō in arbitrum, vt ſuper * decimis & alijs ſpiritualibus, vt no. in c. ſi pater. de reiū pmu. in nouell. Not. q tempore guerræ licitū eſt recuperare per vim ablata No. de cōſeruatorio poſſeſſionis, facit. C. de Cath. edic. l. 1. Not. q arbitri eligūtur in cauſa imperatoris, qui habent cognoſcere de regalibus. Nota de verbo aſſignentur, quod ſignificat, ideſt declarentur pertinere, & de facto ponatur in poſſeſſione, ſi non eſt.

* ſup q̄bus poſſit tranſigi, vi de Pan. in cl. 2. đ de. & tex. no. tit. in c. ex multiplici. Cęterū quibus ca ſib. tranſigere liceat & qbus non vide. integrè p no 2. q6. 3. §. notā. & c. di. c. ſciendū. & 27. q6. 4. cap. ſi illi.

d Cum fructibus & ſine damno. Nota, q fructus & damna ponūtur vt diuerſa, & ſic nō dicit damnū dare, q tāquā poſſeſſor percipit fructus. qđ tene menti.

e Reſtituantur. hoc niſi ablator iura ſe poſſet tueri in cauſa proprietatis. tunc enim reſtitutio impedit. vt ſ. eo. §. ſi qui. Et caue, q hic dicit de ablatoribus ſeu ſuaſoribus: qui non ſunt de ſocietate. Sed ego idē puto & de ijs, qui ſunt de ſocietate, cum in d. §. ſi q. generaliter loquatur, & nō ſpecificat, an de ſocietate ſit vel non. ſic ergo generaliter & indiſtinctè debent intelligi vt ff. de public. l. de pretio. & intelligendū eſt Imperatorē in hoc caſu idem ſtatuiſſe in ſuis, qđ in alijs. & idē in alijs quod in ſuis, cauſa æqualitatis hincinde ſeruandæ, vt arg. ff. de arb. l. ſi cū dies. §. fi. C. de fruc. & lit. expen. l. fin. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. 12. ff. man. l. 3. in fin. & C. commun. diui. l.

g Ad cognitionē. no. q arbitri electi ad cognitionē videntur electi ad decidendū & ad ſignandu: vt hic. & ff de pro. l. qui procuratorē dat. ſecus in electis ad cognoſcendum & referendum, quia nō poſſunt cauſam decidere. vt C. de off. præte. Augu. l. ordinatorū.

h Correctionem. vel coactionem, vel coerctionem Odof. ista ſunt quaſi ſynonima.

nem, quã Mediolanenſes exercere conſueuerũt [a] in comitatibus Seprij, Martexanæ & Burgariæ & in alijs comitatibus, exceptis locis, quæ Pergamenſes nomine noſtro tenent inter Alduam & Oleum, excepto Romano vetere & Bariano, & eam quam modo exercent, liberè & quietè habeant, & posſideãt [b] ſine contradictione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum, [c] ſaluis pactis & datis & conceſsionibus in ſuo robore durantibus, quæ Mediolanen. per cõmune fecerunt ciuitatibus Pergamo, Nouariæ, & Laudo: nec per hanc conceſsionem lædendis. nec vllum præiudicium fiat iuri, aut conſuetudini alicuius ciuitatis & ſocietatis præter dictas conceſsiones. Pacta inter ciuitates & ſocietates quondam facta, nihilominus firma & illibata permaneant: nec aliquid intelligatur acquiſitum Mediolanenſibus in epiſcopatu Laudenſi præter dictas conceſsiones: ſaluo [d] iure aquæ Lambri Mediolanenſibus, [e] ſi qđ habẽt, vel in pedagio. Omnes [f] de ſocietate, qui fidelitatem nobis iurabunt, in ſacramẽto fidelitatis adjicient, ꝙ poſſesſiones & iura, quæ nos habemus in Lombardia, & poſſidemus extra ſocietatem, iurabunt bona fide nos manutenere, ſi opus fuerit, & cùm ſuper hoc per nos, vel per certum nuncium noſtrum fuerint requiſiti: & ſi amiſerimus, recuperare: ita videlicet, quòd finitimæ [g] ciuitates obnoxiæ ſint principaliter ad hoc faciendam & ſi opus fuerit, aliæ teneantur [h] ad competens auxilium præſtandum. Ciuitates quæ ſunt extra Lombardiam, in ſuo confinio ſimiliter teneantur [i] facere. Si qua uero [k] ciuitatũ ea quæ in cõuentione pacis ex parte noſtra ſtatuta ſunt, nõ obſeruauerint, cætere ciuitates eam ad id obſeruandum bona fide com-

a Amplius conſueuerunt. ſume illud quod eſt longe infra & eam quam modo exercent.

b Poſſideãt. No. iuriſdictionem poſſideri. i. quaſi poſſideri. vt ĵ. eo. §. omnis. & non vitiat verbum improprie poſitum, vt ff. de iniuria. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed ſi ream. quod debet intelligi ſecundum ſanum intellectum, & probatur poſſeſſio iuriſdictionis per exercitia, quibus quis eſt vſus liberè & quietè. text. eſt hic notabilis.

c Succeſſurum noſtrorum. dicunt quidam hic videtur Imperator iniungere ſucceſſori ſuo, vt hoc idem faciat, quod quidem eſſe non poteſt, vt ff. ad ad Treb. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. & ff. de manu. l. apud eum. Sed certè non eſt verum, ſed ita debet intelligere literam iſtam, quòd habeat ſine contradictione ſucceſſorũ noſtrorum. Si enim ſucceſſores noſtri contradicant, non habebunt. vel dic ſimpliciter. vt iacet. arg. C. de ſent. & inter lo. om. iud. l. poſt ſententiam & leu. reſcin. non poſſ. l. 1. prima placet, cum Imperator prædeceſſoris ſui factum abrogare poſſit, vt C. de veteri iur. enuc. l. 2. circa. princ. Odofredus. & per hoc determinatur quæſtio quam format Cy. C. de legi. l. digna vox. & ſic nec per contractum a nec alio modo princeps poteſt regalia concedere in præiudicium ſucceſſorum: quia fiſcus nõ poteſt iura eorũ ſubuertere, ita nec minuere, vt ff. qui & à q. l. ſi optio. Nõ n. debet vni in alteri' damnũ ſuccurri, vt ff. de mino. l. in cauſæ, la prima, in prin e. t. l. auxilium § prin. Odof. Nec a eſt boni principis vnũ altare coopertire, & aliud diſcoopirire, vt C. qui pot in pi. ha. i. aſſidius §. exceptis. nec priuilegia vni conceſſa alteri dare, vt C. de ſilentiarijs. l. decurionibus lib. 12. Et ſi princeps conceſſit alicui beneficium: prior tempore potior eſt in iure, ar. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedẽdo & ĵ. qui ſue. tene. e. i. col. 10. Et hæc faciũt ad conceſſiones. quas faciunt principes de aquis publicis. quòd ſemper videantur reſeruata iura & commoditates eius, cui prima conceſſio facta eſt.

a Principis boni nõ eſt altare vnũ detegere. vt alterũ adoptiat.

d Saluo ff. fami. erciſ. l. item Labeo. §. 1.

e Aquæ Lambri Mediolanen. pone. inter duo caſtra erat quæſtio de ductu aquę publicę, & fuit inter ſe lata ſententia, demum imperator conceſſit mihi vnũ de illis caſtris, nũquid teneor ſeruare illã ſententiam? Et videtur ꝙ ſic, quia caſtrũ trãſit in me cum ſuis vitijs ſuaq; cauſa, præſertim cũ ſit vniuerſitas quædam ff. de act. empt. l. in venditione. ff. de ſer. ruſti. prædio. l. Lucius à cõtrario ſenſu. ff. de cõdi. & demon. l. ſi quis legata §. fi. de contrahen. emp. l. ſi aquæductus. Et quia imperator non videtur velle præiudicare tranſactionibus & & ſententijs, ſed tacitè reſeruare, arg. huius literæ. in contractum videtur, quia ſicut princeps poſſet, vt ſupra in cap. 1. quæ ſint regalia. ita & ego, qui vice Principis fungor. item pacta priuatorum non præiudicant fiſco: nec tenetur fiſcus de illis pactis facere mentionem. ff. de pac. l. ius publicum. & l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & l. inter. C. ſine cenſu vel reliquis. l. omnis. dum tamen boni viri fungar officio, ſicut ipſe princeps iudicaſſet. ſi certioratus fuiſſet. ff. de pa. l. tale pactum. §. finali quod maximè eſt ſi alium non lędo, vt l. 2. §. item Varus. de aqua plu. arcen. ff. de ſolu. l. 2. & extra de re iudi. c. ſuboria. in fin. Non obſt. iſta litera, quia hoc ius aquæ competit ex conſuetudine, quę futuri eſt quam pactum priuatorum & c Baldus.

f Omnes. hic dicitur, quòd illi de ſocietate debent iuuare Imperatorem ad manutenendum iura ſua. & etiam conſeruandum, ſcilicet pro poſſe, & præſertim ciuitates finitimæ, & quæ ſunt magis propriè iura, vt ſunt incorporales res, quæ non dicuntur poſſideri. ſed quaſi poſſideri, vt ff. de acqui. rerum dom. l. ſeruus §. incorporales. ff. de ſerui. vrb. prædi. l. ſi ædes. ſi. ff. act. emp. l. dauu. §. ſi iter. & hoc eſt quod iurant ciues, vt ciues Odof.

g Finitimæ. i. confines ſeu propinquæ illis locis. in quibus ſunt poſſeſſiones, quæ ceptæ ſunt turbari.

h Teneantur. ſubaudi, ſi poſt opus erit. quod dic, vt C. de ſacroſan. eccl. l. neminem.

i Teneantur. ſubaudi ſi opus fuerit. Odof. No. bonã gloſſellam Bal.

k Si qua vero. Hic dicitur, quòd ſi aliqua ciuitas de dicta ſocietate Lombardiæ non ſeruat ſtatuta pacis, cæteræ ciuitates de ſocietate compellent illam ad obſeruandam bonã fidẽ. in tex. ibi. bona fide no. ꝙ bona fides debet ſeruari: et interdum non cõgruit de iuris apicibus diſputare, vt ff. manda. l ſi fideiuſſor. §. quædam. Et eſt ar. quòd omnes cõtractus qui fide

cum

* An añt ꝓ lege ſeruati dēat, vide per Cy. no. in l. pen. C. de donat. inter vi ſum. Nec det princeps ꝫtᵉ hmôi infringere, quinimo ad eorum obſeruantiam adſtringeť, vt nn. in c. 1. de ꝓ ba. & l. ut gna vox. C. de leg. & ibi per eundem Cyn.

pellant, [a] pace nihilominus in ſuo robore permanente. Nobis autem intrantibus [b] Lombardiã fodrium conſuetũ & regale, quæ ſolent & debẽt præſtabunt, & vias & põtes [c] bona fide, & ſine fraude, & ſufficienter reficiẽt: in eundo & redeũdo mercatum ſufficiens [d] nobis & noſtris euntibus & redeuntibus bona fide & ſine fraude præſtabunt: in omni decimo anno [e] fidelitates renouabũt [f] in ijs, qui eas nobis non fecerũt, cùm nos petierimus vel ꝑ nos, vel ꝑ nr̃m nũciũ. Si q ex parte nr̃a [g] de ſuis iuſtis [h] poſſeſſionib. expulſi ſũt, reſtituant ſine fructibus & damno, niſi in cã principali ſuę ꝓprietatis iure poſſit ſe tueri poſſeſſor, ſaluis priorib. conceſſionibus: & oẽs offenſæ eis remittantur. eodem iure ſeruãdo ijs, q ſũt ex parte nr̃a circa reſtõnem, niſi ciuitas aſtringatur iuramento [i] vt non reſtituat; quo caſu arbitrium boni viri volumus ꝓ reſtõne ſuccedere. [k] & ſi

cum principe, habeant naturam bonæ fidei * contractuum.

[a] Compellent. Sed quomodo? faciendo guerram, vel obſidendo ciuitatem, vel dando repræſal. aut Reſpond. forte ſic. Sed contra per hunc tex. nam hic dicit bona fide compellant. hac bona fide non videtur cõpellere aliquo prædictorum modorum: nam bona fides eſt contraria dolo & fraudi, vt ff. pro ſocio. l. 3. in fi. & in prędictis plerunque hęc verſantur, & quia diſcordiæ ſunt ſedandæ, & remouendæ, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulciſſimis, & quia omne beneficium decet eſſe perpetuum, vt C. de excuſa. mun. l. antepen. & quia per pacem diſcordiæ ſopiuntur, vt C. de cadu. tollen. §. ita, in principio. etiam ex pace videtur naſci diſcordia, quod eſſe non debet. vt C. vnde vi. l. meminerint. Sed forte his non obſtãtibus poſſit prædictis modis compellere. nec enim videntur dolũ facere, cum alterius fraudem excludant, vt ff. de lega. 2. l. cum pater. §. Titio: & quia pac rogatur ei non concessa, qui aduerſus pacis ſtatuta venire non timuit, arg. ff. de mino. l. auxilium, in prin. Vel forte poſſet dici, quòd recipiantur hoc caſu obſides, et arg. ff. de iu. fiſ. l. diuus. ff. de quibus cau. maio. l. nec non. § 1. de teſta. l. obſides. Odof. Dic quòd procedant illis vijs & modis, quibus videtur expedire. argu. extra, vt lite non conteſta. quoniam frequenter. §. fina. adhiberi enim debent illa remedia, quæ magis timeantur, adhibito tamen diſcretionis moderamine.

[b] Nobis intrantibus. Hic dicitur, quòd quando imperator intrat Lombardiam, debetur ei fodrium regale & conſuetum & viæ & pontes aptari, & opitatæ ſufficienter in eundo, & redeundo, & quod debet habere mercatum ſufficiens pro ſe & ſuis: & hic determinatur quæſtio de gualdana formata per gl. C. de ſa. ſan. eccl. l. neminem. nam gualdana imperatoris non debet auferre res aliorum, ſed debet emere, niſi forte deficeret ibi pecunia, vt l. 2. ff. ad leg. Rhod. de iac. vel niſi ruſtici adeo forent tenaces, quod nollent eis vendere victualia, vt ibi.

[c] Vias & pontes. & ab horum refectionis onere nemo excuſatur: quod dic, vt C. de ſac. ſan. eccle. l. ad inſtructionem.

[d] Sufficiens. non dicit ſufficientiſſimum. ſic ergo ſufficit aliquid ſufficienter præſtare, licet non ſufficientiſſimè, præſtet, ſic ff. de ædil. edic. l. ſi quid venditor. & l. ſecũdum. §. illud Odof. Reſtituant. hoc niſi in cã principali iure ſe tueri poſſit poſſeſſor: nã tũc impeditur reſtitutio, vt ſequitur quod quidẽ eſt ꝫ alia iura. nam & ſi quod ius haberet, per ingreſſum violentũ amiſiſſet, attamen reſtituere tenetur ei, cui ꝑ vim abſtuliſſet, vel occupaſſet, vt C. vnde vi. l. ſi quis in tantã & in Lombar. de inuaſionib. l. fi. Et quod inuaſionis reſtitutio non ſit impedienda, probatur in Lõbar. de off. iud. l. legato. Sol. hoc eſt ꝫ cõmunia iura, & ſpecialia eſt cũ in modũ priuilegij cõcediť. hoc tñ hodie nõ ſeruať. Vel dic, aut inuaſor inuadit ſua authoritate aut cũ iudicis authoritate. Primo caſu locũ vendicant ſibi ꝫria iura. Secundo caſu ſecus, quod hic dicitur, & hoc tantũ caſu loqui poteſt hæc lex ſiue præcedens. Odofr. Adde, quòd ſpoliatus ſi contra ius petit ſe reſtitui, ita quòd exceptio obſtet ipſi poſſeſſorio, non eſt ſienda reſtitutio, vt hic, & in ca. conſtitutus. de filijs presbyte. per Inn. nam qui expreſsè iniuſtum petit, inepte agit, vt no. in ca. primo. de offic. vicarij. per Innocen. Si verò non apparet de iniuſtitia petitoris, ſiquidem excipitur eſt per iudicem, & partem admiſſus ad excipiendum, videtur per conſequens admiſſus ad probandum, vt not. Innoc. in cap. cum veniſſet. de teſtibus. Si autem non eſt admiſſus, tũc refert, aut allegatur ſpoliatio, aut dolus ſine ſpoliatione. Primo caſu non admittitur exceptio doloſacis. Secundo ſic. C. vnde vi. in l. cum quærebatur. & ita intelligitur quod no. ff. de iudi. l. ſi de vi. & C. de agri. & cenſi. l. ſi coloni. lib. 11. & extra de reſtit. ſpolia c. 1.

[e] In omni decimo anno. in omni decimo anno fidelitates ſunt renouandæ.

[f] Renouabunt. hoc fit propter iuuenes, qui propter ætatem non debent iurare, & modo peruenerunt aliqui ex eis ad eam ætatem, qua iurare tenentur, & propter ſenes etiam qui iurauerunt pro tempore, & modo ratione ætatis iurare non debent: ſic ſop. de pac. tut. ſit circa prin. Sed hodie hoc non ſeruatur. Odof. Nota ergo, quod propter mutationem ætatum fit renouatio fidelitatis: quia ætas naturaliter variať, vt no. C. de in integ. reſt. mino. l. minorum ta & extra de proba. in præſentia. vnde ex præterita minori ætate non præſumitur in præſenti: quia non eſt quid ſtabile, vt ff. ad leg. Fal. l. hęreditatum. niſi tempus pſens eſt coniunctũ præterito, arg. huius literæ.

[g] Si qui ex parte noſtra nã quod expulſi ſunt reſtituendi ad ſuas iuſtas poſſeſſiones.

[h] De iuſtis. ſecus ergo. ſi iniuſtis. Odofre. hic cadit gl. ſignata ſupra. in § ſufficiens, quæ debet ſcribi ſuper verbo, reſtituant.

[i] Iuramento. No. quod per iuramentum proceditur diſpenſatiue. Sed an hoc iuramentum teneat? puto quod non, cũ ſit ꝫ diuinam & humanam legem. Vnde diuina pagina dicit: Non concupiſces rem proximi tui. ad quod eſt ff. de iuſti. & iure. l. iuſtitia. & iuramentum ꝫ leg. factum nullius eſt momenti, vt ff. de pac. iuriſgentium §. generaliter. C. de leg. & cõſti. l. non dubium. in fi. C. de nup. auth. quod eis. & extra de iureiur. c. intelleximus. ff. de leg. 1. l. ſi quis inquilinos § ſi Odofr.

[k] Succedere. vt inluatur ei æſtimatio. Odofr. quod eſt ꝫ ius commune, quod inuaſor dño nolente liberetur rei æſtimationem ſoluendo ff. de rei vendi. l. nec quaſi. Et no. pulchra verba. arbitrium boni viri pro reſtitutione ſuccedere. i. vt ſatisfeciſſe videať ille, qui ſoluit æſtimationem arbitrio boni viri taxatam. Et no. quòd in tota iſta pace non reſtituuntur fructus. quod intellige, niſi eſſent extantes in fundo, quia tunc nõ reſti-

qua cõtrouerſia [a] fuerit orta de feudo inter nos & aliũ q ſit de ſocietata, p pares illius ciuitatis, vel epiſcopatus, in quo deſcendit, agetur, & ſm cõſuetudinem [b] illius ciuitatis in eodem epiſcopatu terminetur, niſi nos in Lombardia fuerimus. Tunc enim in audientia noſtra, ſi nobis placuerit agitabitur. Item volentibus [c] venire contra pacta non per violentiam facta & iuramento firmata inter ciuitates & ciuitates, ſocietates & ſocietates, vel ciuitatem & alias perſonas, nos audiẽtiam denegabimus. Item nos reſtituimus ſtratã [d] Veronenſibus, & nominatim recipimus Ozolinum in plenitudinẽ gratiæ noſtrę & omnem offenſam ei remittimus.

Hanc igitur ſecundum formã pręſcriptam & vt per mediatores pacis, videlicet Gulielmum epiſcopum Dilcẽſem, Hericum Marchionem Sarnenſem, fratrem Fridericum de ſylua benedicta, & Rodulphum camerarium noſtrum vna cum his bona fide intelleximus, & ſecũdum tenorem, quo eandem pacem & concordiam iurari fecimus, & ſecúdum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt: in perpetuum ratam haberi & conſeruari ſtatuimus, & vt firma permaneat, & inconcuſſa, præſentem paginam noſtri impresſione ſigilli fecimus communiri. [e]

Nomina verò ciuitatum, quibus ſic gratiam noſtrã reddidimus, & præſcriptam fecimus conceſſionem ſeu promiſſionem, hęc ſunt: Vercellæ, Nouaria, Mediolanum, Laude, Pergamũ, Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Padua, Teruiſium, Bononia, Fauentia, Mutina, Rhegium, Parma, Placentia. Iſtis autem ciuitatibus & locis pacem ſeruari volumus, & gratiam noſtram reddimus. Pręſcriptam autem [f] conceſſionem ſeu promisſionem

reſtituuntur tanquam acceſſiones, ſed tanquam ipſum corpus fundi, vt l. ſi §. pe. ff quæ in frau. cre. dicit Acc. q nunquam quis lucratur fructus: niſi rem habere videatur. ff. de reg. iu. l. qui actionẽ. Item ait quod iuxta tẽpus reſtituendi, l. qſi quis petit, quod non eſt, nec fuit ſuũ. ff. de leg. 1. ſi qs bono rũ. ff. ſol. ma. l. ſi mora. Debitor lucret fructus niſi tempus ſit appoſitũ cã cuſtodię. ff. de reg. iu. l. cum tẽpus. dicit Acc. q ſpeciale eſt in imperatore quod poſſit auferre rem alterius. ff. de reg. iur. l. id quod noſtrum. Niſi ciuitas adſtringatur iuramẽto. No. quòd ciuitas põt obligari per iuſiurandum, & ſub iureiurando paciſci, licet non habeat animam, vnde hoc iuramentum referẽdum eſt ad animã ciuiũ, per ea quæ no. Inno. extra. de ſen. excommu. c. grauem.

[a] Si que controuerſia. Dicitur hic, q controuerſia feudi inter Imperatorem & alios de ſocietate debet dirimi per pares illius ciuitatis, vel per epiſcopum illius ciuitatis, in qua diſcordia vertitur, & ſecundum conſuetudinem illius terræ. Et ſic not. quòd in feudis attenditur cõſuetudo loci vbi res eſt. Not. quòd ſi imperator conceſſit mihi Tuſco feudum cuiuſdam caſtri Alemaniæ, videtur mihi cõceſſum ſecundum cõſuetudinem Alemaniæ. & ſi Alemanico concedit in Tuſcia, videtur conceſſum ſecundum conſuetudinem Tuſciæ, vt hic dicitur: & eſt ratio, quia conſuetudo præſtationis, & rei præſtandæ intelligitur ſecundum locum illum, vbi debet fieri traditio & ſolutio corporalis, vt l. ſemper in ſtipulationibus, de regu. iur. quod eſt nota & facit quod no. extra de teſt. c. Raynu. ſuper glo. fortè in nouella.

[b] Conſuetudinem. Inſpicitur enim regionis cõſuetudo: vt ff. de fund. inſtr. l. cum de lanionis. §. aſinã. & eſt ſic ĩ eo. §. in cauſis. vincit enim de iure Romanoẽ in eo loco in quo eſt. vt ff de legi. l. de quibus, licet contrariũ ſit de iure Lombar vt in Lomb. qualiter in iudi. l. placuit. Odof. Et no hic cuius loci pares dabẽt cognoſcere de feudo: quia pares illius epiſcopatus vel terrę, vbi lis agitatur. debet cauſẽ agitari in terra vel loco. vbi feudũ exiſtit, quia ibi ſeu iudiciũ eſt, vel quia iſte locus eſt cõmodior. & melius ſcit ibi veritas, arg ff. de flumi. l. 1. §. 1. & C. de appella eum poſt & in c. 1. de reſcri. in clem. Et ſi quæras quæ intelligatur cauſa feudalis? Reſpon. ſi criminaliter agitur vel vltra leges feudorum, non eſt cauſa feudalis. ſed ſi de inueſtitura facta vel ſienda vel de poſſeſſione ablata vel turbata per dominum vaſallo, vel per vaſallum vaſello. de mil. vaſal. qui contu. eſt. cap. 1. & vbicunq; ſit commemoratio feudi ad intentionem fundandam, eo adiuuendam vel repellendam. Secus ſi non agatur vel excipiatur ex hoc capite: vt extra de foro compe. c. verum. per Inno. & dixi in c. 1. § præterea. de prohi. feud alien. per Frideri. & hæc vera in petitorio & poſſeſſorio. Et vnum ſcias, quòd ille, qui non vult inueſtire vaſallum de recto feudo, de alio feudo cognoſcere non poteſt, quia iniuſtus in vno præſumitur iniuſtus, & ſuſpectus in alio. de contro. inter vaſall. & epiſc. capit. primo. text. eſt notabilis.

[c] Item volentibus. Hic dicit, quòd volens venire contra pacta non auditur: ergo ſi audientia denegatur, exceptio pacta impedit litis conteſtationem. qd verum eſt. ſi pactum eſt iuramento firmatum, vt hic. ſecus ſi non ſit iuramẽto firmatum, ſed ſit factum lite pendente, argu. ff de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. & C. de pac. l. poſtquam liti. & C. de fide inſtrumento. l. tertia. nam cum ſit renunciatum liti, non poteſt denuo reſuſcitari, vt no. in cap. 1. de lit. conteſ. lib. 6. in nouel. Deinde no. hic, quòd ille qui per metum vult nihil vult. quod dic vt notat. ff. de regu. iur. l. velle non creditur.

[d] Stratam nota de verbo ſtratam. Ozolinus nobilis quidam de Roma fuit, ex quo geniti fuerũt duo peſſimi tyranni. alter quorum eodem nomine poticus eſt, alter verò Albericus fuit nominatus. Odofredus.

[e] Hanc igitur. Communiri. ſic ĩ. eo. §. pacem itaque. & dic ut ibi. Odofr.

[f] Nomine verò ciuitatum. Præſcriptam autem conceſſionem. vt hic patet, & ſup. eodem, in prin. §. nos Romanorum Imperator &c. & ſupra, proximo. §. nomina verò &c. certis tantum ciuitatibus hæc priuilegia conceduntur. Quid ergo ſi aliquis in aliqua harum ciuitatum habitet, & negetur

eſſe

his nō facimus, videlicet Imelæ, Caſtro Sācti Caſſiani, Bobio, Eleti de Guarbadona, Ferotræ, Belutiæ, Tenetę. Ferrarię autem gratiam noſtram reddimus, & præſcriptā conceſsionem facimus ſeu promiſsionem, ſi intra duos menſes poſt reditum Lombardorum à curia noſtra de pace præſcripta fuerint. Hāc itaq; pacem a concordiam, ſicut præſcriptum eſt, tam nos, q̄ filius noſter Henricus Romanorum Rex per camerarium noſtrū Rodulphum iurari fecimus in animam noſtrā, b Hi autē c ſunt principes & nobiles curiæ, qui præſcriptam pacem & cōcordiam per ſe firmam tenere iurauerunt. Hermanus Monaſter Epiſcopus, Henricus Cirnenſis electus, Citalinus Curienſis Abbas, Gotifredus imperialis aulę cācellarius. Otto dux Bauariæ. Fridericus dux Sunormæ, filius noſter. Bertoldus dux Zaermonę. Bertoldus Marchio Hiſtriæ. Hermānus Marchio Vero. Comes Henricus dux Spleteſi. Comes Theupobus de Lexcomiende. Comes Ludouicus, frater cācellarij de Olſeſtre. Rodulphus camerarius. Guarnerius de Lōbardia. Cauo de Minabere. Corradus pincerna.

Hi ſunt nuncij, qui ex parte Longobardorum pacem præſcriptam & concordiam receperunt, & in præſentia noſtra iuramento confirmauerunt. De Mediolano Guido de Landriano, Pinamonte de Vicomercato. Adobatus Bultraſſus, Guilielmus Burrus, Guerrius de Buxola, Alderieus de Bonate, Rogerius Marcellinus, Loterius medicus de Brixia, Obrandus de Martinengo, Gozed de Lurbiado, Deſiderius iudex, Rodulphus de Concipio, Boccatius de Manerbio, Albericus de Caprino. De Placentia, Girardus de Artizone, Iacobus ſtrictus, Hermanus de Carnocampo iudex. De Pergamo Albertus. de Mappello Attoficianus, Ioannes de Piterigo, Lanfrancus de Monacha, Albertus Attonis, Albertus Albertonis. De Verona Corus iudex, Vbertinus de carcere, Valerianus de Caſtello, Martius de Caſtello, Theobaldinus de Nicaudo, Theobaldinus de Naſcenguerra. De Vincentia Pileus iudex, Vbertinus de fonte viuo, Cardenarius Marchus de Pauliana. De Padua Ianxuſellinus iudex, Bugeleſcus de fonte Glina, De Teruiſio Florius iudex Gumbertinus. De Mantua Alexandrinus Iacobus de Amica, Angolus iudex, Henricus de Angelo. De Fauētia Bernard' iudex, Hugolinus de Azo. De Bononia Antonius poteſtas, Rolandus Guarini. Matthæus Rodulphi. De Mutina Arlotus iudex, Reinerius de Buca Cabata. De Rhegio Albertus Cābiator, Rolandus de Charitate. De Parma Iacobus Petri braui, Mallobatus iudex, Vetulus iudex, Corradus Banzoni. De Laude Vincentius de Siſiraga, Anſelmus de ſumma ripa. De No-

eſſa de natione eius ciuitatis vnius alterius quæ in hac pace comprehenſæ ſunt? Reſpon. probare debet ſe habuiſſe originem in aliqua harum ciuitatum: vt ff. de p bo.l.1. ſecundum vnā lect. quam ibi dicit. Odof. ſecundum hoc nomen & beneficiū ciuitatis forenſibus & extraneis nō prodeſt C. de teſtam.l.ſi non ſpeciali. quod tene menti, niſi eſſent recepti in numerum ciuium, vt ff. de in ſiſt. l ſed ſi excepta. nam alteri paciſci nemo poteſt: enim ab eo mandatum non habeat. loata illud, nihil ad nos, de ijs qui forte ſunt.

a Pacem. concorda. ff. de pact. l. 1. in principio. & inſti. de iniur. § fina.

b In animam noſtram. not. qualiter quis iurat pro alio in animam domini 63. diſtinct. capit. tibi domino. Odofred. pone conſtitui procuratorem ad iurandum de calumnia in animam meam: aduerſarius dicit, quòd ego compaream, quia melius noui factū? Reſpon. in iuramento calumnię non debet hoc venti lari: vt no. in capitu. vltimo de iuramen. calumn. libro 6. in nouella. Nunquid ille qui habet poteſtatem faciēdi quicquid viderit expedire, dicitur habere arbitrium voluntatis? videtur quod ſic. ff. man.'. creditor. §. Lucius. & no ta. in capitu. 2 de iuramen. calum. lib. 6. in nouel.

c Hi autem. primo nominat principes, duces, comites, & barones, qui ex vnà parte principis vna cum iuramento pacem iurauerunt. Secundo nominat nuncios Lombardo. & aliarum ciuitatum ſocietatis eorum qui ex aduerſa parte iuramento ſuo pacem roborauerunt. Tertio nominat ciuitates quæ pacem ex parte principis vna cum principe cum Lombardis pacem habuerunt. Quarto nominat nūcios Lombardorum quibus iuneſtimeram conſulatus dedis. Quinto impreſsioni ſigilli ſui pacē princeps corroborat. Sexto appoſitur tempus & anni domini, & indictio, & anni imperij. & locus vt appareat vbi & quando data fuit hæc lex, & hæc vſque ad legem illam in Chriſti. Odofred. & ſ[...]acit. C. de teſta. l. omnium. ibi, dum dicitur, inter tot nobiles probataſque perſonas.

Acta. hic habes argu. quod enni domini, dies, menſis & conſul, & alia quæ in inſtrumentis apponuntur, debebt poni in fine inſtrumentorum. aliàs habes contrarium; vt ſupra. de iure emphyteut. in princip. quod credo verius: vt in authentic. vt præp. nomen impe. in princip. & §. 1. & 2. in Lombard. de epiſcopis. l. prima. Sed nunquid inſtrumentum vitiatur, ſi in fine hæc apponantur? dico quòd non. Nam in inſtrumentis non apponuntur hæc, niſi vt conſtet de tempora contractus. Sed ſiue in principio. ſiue in ſine ponantur, nihilominus cum conſtat de tempore ex quo appoſita ſunt, de iuris ordine non curatur. ff. de ſol. l. nec enim. Odofr. Sed nunquid viciatur inſtrumentum, ſi nomen Imperatorum præpoſitum non fuit, vel non intercessit tabellionis ſubſcriptio, vel contrahētis, vel aliquid defuit ex his, quæ debent interuenire? Reſpond. vi-

que

uaria Opizo de Briona, Tedixius Cabalacius, Girardus de Bomprando. De Vercellis Meardus & Vercellinus.

HAE autem ſunt ciuitates & loca, quę pacem præſcriptam ſub iuramento Lombardorum nobiſcum receperunt, & eandem per ſe iurauerunt: Papia, Cremona, Communiterdona, Aſta, Cæſarea, Ianua, Alba, & aliæ ciuitates & loca & perſonæ, quæ ſunt, & quæ fuerunt in pace noſtra.

HAEc autẽ ſunt nomina nunciorum, qui inueſtituram conſulatus à nobis nomine ciuitatum receeperunt. De Mediolano Adobratus. De Placentia Gaardus Attizonus. De Laude Vincentius Corno. De Vincentia Pileus. De Padua Ianſus. De Teruiſio Florius. De Mantua Alexandrinus. De Fauentia Bernardus. De Bononia Antonius. De Mutina Arlotus. De Rhegio Rólandus. De Parma Iacobus Pertibraui. De Nouaria Opizo. De Vercellis Meardus. De Pergamo Artoficiarius.

SIgnum domini Friderici Romanorum inclytiſsimi Imperatoris. Ego Gotifredus imperialis aulæ cancellarius vice Chriſtiani Maguntinę ſedis archiepiſcopi & Germaniæ archicancellarij recognoui.

ACta ſunt hęc anno incarnationis 683. indictione prima, regnante Domino Friderico Romano Imperatore glorioſiſsimo, anno regni eius lxxxij. Imperij verò xxxix. Dat. Apud Conſtantiam in ſolenni curia vij. Calend. Iulij.

IN Chriſti nomine. iuro ego quòd amodo ero fidelis Domino Imperatori Friderico, & ei' filio Regi Henrico: non ero in conſilio vel facto, quòd ipſi perdant vitam vel membrum [a] aut mentem ſeu coronam [b] Imperij vel regni vel caput, & ſi ſciuero aliquem feciſſe vel facere volentem: per me vel alium Domino Imperatori vel Regi, vel nuncio eius, ſine fraude manifeſtabo eis, & adiuuabo honorem coronę tenere: & ſi perdiderit, recuperare bona fide in exercitu & comitatu adiuuabo. Inſuper pacem Domini Imperatoris Friderici, & filii eius Regis Henrici, & ſuę partis factam cum ſocietate Lombardiæ, & eius ſocietatis ſicut ſcriptum eſt inde, ſine fraude intra quindecim dies poſt iurata bono intellectu, & ſigillo Impera-

quæ arg in auth. vt præpo. nomen impe. argu. C de ſ. iuſte. l. contractus. C. de conue fiſ. deb. l. fiſco. ff. de teſt. ad teſtium. §. ſi quis. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor, de coll. bo. l. 2 arg l. optimum. ff. de in inte. reſti. l. diuus. C. qui. teſta fac poſ. l. furioſum. in fi. Si enim quæ ad rei ſubſtantiam, modum, ordinem vel ſolennitatem pertinent, omittantur, quicquid geſtum fuerit, vitiatur. arg. C. de contrahen. emptio. l. emptio. & l. pretium. ff. de contrahen emptio. l. nec emptio: & l. ſi res. & ff. de act. & oblig l. in omnibus ff. loc l. qui ad certum. & l. ſi tibi decem. & ff. de verb. oblig l. 1. in princip. ff. ſi cert. petat. l. rogaſti. C. de non nume. pecu l. cum vlita. C. de iure emphyt. l. 2. C de fabric. l. ſi quis, inſtitu de inutil. ſtipu §. ſi quis aliam. & §. ſi quis alij. C. C. de ſent. & interloc omn. iud. l. prolatam. & C. de exec. rei iudi. l 1. C. de app. l. nominationes. Et quia quoties plura interuenire debent, vnum interueniſſe non ſufficit: vt ff. de diuor. l. fi. cum ſim. Vnde eſt arg contra, quod valeat inſtrumentum ita confectum. ff. de mann. vin. l. antepen. ff. de appell. l. ſcio. ſed primum verius. Odofre. Sed quid ſi apponuntur ſolennitates, tamen erratur in vna: verum tabellio poteſt propria authoritate emendare exemplum, ſi errauit in die, vel in appoſitione loci? Reſpondeo, ſi eſt quæſtio ſuper die vel loco, non poteſt emendare: nã raſuræ caderet in loco ſuſpecto. ſi autem aliàs, & vbi non pendet quęſtio: tunc emendare poteſt, & radere verbum erroneum, & ponere verbum verum. & not. C. de teſta. l. ſi vnus. Si enim non errauit in ſolennitate inſtrumenti, ſed in qualitate facti, tunc poſtquam inſtrumentum eſt redactum in mundum & publicatum, nihil ſua authoritate emendare poteſt, ſed debet facere ex noię comperto de mandato iudicis ſecundùm Cyn. qui ita no. ff. de ſta. ho. l. Imperator. Vel dic ſi eſt talis error, qui noceat, non poteſt emendare ſine iuſſu iudicis: ſecus ſi non officit parti: quia parui nõ intereſt cum & ſine tali emendatione valeat inſtrumentum. vt C. de teſt. l. ambiguitates. & l. præpoſteri & l. errore. & ff. de reg. iu. l. ſi librarius. illud conſtat, quod aliæ ſunt ſolennitates inſtrumenti, & aliæ negotij: vt not. ff. de ede. l. 2. §. editiones. in fi. glo.

[a] IN Chriſti nomine. Membrum. Ad hoc eſt ſupra, de forme fi. c. 1. Odof.

[b] Coronam. Poteſt ergo princeps deponi, vt hic: quod dic vt ſupra nota. in §. cum autem. de forma fide. capit. alius. Odofred. Sed ſi Papa deponit Imperatorem dolo vel ambitione ſine legitima & ardua cauſa: depoſitio ipſo iure eſt nulla. Nam ad eſſe exercitij huius iuriſdictionis ſupremę circa ſtatum temporalium Papa debet procedere tanquam Deus qui eſt veritas: vnde requiritur cauſa: ergo non ſubſiſtente cauſa, ceſſat iuriſdictio. tenet conſequentia per doctrinam Innocentij, qui dicit, quod quando cauſa requiritur tanquam fundamentum iuriſdictionis; oportet cauſam eſſe veram, & diſcuſſam: aliàs iudicium eſt ipſo iure nullum: vt ipſe notat extra de foro competen. in nouella, capitu. cum ſit. & de reſcript. capitu. ſuper litteris. per Innocent. de officio delegat. capitu. cum ſuper abbatia per Innocent. Eſt & alia ratio: quia eccleſia debet vaſallo vicem: & de ſuo Imperio nõ poteſt eum lædere: imò Papa ſe facit alienum à poteſtate, ſi talem iuſtitiam non reddit Imperatori qui iurauit fidelitatem, vt in capit primo. de forma fide. colla. 2 & Imperator poteſt defendere cum exercitu ſuo. de milit. vaſal. qui contu. eſt. ca. primo. § vlterius. Vnde cum Papa Io. vigeſimus ſecundus minaretur regi Roberto de faciendo mirabilia: Rex Robertus rñdit, vos facie-

ſacietis,& nos faciemus,& me iuuabo. hoc eſt quod iurantes in ſacramẽto fidelitatis debent adijcere: vt ſupra, in pace. §. omnes Odofre.

& potentior in liga. ille intelligitur ſuperior ad conuocandum alios. argumento. ff. de fide inſtrumẽto. lege fin. in capi. primo, de maioritate & obedientia. per innocentium.

toris ſigillata obſeruabo bona fide, [a] & ſine fraude, & hoc iurare faciam oẽs maſculos [b] mecum habitantes à ſexdecim annis ſupra vſq; ad ſeptuaginta intra quindecim dies poſtquam iuratum habuero, exceptis ſeruis. Et qui per me iurare noluerint, intra tertiã diem Imperatori, vel Regi, vel ſuis nuncijs manifeſtabo per breue. Mclxxxiij. Indictione prima.

Ego iuro [c] omnibus ciuitatibus ſocietatis Lombardiæ, Marchiæ & Romaniæ & locis & domino Opizoni, Marchioni Malaſpinæ, & omnibus perſonis prædictæ ſocietatis conceſſiones & permiſſiones atque pacta, ſicut in ſcripto [e] pacis inter nuncios domini Imperatoris & rectores, & nuncios ciuitatum ſocietatis Lombardiæ facto continetur firmans tenore; nec ero in conſilio vel facto, vbi aliqđ prædictorum minuatur alicui de ſocietate, & ſi qua perſona, aut ciuitas, vel locus alicui ciuitati, vel loco, aut perſonæ prædictæ ſocietatis, aut iã dicto Marchioni auferre vel diminuere voluerit: eos vel eas manu tenere, & defendere bona fide, ſine fraude contra omnes adiuuabo: & omnia præcepta, [a] quę rectores concorditer omnes vel maior pars [f] mihi fecerint ſine fraude obſeruabo, & omnia ſupradicta attendam à Calend. Maij vſq; ad triginta annos, [g] & in capite vniuſcuiuſque quinquennij, ſcilicet ſi per maiorem partem rectorum requiſitus fuero, renouabo. & hoc totum ſine fraude iurare omnes homines meæ ciuitatis à decimooctauo anno vſque ad ſeptuageſimum faciam. & hæc omnia faciam iurare conſules vel poteſtates meæ ciuitatis & credentias vſque [h] ad illum terminum, qui mihi conſtitutus fuerit per rectores Lombardiæ, & Marchiæ, & Romaniæ in hoc eloquio.

[a] Bona fide. hoc ſufficiebat dixiſſe: & licet nõ dixiſſet ſine fraude. bona enim fides cõtraria eſt dolo & fraudi: vt ff. pro ſocio. l. tertia in fine. Odofr. ff. de pactis. l. iuregen. §. ſed ſi fraudandi. ibi, bono intellectu. Nota, quod contractus debet intelligi ad bonum, & ſanum intellectum: quod tene menti.

[b] Maſculos. excludit ergo ſexum fœmineum: certis tamen ciuitatibus hoc remittitur: quòd ſuæ ciuitatis homines iurare non faciant: vt infra eod. cap. §. hæc ſunt nomina.

[c] Ego iuro. Hic Imperator. idem iurat: & ipſe in animam ſuam hic iurara facit: vt hic & ſ. in pace. §. hic ita que. ſimile ſ. de forma fidel. cap. tibi domino. Vel dic non iurat idem, ſed alius in animam eius, vt d. §. hanc itaque. & hoc innuit. l. proxi. ibi inter nuncios. Vel dic, quòd hoc eſt ſacramentum. quod fit per rectores ciuitatum, qui fuerant in parte principis, argum. ſupra. eodem. §. hæ autem. ſunt ciuitates & loca ſuperius notata. eſt iuramentum quod fit per omnes ciuitatum ſocietatis Lombardiæ: ſequentia verò ſunt ſacramenta rectorum ciuitatis Lombardiæ ſeu ſocietatis eorum.

[e] Scripto. Secundum hoc habes etiam hic argumẽtum, quod hæc lex eſt ſcripta: quod dic vt ſupradiximus. Odofr.

[a] Præcepta. Sed quomodo poſſunt pcepta iniungere principi, cum maior ſit: & minor in maiorem nõ habet imperium? Reſpondeo vt nota. ff. de iuriſdict. omnium iudi. lege eſt recepta. ſic Imperator poteſt per actum obligatorium cunſerta iuriſdictionem cõtra ſeipſum ꝓ bono pacis. vel dic verius vt modo dixi. Odofredus.

[f] Maior pars. quod enim maior pars facit, tota vniuerſitas feciſſe videt vt ff. ad municipa l. quod maior. Odofredus. Nota ergo, quod illud quod facit maior pars collegiatorum ſeu confœderatorum minori parte contradicente, ratum quo ad omnes dẽt haberi, q omnes collegiati rediguntur ad inſtar vnius corporis, quod eſt notãdum ex his ſcilicet quę pertinent ad totum corpus ligæ, & illa quæ eſt nobilior

[g] Triginta annos. Quid ergo erit finitis triginta annis. Reſpond. de neceſſitate ex integro eſt iurandum: licet hoc hodie non ſeruatur. Non enim dicas tempore hoc elapſo pacem amplius non durare, cum perpetuò, non ad tempus hæc pax concedatur: vt ſupra, eodem §. hanc ergo pacem, vſque ad finem & §. nos Romanorum Imperator. Odofredus. In & ex hoc colligitur apertè pacem hanc temporalem fuiſſe. nam perpetuum eſt quod triginta annis durat. vt inſtitutionibus de perpetuis & temporalibus actionibus. Odofred. imò prima verior, vt ſupra eodem §. In omni decimo anno. nam hæc dictio, in omni, perpetuitatem temporis demonſtrat. Vel dic, quod tempus adijcitur his iuramento imperatoris, non conceſſionibus & alijs capitulis pacis, & hoc teneas. tempus enim adiectum alicui determinabili determinat ſolum illud, & non aliud, ad cuius determinationem non eſt appoſitum, vt ff. de contrahenda emptione l. qui fundum. C. quando dies. l. ce. ſ. ex his verbis.

[h] Credentias vſq; ad illum terminum. Nota hic, ſi tenes, q hic ſit iuramẽtum Imperatoris, q Imperator iurat credentias Lombardorum & ſocietates eorũ & quod eas non pandent ad eorum detrimentũ. Idẽ puto in Lõbardis & eorũ fautoribus, quòd hoc idẽ principi iurent, cũ magna ſecreta ab vniuerſis Imperio debeantur: vt C. de oper. public. l. quicunque locatur. & ſecreta regis abſcondere bonum eſt: vt in Lõbarda de his qui ſecreta regis fraudulenter inquirunt. in fine. Secreta enim domini ſubditis merito committuntur: vt argum. C. de proxim. ſacro. ſcri. l. proximos. & quod iurant, habes argumen. extra de iureiuran. ego N. epiſcopus. & ſupra de noua forma fideli. circa fin. Sed quæ dicuntur ſecreta ſiue credẽtiæ? Reſpõdeo, ea quæ vulgus ignorat, vt argumen. de ijs qui deiec. vel effu. l. 1. §. ſumma cũ vtilitate. & amodo ſi contra fecerint, videntur venire contra pacem & iuramentum ſuũ: & ita pace caſſa debẽt, vt

& alias

& alias de vaſallo dixi qui amittit feudũ, ſi credentiam domini manifeſtauerit, vt ſup. hic poteſt eſſe titulus, quibus modis feu. amitti. c. 1. & fruſtra implorat legis auxilium, qui in eã committit: vt ff. de minorib. l. auxilium. Odof. Ex prædictis apparet, quod ſi anciani alicuius ciuitatis iurauerunt tenere aliquam credentiam, & aliqs eorum reuelat eam in damnum communitatis, quòd debet ab officio remoueri. Et not. hic, q̄ quandocunque imponitur hæc pœna remotionis, durante officio, poteſt cognoſci de crimine. Nam ſi ſpectamus finem officij, fruſtra fieret amotio, vt C. ad leg. Iul. rep. l. iubemus.

a Sed & alibi, qui alicui' ſe creditũ pandit, capite plectit. ff. de re milit. l. oẽ delictum §. 3. & l. 4. C. de commer. & merc. l. r. §. ſi qs tabulas ff. depoſ 22. queſ 5. c. de forma. Cõtra ff. de origi. iur. l. 2. §. poſtea principem.

Die Lunæ 11. Ca. Ianuarij a in Placẽtia in eccleſia Sanctæ Brigidæ in præſentia Mirabelli, Gulielmi, Garoni notarij, ibique in eorum præſentia b rectores Lõbardiæ, Marchiæ & Romaniæ, fecerunt prædictum ſacramentum: nomina quorum ſunt hæc: de Brixia Aldericus de Salla. de Verona Vozo iudex. de Bononia Prendeparte poteſtas. de Padua Bazotus. de Nouaria Rogerius Marcellinus poteſtas. de Teruiſio Oldericus de Montello, de Mãtua Gulielmus de Azo. & de Placentia Bonizo iudex. de Pergamo Albertus de Oſſa poteſtas. de plebe de Granatina Petres Collus iudex. de Fauentia Gulielmus Butinus poteſtas. de Mediolano Petrus Vicecomes.

Hæc ſunt nomina eorũ c qui iurauerunt, vt ſuperius legitur. & dicti rectores iurauerunt: eo excepto, q̄ non fuerunt diſtricti facere iurare homines ſuæ ciui-

a Die Lunæ 11. Calend. Ianuarij. Nota, quòd olim notarij ita ſcribebant ratione maioris certitudinis, quia ſi adijcitur intrante, vel exeunte, dubium eſt, quia quod pluribus modis exponi poteſt, eſt æquiuocum, vt no. ff. de verb. obli. l. quoties in ſtipulatione ambigua. Quid ergo ſi inſtrũm dicit, actum vndecima die Ianuarij. & non dicit intrante, vel exeunte menſe? Reſpon. ſi quidem apponitur proprium nomen diei, puta actum die lunæ vndecima Ianuarij, ſatis apparet ex ipſa ſcriptura, vt hic. Si autem non apponit nomen proprium, poteſt dubitari. Pone enim, quod teſtes dicunt, vndecima die intrante menſe Ianuarij partes fuerunt alibi. Ex aduerſo reſpondetur, quòd iſta probatio non concludit de neceſſitate. Quæritur ergo, vtrum dicti teſtes reprobent inſtrumentum? Et videtur quod non: quia ſicut debemus ſaluare teſtes, ne in falſum incidant: ita & inſtrumentum & teſtes: vt extra de teſtib. cum ita ſit. Item dicta teſtium debent interpretari in meliorem partem: vt no. inno. in ca. dudum 2. extra. de elect. Item cum teſtes ſunt inducti ad probandum, & non probant: de neceſſitate debent interpretari contra producentem: vt extra de probatio. cap. in præſentia: & cap. cum cauſam. de reſcript. & in cap. viri. de conditio. appoſit. per Ber. niſi in cauſa fauorabili: vt ff. de manu. l. ante pe. & in cap ex literis. de probat. & de regu. iuris. l. in ambiguis. cum ſimilibus. In contrarium videtur: quia illud inſtrumentum ſecundum communem vſum tabellionum probat de vndecima die intrante menſe. Cum ergo probatio reprobatur, ergo probatum eſt inſtrumentum. Non enim iſta eſt præſumptio, ſed communis intellectus vulgi. & ideo non obſtat quod nota. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. quod ferè & quod notat Innocentius in cap. innotuit de eo qui fur. ordi. recep. non enim dicitur incertum quod certam interpretationem ſemper habet. Argumen. ff. de fundo inſtructo. l. cum de lanionis §. aſinam. Et eſt notandum, quod ad hoc vt iſta æquiuocatio ceſſet, in literis apoſtolicis apponũt nonas, idus, & Calendas, vbi talis dubitatio incidere non poteſt: vt infra eodem. §. ſi.

b In eorum præſentia. hic habes argumentum expreſſum, quod teſtes debent ſcribi & imponi in prima parte inſtrumẽti. & hoc hodie ſeruant tabelliones noſtri temporis. Alij, quod in fine: vt videantur interfuiſſe contractui eis, Odofr. Tu dic, quod ſi debent ſe ſubſcribere, debent eorum nomina & ſubſcriptiones poni in fine: vt C. qui teſta. fa. poſſ. l. hac conſultiſſima. §. pe. ibi dum dicit, & in fine &c. Et hoc patet ex ipſo vocabulo: quia dicit ſubſcriptio ſic & tabellio debet ſe ſubſcribere in fine, licet ſignum ſuum poſſit apponere tã in principio quàm in fi. illud certum eſt, quod inſtrumenta debent habere ſuas proprietates. Et per hoc dicunt quidam, quod imbreuiatura d nõ probat: quia non eſt ibi ſubſcriptio, & ſignum, vt nota. Iacob. de Are. de fide inſtrument. l. contractus. per Bart. ff. de teſt. l. ad teſtium. §. ſi quis. & dic vt extra de fide inſtru. cap. cum per tabellionem & in authen. vt præponatur nomen Imperatoris § primo & C. de tabul. l. generali. libro decimo. Et ſi inueniatur imbreuiatura, an præſumatur imbreuiatura teſtibus lecta, nota. ff. de lega. 3. l. fideicommiſſa §. 1. & facit. ff. de milit. teſtam. l. Lucius. Illud eſt certum, quod vna ſcriptura iuuat & interpretatur aliam: vt ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium tabularum. & de petitione hæred. l. vtrum.

d An adi probet fidemq; faciat. Itẽq; quid ſit imbreuiatura & an notarius ſuas imbreuiaturas reficere. & imbreuiaturæ errarum corriget. & an etiã cãcellaria poſſit vbi publicũ iſtrũ reddit parti. vide eundẽ Bal. C. de fid. inſtru. ſup. ti. & Bar. in l. Librarius ff. de ver. ſign.

c Hæc ſunt nomina eorum. Dicit, quod nõ ſunt diſtricti facere iurare homines. Iſte tex. facit ad quæſtionem, vtrum comes, qui habet caſtrum quoddam in feudũ, alij teneatur facere ſuos homines iurare? Nam aliqñ feudum ſic datur, vt iurent ipſi, & faciant iurare ſuos nobiles & vaſallos: aliquãdo de ſuis nobilibus non fit mentio. & eſt hic argumẽ. quod non teneantur ad hoc: niſi expreſſè caueatur in pactis, quia hõ vaſalli mei non eſt propterea homo meus, etſi aliàs habeã iuriſdictionem generalẽ. & hoc nota. in ſpec. de feudo § quoniam. verſic. 141 quæritur. & verſiculo ſequen. idem ſacramentum facit. vt prædicti rectores fecerũt per iſtum tex. probatur apertè, quod ſi tabellio ſcripſit primo dicta vnius teſtis, & poſtea dixit idem per omnia dixit vt alius teſtis: ſiue ſub eadẽ die ſiue ſub alia: non eſt vis, quod talis ſcriptura probat teſtes in vnã conſonantiam concordaſſe: licet aliqui dicant, q̄ iſta ſcriptura non valeat propter incertitudinem. Alij dicunt quod non valet: quia protulerunt vnũ & eundem præmeditatum ſermonem. Sed nec prima ratio valet: quia totum videtur repetitum, nec ſecunda, quia quod dic. ſe de eodẽ meditato ſermone, habet locum quando teſtes ſunt ſuſpecti: ſecus ſi ſunt bonæ famę. Vnde ſequitur, quod per dictos teſtes fit probatio: vt no. extra de verbor. ſignificat. nihil obſtat. in nouellis: In huius fœderis fine ſeu circa fœderis obſeruationem notandum eſt: quia, vt dixi, iſta eſt lex: vt dixi ſupra, in §. volumus. & lex eſt commune præceptum &c. vt ff. de legib. l. prima. & in legibus duabus Græcis, eodem titulo, & inſtit. de iu. naturali. §. lex. Vel lex eſt ſermo determinatus ſecundum communem concordiam ciuitatis, admonens quomodo oporteat agere ſingula, ſm Ariſto.

Vel